offerimus, quamque & illa pecia de terra, & jam dictas maſſaricias ut precario nomine petivimus in jure & poteſtate predicto monaſterio a preſenti die perveniat. Cum predictis germanis taliter poſtulaſſet, & tunc jam nominatus domnus rodulfus abas per fuſtem, quam ſuam tenebat manum, jam dictis germanis da parte jam nominato monaſterio de predictas pecias de terra, & de iam dictas maſaricias & de illas quas ibi offerimus, quamque ſibi precario & in fintheuſim (*emphyteuſis*) nomine inveſtivit & tradidit eo ordine ut ſupra legitur & ſubter continuerit, ita tamen ut jam dictis rebus per eoſdem germanis & ſuorum filiis & nepotibus ac pronepotibus aut cui ipſis dederint, meliorentur, & perſolvere exinde debeant annualiter pro omni feſtivitate ſancte marie de menſe auguſtus argenti denarii boni papienſis ſolidos tres infra octo dies antea, aut infra octo poſtea, aut in ipſo die in eodem monaſterio per ſe ipſis germanis aut ſuis filiis vel nepotibus ac pronepotibus aut ſuorum miſi eidem domni rodulfi abati aut ſuos ſucceſſores vel eorum miſo aut ſuper altare ponendum: alia ſuper impoſita non fiat. Pena vero inter ſe poſuerunt, ut quis ex ipſis germanis & ſuis filiis & nepotibus ac pronepotibus uſque in prefinita quarta generacione, aut ipſe domnus rodulfus aba ſuiſque ſucceſſores ſi non compleverint omnia qualiter ſupra legitur, vel ſi per quodcumque ingenio ſupraſcriptum titulum inrumpere aut infrangere voluerint, pars parti fidem ſervandi pena arienti denarii boni papienſis libris viginti, & poſt pena ſoluta anc tinore uſque at preſenitum tempus in ſuo maneat robore; & pro onore eccleſiarum, cum predictus rodulfus aba in ſe abet, nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, ſet quod at me ſemel factum vel conſcriptum eſt ſub jusjurandum inviolabiliter conſervare promitto cum ſtipulacione ſubniſa. Unde due cartule precarie & infeoti nomine uno tenore ſcripte ſunt. Actum ſupraſcripta civitate cremone feliciter. Signum manibus ſupraſcriptorum richizo & vviberto germanis, qui ac cartula de precaria ut ſupra fieri rogaverunt. Signum man. ſupraſcripto rozo genitor eorum richizoni & vviberti, qui ad omnia ut ſupra conſenſi. Rodulfus gratia Dei Abbas manu propria ſubſcripſi. Signum manibus martino & azo ſeu bonavida lege viventes romana teſtes. Signum manibus rozo, & alberto, & rotardo teſtes, Ego benedictus monachus & presbiter manu ſubſcripſi. Petrus notarius & judex ſcripſi, poſt tradita complevi & dedi.

CXLI.

Autographum in Arch. Nonant.

1038.

IN nomine domini dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo trigeſimo octavo Chuoradus Dei gratia Imperator Auguſtus anno imperii ejus deo propitio hic in Italia undecimo, octavo Idus Februarii, Indictione ſeſta. Dum Dominus omnipotens ac redemtor noſter animas quas condidit ad ſtudium ſalutis ſemper invitat, ideo in dei nomine pro remedio animarum noſtrarum nos ubertus judex ac bruzo ſeu bernardus ſive britto germani filii quondam daiberti de loco ballucula atque rozechildus judex filius mei uberti judicis eo conſentiente donamus, tradimus atque offerimus tibi donnus rodulfus abbas de monaſterio ſancti ſilveſtri ſito nonantule a parte ipſius monaſterii proprietario jure, ideſt eas terras atque vineas & prata, ſive . . . . atque caſtanetum rebus juris noſtri, que res jacere videntur in loco valetana, ſicut recte & laborate fuerunt per petrum . . . . ſunt omnes noſtre res ſuper totum inſimul a pertica legitima de pedibus duodecim menſurata iuge-

gera . . . . jam dicte omnes res quales ſuperius leguntur cum ſuperioribus & inferioribus atque cum ingreſſibus & acceſſ. . . . . taliter a preſenti die & hora per hanc cartulam offerſionis in tua qui ſupra domnus Abbas tuiſque ſucceſſo. . . . . predicti monaſterii maneant ac perſiſtant poteſtatem proprietario jure ſine omni noſtra & heredum noſtrorum contradictione. Quidem expondemus atque promittimus nos qui ſupra donatores una cum noſtris heredibus tibi qui ſupra rodulfus Abbas tuiſque ſucceſſoribus a parte ipſius Monaſterii jam dictas omnes res qualiter ſuperius leguntur ab omni contradicente homine defenſare juſta legem. Quod ſi ad defenſandum minime fecerimus, aut ſi contra hanc cartulam offerſionis agere aut cauſare preſumpſerimus, vel ſi agentibus conſentientes fuerimus, tunc noſtras omnes res qualiter ſuperius leguntur ſicut pro tempore meliorate fuerint aut valuerint ſub extimatione in eodem loco in duplum vobis reſtituamus, quia ſic inter eos convenit; & nec liceat nobis a modo ullo tempore nolle quod ſemel voluimus, ſed quod hic a nobis ſemel factum vel conſcriptum eſt ſub jurejurando inviolabiliter conſervare promittimus cum ſtipulatione ſubnixa.

Acta in Caſtro Nonantule feliciter.

Ego qui ſupra Ubertus judex ſacri palatii in hanc cartulam offerſionis a me facta . . . . . .

Ego Rozechildus Judex ſacri palatii hanc cartulam offerſionis a me factam m. m. ſſ.

Signum manus mei britti & bernardi, qui hanc offerſ. ut ſupra fieri rogavit, & ei relecta eſt.

Sign. Alberti & attonis ſive wifredi ſeu alberici atque petri qui in omnibus ut ſupra legitur rogati ſunt teſtes.

Tordilus notarius ſcripſit, poſt tradita complevit & dedit.

CXLII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1038.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo trigeſimo octavo Chuonradus *&c.* anno undecimo, pridie Kal. Martii, Indictione ſexta. Stetit atque convenit inter domnus rodulfus *&c.* nec non & inter Odelrico qui vocatur ruſticellus filius gerardi de loco qui dicitur montagnone, ut in dei nomine debeat dare ſicut a preſenti dedit ipſe domnus Rodulfus abbati eidem Odelrici & ejus heredibus ad abendum *&c.* libellario nomine uſque ad annos viginti novem expletos, ideſt nominative terras arabiles *&c.* juris nominati monaſterii que reiacere videntur ad loco ubi dicitur corte de maxone, & homines in eodem loco habitantes laborare videntur *&c.* & perſolvere exinde debeant ſingulis annis *&c.* de menſe marcii denarii veronenſes ſolidos quindecim bonis & expandibilis dati & conſignati *&c.* in loco & cella nominati monaſterii, ubi dicitur Livertino. Actum in caſtro bondeno feliciter.

Rog. Petrus not. ſacri palacii.

CXLIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1038.

IN nomine domini dei & Salvatoris noſtri iheſu chriſti anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo trigeſimo octavo. Chuonradus gratia dei imperator auguſtus anno imperii ejus deo propicio hic in Italia decimo [l. *duodecimo*] ſexto Kalendas aprilis, Indictione quinta [l. *ſexta*]. Et ideo in dei nomine ego tegrimus filius quondam albe-

berici de loco qui dicitur Sala [1], qui profeſſus ſum lege vivere ſalicha ex natione mea, preſens preſentibus dixi. Dominus omnipotens ac redemptor noſter animas quas chriſtus condidit ad ſtudium ſalutis ſemper invitat. Et ideo ego qui ſupra tegrimus propter deum & remedium anime mee dono & trado atque offero tibi domno Rodulfo abbati monaſterii ſancti Silveſtri ſiti Nonantule a parte ipſius monaſterii ſancti Silveſtri proprietario jure habendum, ideſt nominative terras arabiles & vineatas atque prativas, ſeu terras, caſas, hedificiaque & paſcua ſuper ſe habentes juris mei cujus ſupra tegrimi reiacentes in loco qui dicitur raſtelini, & in riolo, atque in ponte longo, ſeu in blancaniſe, nominative ipſe res que reiacent in nominato raſtelini, ut ſunt recte & laborate ſeu detente & operate per vitalem & ſuos fratres, qui cognominantur dominici urſi, & per mattinum qui dicitur de gajolo atque ſuum fratrem, & ſunt ipſe res cum caſis, hedificiis, terris arabilibus & vineatis, atque prativis in nominato loco raſtelini ſuper tote inſimul per menſuram juſtam a pertica legitima de pedibus duodecim menſurate jugera quattuordecim. Namque ipſe res que rejacere videntur in prefato loco riolo, & ſunt recte & laborate ſeu detente per . . . . ulſum de eodem loco, & ſunt ipſe res cum caſis & hedificiis, terris arabilibus & vineatis ſuper tote inſimul in prefato loco riolo ad dictam menſuram juſtam iugera quattuor. Atque ipſe res que eſſe videntur in predicto loco pontelungo & blancaniſe, ſicuti ſunt recte & laborate ſeu detente per homines qui dicuntur blancani de nominato loco ponte longo, & ſunt ipſe res cum caſis & hedificiis terris arabilibus & vineatis atque paſcuis ſuper tote inſimul in eiſdem locis ponte longo & blancaniſe per prefatam menſuram iuſtam jugera ſex. Que autem nominate omnes res, qualiter ſuperius leguntur, cum ſuperioribus & inferioribus atque ingreſſibus ſeu acceſſionibus ac finibus ſuis in integrum taliter preſente die & hora per hanc cartulam offerſionis in tua cui ſupra donni rodulfi abbati ruorumque ſucceſſorum a parte monaſterii ſancti Silveſtri proprietario jure maneant ac perſiſtant poteſtate ad habendum & faciendum exinde ex parte nominati monaſterii quidquid volueritis ſine omni mea cujus ſupra tegrimi & heredum ac proheredum meorum contradictione. Inſuper facio ego qui ſupra tegrimus tibi cui ſupra donno rodulfo abbati a parte nominati monaſterii ſancti Silveſtri proprietario jure de ante dictis omnibus rebus traditionem & corporalem veſtituram per cultellum, vvantonem, vvaſonem terre & fruges arborum ſeu feſtuca nodatum ad habendum, tenendum, & me exinde foras relinquendum. Te vero quem ſupra donnum rodulfum abbatem a parte nominati monaſterii ſancti Silveſtri intromitto & veſtitum relinquo, atque me exinde vvarpiſco, ſeu abſens ita facio. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe tegrimus, quod abſit, aut ullus de heredibus aut proheredibus meis, ſeu quilibet noſtra oppoſita perſona quandoque tempore contra hanc cartulam offerſionis ire, aut eam inrumpere conaverimus, tunc inferamus tibi cui ſupra donno rodulfo abbati tuiſve ſucceſſoribus a parte nominati monaſterii ſancti Silveſtri componere multa, que eſt pena auri obtimi libras tres, & argenti libras dno, & que repetierit vindicare non valeat, ſed preſens cartula offerſionis diuturnis temporibus firma

ma

(1) Abbiam veduto nel Doc. CVIII. nominarſi Alberico del fu Giſone da Sala, e più altri della ſteſſa famiglia indicarſi nel Doc. CXXI. Qui troviamo Tegrimo del fu Alberico. Più altri ne vedrem nominati all'anno 1071. nel Doc. CLXXXV. e un altro Alberto troveremo all'anno 1145. nel Doc. CCLXXIII. Sicchè copioſe notizie intorno a queſta illuſtre famiglia ſi poſſon da queſte carte raccogliere da chi voglia formarne la ſerie genealogica.

ma & inconvulſa permaneat atque perſiſtat cum ſtipulacione ſubnixa. Quidem exſpondeo atque promitto me ego qui ſupra tegrimus donator, & meos heredes ac proheredes tibi cui ſupra donno Rodulfo abbati tuiſque ſucceſſoribus a parte nominati monaſterii ſancti Silveſtri jam dictas res qualiter ſupra leguntur omni tempore ab omni contradicente homine defenſare juſta legem. Quod ſi ad defenſandum minime fecirimus, aut contra hanc cartulam offerſionis per quodvis ingenium agere aut cauſare preſumpſerimus, vel agentes conſencientes fuerimus, & ſi de noſtro dato aut facto exinde in alia parte apparuerit ullum datum aut factum, quod ego qui ſupra tegrimus vel mei heredes ac proheredes dediſſe aut feciſſe, vel in antea dederimus aut fecerimus, ſi hoc apparuerit & clarum factum erit, tunc nominatas omnes res, ſicut ſuperius leguntur, ſicut pro tempore meliorate fuerint aut valuerint ſub eſtimacione in iiſdem locis reſtituamus in duplum tibi cui ſupra donno Rodulfo abbati tuiſque ſucceſſoribus a parte prefati monaſterii ſancti Silveſtri proprietario jure quia ſic inter nos convenit. Et bergamenam cum atramentario & penna e terra levavi, & adelberto notario dedi & tradidi & ſcribere rogavi, in qua ſubtus confirmans teſtibus obtuli roborandam. Acta in Caſtro Nonantule feliciter.

Signum ✠ manus nominati tegrimi qui hanc cartulam offerſionis ut ſupra legitur fieri rogavit, & ei relecta eſt.

Signa ✠✠✠ manuum vviſredi & azonis atque alberti germanorum vivencium ad nominatam legem, qui in his omnibus, ſicut ſuperius legitur, rogati ſunt teſtes.

Signa ✠✠✠✠ manuum amelrici & andree ato alecripti qui & r. . . . . . dicitur ſeu petri de giraldo, qui in his omnibus, ut ſuperius legitur rogati ſunt teſtes.

Adelbertus notarius ſcripſit poſt traditam complevit & dedit.

CXLIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.
1038.

IN nomine &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo trigeſimo octavo. Chuonradus gratia dei imperator auguſtus anno imperii ejus deo propicio hic in Italia undecimo [l. *duodecimo*] quinto Kalendas auguſti, Indictione quinta [l. *ſexta*] (1). Stetit atque convenit inter domnum rodulfum venerabilem abbatem &c. nec non inter berengarium filium quondam fredulfi de loco ubi dicitur riparia, ut in dei nomine debeat dare, ſicut a preſente dedit is ipſe domnus rodulfus abbas eidem berengario & ejus heredibus ad habendum & detinendum atque afictus cenſum reddendum libellario nomine uſque ad annos viginti & novem expletos, ideſt nominative terras arabiles & vineatas atque prativas, ſeu terras boſcum atque paſcua ſuper ſe habentes juris nominati monaſterii ſancti Silveſtri reiacentes in nominato loco riparia, & in loco ubi dicitur marzana, atque in uliana, ſeu in lovazano, eciam in loco ubi dicitur ſanctus felix, namque in colegaria, ac in foſſola minore in braidaque de puteu, ac in credula, & in cardeto, atque in ſpiſſa, ſeu in albareda, namque in ripa de ſcultenna, eciam in loco dicto braidelle, vel per alia loca infra plebem ſancti felicis &c. Et perſolvere exinde debeant ſingulis annis uſque ad nominatum conſtitutum tempus de menſe marcio nomine penſionis denarios papienſes viginti & quatuor bonos & expendibiles dati & conſignati &c. in caſtro nonantule &c. Actum in nominato caſtro feliciter.

Rog. Adelbertus not.

CLXV.

(1) Ella è coſa degna d' oſſervazione, che le carte di queſto Notajo Adalberto quaſi ſempre hanno qualche error nelle date.

CXLV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1038.

ANno ab incarnatione domini noſtri iheſu Chriſti mille trigeſimo hoctavo, tercio die menſis hoctubris, Indictione ſeſta. Monaſterii Sancti Silveſtri *&c.*. . . . ubi nunc dominus Rodulfus venerabilis Abbas preordinatus eſſe videtur, ego in dei nomine buningus filius quondam Leoni de civitate Cremona, qui profeſſo ſum ex nacione mea legem vivere romanam, offertor & donator ipſius monaſterii preſens preſenti dixi. Quiſquis in ſanctis *&c.* Ideoque ego qui ſupra burningus dono & offero *&c.* pecia una de terra aratoria iuris mei quem habere viſo ſum in loco & fundo muridelle *&c.* Coeret ei a mane . . . . . a meridie via, a ſera Ildeprandi *&c.* eo tamen ordine, ut vos dominus Rodulfus abbas dignetis mihi concedere de parte jam dicti Monaſterii precario & enthintheothario (*ſic*) nomine nominative pecies ſes de terra aratoria juris monaſterii quas eſſe videntur in locis & fundis ſeptecani & in loco ubi dicitur pipia. Prima pecia *&c.* Coeret ei *&c.* a ſera ſancte marie *&c.* Sexta pecia in ſupraſcripto loco pipia *&c.* coeret ei a mane ſancte marie, a meridie ſancte agnetis *&c.* Cum ipſe burningus taliter poſtulaſſet, tunc ipſe dominus rodulfus abbas per fuſte quod ſuo tenebat manum eundem burningus jam dictes pecies de terra *&c.* inveſtivit & ei tradidit *&c.* ita ut per eis meliorentur ſupraſcripte pecies de terra, nam non pejorentur, & perſolvere exinde debeant *&c.* annualiter in feſtivitate ſancti Martini aut infra tres dies poſtea vel trex antea argentum denarios bonos papienſes ſol. dui *&c.* Actum in Caſtro Nonantule feliciter.

Rog. Ardingus not.

CXLVI.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1038.

IN nomine domini *&c.* Chuonradus gratia dei *&c.* anno duodecimo, quartodecimo die menſe novemb. Indictione ſeptima. In chriſti nomine placuit atque convenit inter domno rodulfo aba *&c.* nec non inter gotifredo filio quondam vvidonis de loco roariolo . . . . . . garda jugalibus filia rolandi de loco toliore. Petivimus nos gotefredo & ermengarda ad vos domnus rodulfus *&c.* ut nobis *&c.* concedere dignaretis precharie *&c.* maſaricias decem iuris ſancti ſilveſtri, que ſunt poſitis tres de ipſes maſaricies in loco terenciano, una que regitur per ildrevardo, alia per dominico. . . . . ecceleſia ſancti Silveſtri poſita in ſupraſcripto loco terenciano, cum omnibus rebus ſeu oblacionibus ad ipſa eccleſia pertinente, etiam & donicatum in ſupraſcripto loco terenciano *&c.* & aliis de ipſas maſaricies poſite in loco quinciano *&c.* eciam due partes de tercia parte de Eccleſia ſancti Martini poſita in loco ſtadriano cum omnibus rebus *&c.* Eciam due ex ipſas maſſaricies poſitas in loco . . . . Quidem & ego domnus rodulfus *&c.* vobis qui ſupra *&c.* concedo precharie *&c.* Actum infra caſtro nonantule.

Rog. Goubaldus not.

CXLVII.

CXLVII.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1038.

ANno ab incarnacione domini noſtri Jheſu Chriſti mille trigeſimo octavo. Chunradus vero imperator auguſtus anno imper . . . . december indictione ſeptima. Monaſterio ſancti Silveſtri conſeſſoris in loco qui nominatur Nonantula ubi nunc . . . . Johannes filius quondam adami de civitate cremona, qui profeſſo ſum ex nacione mea lege vivere Langobardorum, preſens preſenti dixi. Quiſquis in ſanctis &c. Manifeſtum profiteor me ego qui ſupra johannes, quod petivi ad vos domnus rodulſus abba per conſenſum fratrum monachorum, ut mihi & ad filiis meis &c. uſque ad completam quartam legitimam generacionem concedere dignaretis precarie & enthipthecario nomine aliquantis caſis & rebus juris ipſius monaſterii, quibus ſunt poſitis infra ſupraſcripta civitate cremona quamque & foris ibi prope ipſa civitates, una ex earum cum capella ſuperabente conſecrata in onore ſancti ſilveſtri, & in lora, & in piceningo, & vvidaringo, ciciningo, & in lunze, ſeu inter pado & pauſiolo, atque in arciſi, ſeu in poſaculiani, eciam in armanon . . . . in caſale, ſeu in caſale maurelioni, atque in gauſelingo. Prima pecia de terra infra eadem civitate cum edificium caſarum ſuperabente eſt per menſura juſta jugia una: coeret ei a mane ſancte marie, a ſero foſſatum ipſius civitatis. Secunda pecia locus ubi dicitur pertuſo &c. Tercia pecia de terra fóris prope eadem civitate cum jam dicta capella ſuperabente eſt &c. perticas iugiales tredecim, & tabulas ſex: a mane via publica &c. Seſta pecia de terra ibi prope locus ubi dicitur ſablone &c. Septima pecia de terra in loco ubi dicitur lora cum inciſa ſua inter quas via percurrit &c. a meridie fluvio pado, a ſera albizonis &c. Quintadecima pecia de terra in jam dicto loco ciceningo &c. a ſera fluvio aviola &c. Septima decima pecia de terra prativa inter pado & pauſiolo &c. a mane ſancte marie, a monte fluvio pado &c. Et ego ipſe Johannes per ipſis rebus a parte ipſius monaſterii veſtri dare &c. videor aliquantis caſis maſſariciis & rebus juris mei, quas abere viſo ſum in loco & ſundo caſamento andrevergi locus ubi nominatur runco, & in caſa ubi dicitur bricani. Prima pecia de terra in ſupraſcripto loco caſa mandrevergi ubi nominatur runco &c. eſt per menſura iuſta iugies quinquaginta: a monte fluvio aſpixe. Secunda pecia in prenominato loco cabricani eſt &c. jugias tres &c. Eo videlicet ordine anc in eodem moneſterio facio offerſionem de ipſis meis rebus, ut vos domnus rodulſus abba &c. mihi & filiis meis maſculinis &c. uſque ad completam quartam generacionem prenominatis meis & rebus juris ipſius monaſterii . . . . offerre videor, abere permiſeritis quiete & inlibate donec advixerimus &c. & perſolvemus annualiter &c. pro omni feſtivitate ſancti martini cenſum argentum denarios bonos veroneníes ſolidos viginti &c. Actum in ſupraſcripto loco nonantule feliciter.

Rog. Lutepertus not.

CXLVIII.

Excerpta ex Autogr. in Arch. Nonant.

1039.

IN nomine &c. anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo trigeſimo nono, quarto Kalendas . . . . rii Indictione . . . . . . & ideo in dei nomine nos Liubus filius quondam Liutefredi & ingerarda jugalibus filia quon-

quondam gaidulſi, atqne rodulſus filius quondam nominati Liuteſredi de caſtro, quod dicitur de curte, qui profeſſi ſumus lege vivere Romana, preſentes preſentibus diximus. Dominus omnipotens *&c.* Er ideo nos qui ſupra *&c.* donamus & tradamus atque offerimus tibi domno rodulſo abbati mnnaſterii ſancti ſilveſtri ſiti nonantule a parte ipſius monaſterii ſancti ſilveſtri proprietario jure propter deum & remedium animarum noſtrarum ideſt nominative cunctam noſtram porcionem juris noſtri, quam habere & detinere viſi ſumus & a nobis pertinere videtur de nominato caſtro de curte, & capella, que eſt conſecrata ad honorem ſancti petri in nominato caſtro de curte, cum caſis & tuniminis atque ſoſſatis *&c.* antepoſitum caſas noſtras dominicatas cum areis ſuis, que ſunt pro menſura juſta a pertica legittima de pedibus duodecim menſurata tabule legittime octo, quas in noſtra reſervamus poteſtate & jure *&c.* atque ſimul tradamus tibi domno rodulſo abbati *&c.* pecias duas de terra juris noſtri, quas habere & detinere viſi ſumus in loco, ubi dicitur runcallie, & juſta pontem qui dicitur de toſtedo. Adherent ei fines in circuitu prioris pecie de terra arabili & boſcum ſuper ſe habente que eſt in nominato loco runcallie, a mane detinemus nos ipſi, a duobus lateribus detinet taſſemannus, a ſera eſt ſoſſa *&c.* Coherent fines in circuitu poſterioris pecie de terra arabili caſam & . . . ficium molendini cum aquario & omni ſuo jure quod eſt in flumine, quod dicitur gallicus, atque boſcum ſuper ſe habente, que eſt in predicto . . . . . que dicitur juſta ponte de toſtedo, a mane detinet vvido filius gerardi, a meridie eſt predictum flumen, a ſera benno & preſatus taſſemannus, a ſubto eſt terra nominati monaſterii *&c.* *&c.* Acta in caſtro nonantule ſeliciter.

Adelbertus notarius deſcripſit, poſt tradita complevit & dedit.

CXLIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1039.

ANno ab incarnatione domini noſtri iheſu Chriſti milleſimo trigeſimo nono Cal. Auguſti Indictione ſeptima, monaſterio ſancti Silveſtri *&c.* ubi nunc donnus Rodulſus venerabilis abbas preordinatus eſſe videtur, ego quidem in dei nomine Lanſrancus qui & meraldus dicor de civitate que dicitur Cremona, qui profeſſus ſum ex nacione mea lege vivere Langobardorum, offertor & donator ipſius monaſterii preſens preſentibus dixi. Quiſquis in ſanctis *&c.* Ideoque ego qui ſupra Lanſranchus dono & offero *&c.* ideſt nominative pecias octo de terra arabili juris méi, quas habere & detinere viſus ſum in loco & ſundo qui dicitur bulgari, & in loco atque ſundo cederarià. Prima pecia *&c.* a meridie eſt terra de canonica *&c.* Tercia pecia *&c.* a mane eſt ſoſſatus, a duobus lateribus eſt terra ſancti Laurenti, & in aliquid de preſata canonica *&c.* Septima pecia que in nominato loco cederaria *&c.* a mane detinet rainerius de perſico *&c.* a monte eſt ſuſſatus qui dicitur traxo *&c.* eo tamen ordine ut tu qui ſupra donnus rodulſus abbas digneris mihi concedere a parte jam dicti monaſterit precario atque emphiteocario nomine nominative pecias quindecim de terra arabili juris nominati monaſterii, que eſſe videntur in locis & ſundis bulgari, & in noxedolo, atque in ſablone que nominatur prope ſtrada que dicitur papienſis. Prima pecia *&c.* in loco ubi dicitur ardole *&c.* Cumque ipſe Lanſrancus taliter poſtulaſſet, tunc ipſe donnus rodulſus abbas per membranam que dicitur bergamena quam jn ſua tenebat manu eundem Lanſrancum de iam dictis omnibus peciis de terra *&c.* inveſtivir & ei tradidit tali ordine *&c.* & perſolvere exin-

de

de debeant omni anno *&c.* de bonis denariis papienſibus ſolidos trex *&c.* Acta in caſtro Nonantule feliciter.

Rog. Adelbertus not.

CL.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1039.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo trigeſimo nono. Chuonradus gratia dei imperator auguſtus anno imperii ejus deo propicio hic in Italia duodecimo, quarto nonas novembris, Indictione ſeptima (1). Et ideo in dei nomine nos tendaldus . . . . atque albericus, & ildoinus archipresbiter, namque iohannes ſeu martinus filiis nominati teudaldi conſencientes nobis de eodem loco albabeceto preſentes preſentibus diximus. Dominus omnipotens *&c.* Et ideo nos qui ſupra pater & filii propter deum & remedium animarum noſtrarum damus *&c.* tibi domno rodulfo abbati *&c.* proprietario nomine ideſt . . . . arabiles & vineatas juris noſtri, quas habere & detinere viſi ſumus in nominato loco albabeceto, & in loco qui dicitur badianio . . . . ſeu balataclo, namque in monte qui dicitur piſantuli, eciam in mugnano; & ſunt *&c.* jugera duo *&c.* Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Adelbertus not.

CLI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1039.

ANni ab Incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo trigeſimo nono, duodecimo menſe novembris, Indictione ſeptima, Chuonradus gratia dei imperator auguſtus anno imperii ejus deo propicio hic in Italia duodecimo. Monaſterio ſancti Silveſtri *&c.* ego in dei nomine Johannes filius quondam dominici de civitate cremona, qui profeſſo ſum ex nacione mea legem vivere Langobardorum, offertor & donator ipſius Monaſterii preſens preſenti dixi. Quiſquis in ſanctis *&c.* Ideoque ego qui ſupra Johanes dono & offero in eodem Monaſterio *&c.* pecia una de terra aratoria juris mei quam habere viſo ſum in loco & fundo geoaringo, & eſt per menſura juſta iugia legitima una *&c.* eo tamen ordine ut vos domnus rodulfus abbas dignetis mihi concedere da parte jam dicti monaſterii precario *&c.* nomine pecies tres de terra iuris nominati monaſterii, quas eſſe videntur in loco ubi dicitur parlaſci. Prima pecia *&c.* pertice octo: coeret ei a mane & a ſera ſancte marie, a meridie via. Secunda pecia *&c.* jugia legitima una *&c.* Tercia pecia de terra vineata, que eſt in loco ubi dicitur ſancti ſilveſtri: coerit ei a duobus lateribus terra ſancte marie, a ſera via, & eſt per menſura juſta pertice quatuor *&c.* Acta in loco Nonantola ſcilicet caſtro feliciter.

Rog. Petrus not. ſacri palacii.

CLII.

(1) L' Imp. Corrado era morto fino da' 4. di Giugno di queſt' anno 1039. dopo aver cominciato nell' Aprile l' anno XIII. del ſuo Impero. Come dunque in queſta e nella ſeguenti carte ſi ſuppone ancor vivo Corrado? E perchè ſe ne ſegna tuttor l' anno XII.? Già abbiamo avvertito, che la carte del Notajo Adelberto ſon piene di errori nelle lor date, e a lui appartengono queſta e due altre delle ſeguenti. Ma lo ſteſſo errora troviamo in quella del Notajo Pietro. Nè io ſaprei, come ſciogliere un tal nodo, ſe non col dire, che i Notaj Nonantolani non foſſero ancora informati della morte dell' Imperadore, e che avendo cominciato a ſegnare i primi meſi dell' anno coll' anno XII. di Corrado, continuaſſero a ſegnarlo ancor ne' ſeguenti.

CLII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1039.

IN nomine domini *&c. ut ſupra*, quarto nonas decembris. Et ideo in dei nomine ego donnus rodulfus *&c.* per cartulam precarie *&c.* concedo tibi ugoni filio traſſemanni de caſtro quod dicitur de la curte, ſeu filiis tuis *&c.* uſque ad terciam generationem habendum, ideſt nominative maſſaricias octo de terris arabilibus & vineatis atque prativis, ſeu terris caſas hedificiaque & boſcum atque paſcua ſuper ſe habentibus iuris nominati monaſterii. Prima maſſaricia que reiacet in loco tebbolini eſt recta *&c.* per paulum qui dicitur de puteo de eodem loco, & eſt per menſura juſta *&c.* jugera duodecim. Secunda maſſaricia que eſt in loco ubi dicitur gavile *&c.* iugera duodecim. Tertia maſſaricia que reiacere videtur in loco qui dicitur vicus frigidus *&c.* jugera duodecim *&c.* Sexta maſſaricia que eſt in loco ubi dicitur pizoli eſt recta *&c.* per petrum qui dicitur dalara, & eſt *&c.* iugera duodecim. Septima videlicet maſſaricia que eſſe videtur in loco nominato ſanctus maninus *&c.* jugera duodecim. Octava vero maſſaricia eſt in loco qui dicitur dulliolo *&c.* jugera duodecim *&c.* Et pro omnibus frugibus *&c.* perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcio *&c.* de bonis denariis veneticis ſolidos tres, *&c.* in caſtro nonantule *&c.* Actum in nominato caſtro feliciter.

Rog. Adelbertus not.

CLIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1039.

IN nomine domini *&c. ut ſupra*, ſeptimo decimo Kalendas Januarii, Indictione octava. Et ideo in dei nomine ego donnus rodulfus *&c.* per cartulam precarie *&c.* concedo vobis vvalfredo filio quondam martini piculli, & andrea filio quondam dominici qui dicebatur petrinace, atque petrinace filio quondam petri, namque item andree filio quondam marie, & benedicto filio reginze, ſeu johanni, itemque andree atque rozoni, eciam vvinizoni filiis quondam andree, itemque johanni filio quondam petri ſcardavini, & Lovaldo filio quondam archeri de loco qui dicitur bodrunzo & portus de Lupo, ſeu filiis *&c.* uſque ad terciam generationem, ideſt nominative pecias duas de terra prativa & paſcua ſuper ſe habentes juris nominati monaſterii reiacentes in caſale quod dicitur modulini & ſunt nominate pecie *&c.* iugerum medium *&c.* ſicuti vos *&c.* hodie per cartulam offerſionis emiſiſtis in me qui ſupra domno rodulfo abbate *&c.* Seu & concedo *&c.* per cartulam precarie *&c.* peciam unam de terra arabili & boſcum atque paludem ſeu paſcua ſuper ſe habentem reiaceutem in loco ubi dicitur portus de Lupo, cui in circuitu ſunt fines, a mane detinent filii quondam johannis calvi, & homines qui dicuntur dodi, a meridie eſt argenis donnicata, a ſera eſt via, a ſubto filii quondam alberici, & petrus ſaltarius, & eſt *&c.* iugera decem & octo. Et pro omnibus frugibus *&c.* dare atque perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcio de denariis veneticis ſolidos quatuor *&c.* in caſtro nonantule *&c.* Acta in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Adelbertus not.

CLIV.

CLIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1040.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo quadrageſimo, ſeptimo idus januarii, indictione nona. (l. *octava*) Et ideo in dei nomine nos johannes filius quondam item johannis, & martinus filius quondam ildeprandi, atque daibertus filius quondam martini clerici, qui dicimur domnini de loco qui vocatur ſaleceto, & profeſſi ſumus lege vivere Langobardorum, preſentes preſentibus diximus. Dominus omnipotens &c. Et ideo nos &c. offerimus tibi donno rodulſo &c. proprietario jure, ideſt nominative peciam unam de terra arabili juris noſtri quam habere & detinere viſi ſumus in loco qui dicitur fraſanaria prope viam que dicitur ſquartaricia, cui in circuitu ſunt fines, a mane detinent homines dicti gaidoni, a duobus lateribus eſt terra nominati monaſterii, a ſera paſquale; & eſt &c. ſextaria quatuor &c. Acta in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Adelbertus not.

CLV.

Autographum in Arch. Nonant.

1040.

IN Chriſti nomine placuit atque convenit inter Jobannes presbiter de ordine eccleſie ſancti quirici ſcita intra hanc ticinenſem civitatem & filius quondam petri, nec non & arialdus filius quondam giſelberti, ut in dei nomine debeat dare ſicut & a preſenti dedit ipſe Johannes presbiter eidem arialdo ad fictum cenſum reddendum libellario nomine ad annos vigintinovem expletos, hoc eſt medietatem de pecia una de terra aratoria juris ipſius eccleſie, que eſſe videtur in campanea ipſius civitatis prope fluvium qui appellatur vernavole, que ipſa eccleſia cum omni ſua pertinencia pertinere videtur de ſub regimine & poteſtate abbatie ſancti ſilveſtri, que eſt in nonantola, & eſt ipſa medietas de iam dicta terra per menſuram iuſtam iuges ſex. Coeret ei da una parte, que eſt da mane, terra vvalperti, de meridie vie, de ſera terra ſanctorum ſyri & ambroſii (1), de aquilone terra ſigefredi, ſi ibique alie ſunt coerentes. Ea racione uti amodo ipſe arialdus uſque in his viginti novem annis expletis ſupraſcriptam medietatem de ipſa pecia de terra una cum acceſſione & ingreſſo ſeu cum ſuperioribus & inferioribus ſuis, qualiter ſupra legitur, in integrum habere debeat, & faciat inibi aut ex frugibus earum rerum vel cenſum, quem exinde annue dominus dederit, quicquid voluerit ſine omni contradictione ejuſdem Johanni presbiteri ſuique ſucceſſoris, ita ut per eum non pegioretur; & perſolvere exinde debeat ſingulis annis modio quarto ex omni grano, quod de ipſa terra exierit, dato & conſignato hic civitate papie conſignato ipſi johanni presbitero ſuoque ſucceſſori per ſe ipſe arialdum aut ſuum miſſum: alia ſuper impoſita eis non fiat. Penam vero inter ſe poſuerunt, qui ex ipſis aut ſucceſſor ipſius Johannis presbiteri non compleverint omnia, qualiter ſuperius legitur, aut ſi tollere aut relaxare voluerint ante iſtis annis expletis, componat pars partis fidem ſervanti pena argenti denarios bonos ſolidos centum. Unde duo libelli uno tenore ſcripti ſunt. Anno Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo quadrageſimo, nono die menſis Februarii, Indictione octava. Actum civitate Ticinum feliciter.

Si-

(1) Intendeſi qui probabilmente la Chieſa di S. Ambrogio *de Curte Archiepiſcopi*, di cui altrove ſi è detto, e che forſe avea amendue le appellazioni de' Ss. Siro ed Ambrogio.

Signum manuum andree fil. qu. Johanni qui & bonizo, & itidem arialdi filii quondam ingezoni teſtes.

Raynardus notarius ſacri palacii rogatus ſubſcripſi.

Ego Azo Notarius ſacri palacii ſcriptor hujus libelli poſt traditis complevi & dedi.

CLV. 2.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1040.

IN nomine domini dei & Salvatoris noſtri jheſu Chriſti, anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo quadrageſimo, quinto Kal. Octubris, Indictione nona. Et ideo in dei nomine ego domnus rodulphus venerabilis abbas &c. concedo vobis petro presbitero diebus vite tue filio quondam dominici, atque johanni & petro germanis filiis quondam johannis qui dicimini de Caleſcella de loco ubi dicitur gavile, ſeu filiis veſtris &c. uſque ad terciam generationem expletam, ideſt nominative terras arabiles & vineatas &c. reiacentes in nominato loco gavile, & in Caſale quod dicitur dornoni, atque in loco qui dicitur ſtrada rupta, namque in volvolo, ſeu in loco vocato ſelegario, eciam in cardetho, & in loco ubi dicitur ſamozola, vel per alia loca infra iſtos fines: a mane eſt flumen qui dicitur Lavinus, a meridie eſt ſtradella que dicitur cluzola de prato bonini, a ſero eſt flumen qui dicitur ſuſcus, a ſubtus eſt limes qui vocatur de corniale &c. Afflictus penſionem dare atque perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcio denarios veneticos ſedecim bonos & expendibiles in caſtro noſtri monaſterii, quod dicitur manzolini &c. Acta in Caſtro quod dicitur Nonantule feliciter.

Ego Adelbertus not.

CLVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1042.

IN nomine domini &c. anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo quadrageſimo ſecundo, quinto idus Junii, Indictione decima. Et ideo in Dei nomine ego donnus Rodulfus gratia dei venerabilis abbas &c. per cartulam precarie &c. concedo vobis ſteſano & iohanni germanis filiis quondam giraldi, atque urſo & martino ſive petro filiis . . . . conſencientis &c. habitatoribus in villa ſaliceto, ſeu & filiis &c. uſque in terciam generationem, ideſt nominative omnibus caſis, terris &c. juris nominati monaſterii que reiacere videntur in nominato loco ſaleceto &c. a mane fluvius ſcultenna, a meridie foſſa que eſt ad locum ubi dicitur pons marinus, a ſera foſſa que dicitur militaria, de ſubto locus ubi dicitur navicelle &c. & pro omnibus nominatis rebus &c. perſolvere debeatis omni anno de menſe marcio in nomine argenti denarios papienſes octo &c. in caſtro nonantule &c. Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Nordilus not.

CLVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1043.

IN nomine domini &c. anni domini milleſimo quadrageſimo tercio, ſeptimo die de menſe aprilis, indictione undecima. Et ideo in dei nomine ego donnus rodulfus &c. per cartulam precharie &c. concedo vobis ſcichenzo filio quondam ermeſa, & vvirardo filio quondam martini, qui ſunt habitatores in unzola ſeu in filiis &c. uſque

in

in ɪerciam generacionem tantummodo ad habendum, ideſt terris arabilis & vineis &c. iuris ipſius nominato monaſterio, que reiacent in fundo campillo qui vocatur pra albini, ſicuti vos nominati precarii hodie per cartulam donacionis & offerſionis emiſiſtis in me qui ſupra donno rodulfo &c. Seu & concedo ego qui ſupra &c. per cartulam precarie &c. vobis &c. de aliis rebus juris ipſius monaſterio, ideſt pecie due de terra arabiles . . . . que reiacent in loco ubi dicitur ſerariſe & in gazo. Coerei ei a fine a nominaia pecia de terra de iam dicto loco ſerariſe a mane foſſa pudica, a meridie nominato monaſterio, a ſera Lavinello, de ſubto tetelmo, & eſt &c. juges ires. Coeret ei a fine a nominaia pecia de terra de preſato loco gazo a mane & de ſubto nominato Lavinello, a meridie & a ſera nominato monaſterio, & eſt &c. iuges tres &c. Ei pro omnibus ipſis nominatis rebus &c. perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcio nomine in argentum denarios duodecim veneticorum &c. in caſtro nonantule &c. Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Rozo notarius & judex ſacri palacii.

CLVIII.

1043.

Adelaxia uxor Alberti de Baioaria bona in emphit. accipit a Rodulpho Abb. Non.

(Antiqu. Ital. Vol. V. p. 617.)

CLIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.
1044.

IN nomine domini &c. anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo quadrageſimo quarto ſexto nonas madii indictione duodecima. Et ideo in dei nomine ego donnus rodulfus &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi ingezonem filium quondam azonis de loco curſus, ſeu filiis &c. uſque ad ɪerciam generationem ad habendum, ideſt nominative pecia una de terra arabili cum quarto ſuper ſe habente iuris nominati monaſterii, que eſt in loco que dicitur caſa veccla, cui adherent fines in circuitu a duobus lateribus conſortes, a meridie homines qui dicuntur de aucede, a ſera jam dicti ſancti ſilveſtri, & eſt &c. ſeminatura ſextaria decem &c. ſicuti tu ingero per cartulam offerſionis emiſiſti in me qui ſupra &c. ſeu & concedo tibi ego qui ſupra &c. de aliis rebus ſimiliter juris nominati monaſterii ſancti Silveſtri, ideſt nominative terris, caſis, & vineis &c. reiacentes in loco nominatus curſus, ac in gricianus, ſeu in runcogaſtaldi, etiam in ſilva johannis &c. ſicuti ante hos dies & annos habuit & detinuit quondam reſtanus qui fuit avus nominati ingezonis &c. Et pro omnibus frugibus &c. perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcio nomine argenti denariis papienſibus duodecim &c. in caſtro nonantule &c. Actum in nonantula feliciter.

Rog. Petrus not. ſacri palatii.

CLX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.
1046.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo quadrageſimo ſexto, quinto idus octubris, Indictione . . . . .

ta-

tadecima. Et ideo in dei nomine ego donnus rodulfus &c. per cartulam precarie &c. concedo vobis johanni qui dicitur puncilias, & petro atque rozoni germanis filiis ermentrude, atque johanni filio martini de paulo &c. habitantibus omnibus in corte ſicco, & in loco ubi bertolini dicitur, ſeu & in filiis veſtris &c. uſque in terciam generationem tantummodo expletam, ideſt nominative cuntis caſis terriſque arabilibus, pratis, paſcuis, cum boſſcis & paludibus &c. juris nominati monaſterii, que reiacere videntur in loco ubi dicitur calisveccla; pecia una, a mane Limezunculus, a meridie terra tetelmi, & a ſera ſimiliter, de ſubto limes callisveccla, & eſt &c. jugera duo. Et in loco caponario pecia ſecunda, a mane heredes ſrogerii de camoriana, a meridie Leo de marmore, a ſera ſimiliter, de ſubto caliis vvarciniſca, & eſt jugera ſex. Et tertia in eodem loco, a mane Limeciunculus, a meridie heredes alfredi, a ſera nominatus Leo, de ſubtus terra ſancti geminiani, & eſt jugera ſex. Et in caſale mendoli ſunt pecie octo, que ſunt &c. jugera tredecim. Et in loco ubi dicitur marmore pecie due; prima habet fines in circuitu a mane ducariola orbitula, a tribus aliis lateribus nominatus Leo. Secunda a mane & a ſero jam dictus Leo, a meridie homines qui dicuntur dondi, de ſubtus atreverti, & ſunt &c. jugera duo & medium. Atque in caſale de biga ſunt pecie quatuor; prima habet fines a mane heredes berulſi, a meridie heredes teberti, a ſera piloſi, & ſubtus ſimiliter. Secunda a mane . . . . gis, a meridie nominati piloſi, a ſera Limeciunculus, a ſubto terra ſancti geminiani. Tercia a mane heredes nominati teberti, a mane nominati piloſi, a ſera Limeciunculus, de ſubto terra regis. Quarta vero a mane palus, a meridie ſimiliter, a ſera Limeciunculus, a ſubto limes de padolini, & ſunt &c. jugera quatuor. Seu etiam in roſpitulo pecia una: a mane eſſe videtur limes qui dicitur . . . . a meridie homines de burgo, a ſera ſimiliter, de ſubto gena flumen; & eſt quatuor ſeſtaria ſeminatura. Namque in caſale pirlo pecie due: prima habet fines, a mane Lupicini detinent, a meridie flumicello, a ſera petrus de juvene, de ſubto eldevertus. Secunda pecia a mane & de ſubto martinus clericus, a meridie & a ſera honorati, & ſunt inſimul iſte due peciole iugerum unum &c. Et pro omnibus ipſis nominatis rebus &c. dare atque perſulvere debeatis omnique anno de menſe marcio denarios veneticos octo &c. in caſtro nonantule &c. Actum in nominato caſtro nonantule feliciter.

Rog. Nordilus not.

CLXI.

Autographum in Arch. Nonant.

1046.

Dum in dei nomine in civitate florencia in palacio de eccleſia & piſcopio ſancti iohannis in illa caſa terrena in iudicio reſſedebat goteboldus miſſus & capellanus domni Enrici regis (1) ad cauſas audiendas hac deliberandas intentione, reſſedentibus cum eo rodulfo & vvido & petrus judicibus, adeſſe ibidem & johannes & florentius & vvido notarius, & albico filio accii & johannes filio david & ſtam-

cio

(1) Arrigo III. figlio dell' Imp. Corrado dopo la morte del Padre ottenne il Regno d' Italia. Ma non ebbe la Corona Imperiale che a' 25. di Decembre di quell' anno 1046. Perciò in queſta Carta, che è de' 6. di Dicembre, gli vien dato ſolo il titolo di Re. Il Capellano Gotteboldo Meſſo del Re medeſimo è quegli probabilmente, che fu poi eletto l' anno 1049. Patriarca d' Aquileja, e di cui il Muratori ha pubblicata una Carta dell' anno 1055. (*Antiqu. Ital. Vol. V p.* 541.) Di lui parla il dottiſſimo P. de Rubeis (*Monum. Eccl. Aquilejenſ. p.* 529.)

cio qui & paganus vocatus filio rainerii, & florencius filio bone memorie petroni, & ubaldus filio petroni judex, & pagano filio liute, & vitali filio johannis, & johannes filio benedicti, & paſqualis filio bone memorie teuci, & florencio filio teuperti, & johannes filio ſuo, & barone filius benedicti, & pagano filio adiperti & bonico terciolo, & petrus filio petroni, & reliqui plures, in eorum preſentia Accio prepoſito de eccleſia (2) ſancti michaelis de civitate florencia, que pertinet de monaſterio ſancti ſilveſtri ſcito nonantola, una cum martino filio rencii avocato ipſius eccleſie, nec non ex alia parte vvillelmo clericus filio rainbaldi cum johannes filio maracii avocato ſuo, ipſi predicto accio prepoſito cum predicto martino avocato ſuo cepit dicere ad ipſe goteboldus miſſus & capellanus domni regis: volo ut ipſe vvillelmo clericus cum iam dicto avocato ſuo adimpleat guadiam, quam ante hos dies in veſtra preſentia dedit de eccleſia ſancti miniati cum area ſua, que eſt poſita in civitate florencia, unde iam dicto martino avocato eum queſivit, quod propria erat de predicto monaſterio ſancti ſilveſtri de ipſo vvillelmo clericus malo ordine cumtendebat. Unde ipſe vvillelmo cum predicto avocato ſuo gaudiam dedit aut ſcriptum oſtendere, aut auctorem producere, aut ipſas res amittere, & odie eſt conſtituto termino. Ad hec ipſo judice, qui ibi aderant, interrogaverunt ipſo vvillelmo, ſi aberet ſcriptum, quod oſtenderet, aut ſi aberet productum auctorem. Ad hec ipſo reſpondit, quod non poſſet exinde producere auctorem, neque ullum ſcriptum abet, quod exinde oſtendere potuiſſet. Et ſic ipſe jam dicto accio prepoſito cum predicto martino avocato ſuo queſivit eundem vvillelmo clericus de terra cum caſa ſuper ſe abentes & curte, que eſt poſita prope ipſa eccleſia, quam ipſe iam dicto vvillelmo clericus detinebat, & que propria erat ipſius monaſterii, & ipſe ad eum malo ordine contendebat. Et ipſe vvillelmo reſpondit: non ego ad meam proprietatem detineo; ſed de alio homines eam habeo. Et interrogatus eſt ipſo vvillelmo clericus, ſi potuiſſet aut ſcriptum exinde oſtendere, vel auctorem abere, quem ille omnino negavit abere non poſſe; & ſic ſtatim ipſo villelmo clericus cum predicto avocato ſua predicta eccleſia ſancti miniati cum area ſua & pertinencia ipſius eccleſie, quam tum ipſe detinebat, & iam dicta caſa & curte ad ipſo predicto accio prepoſito, & iam dicto martino avocato ad partem ipſius eccleſie & monaſterio refutavit. Et inſuper ſpopondit & promiſit, ut ſi umquam in tempore ipſe aut ſuos heredes ipſi predictis rebus & eccleſia, & caſa, & curte, ad iam dicto monaſterio ſancti ſilveſtri vel ad ejus rectoribus tollere, aut contendere preſumpſerit, aut ſi adverſus eos de ipſis rebus agere, aut cauſare, vel aliqua intencione mittere preſumpſerit per ſe ipſis vel per eorum ſubmittente perſona, aut ſi qualiter factum exinde apparuerit quod ipſi factum abead, aut in antea faciat contra ipſius monaſterio fieri debead, & ipſas res ad predictam eccleſiam & monaſterio & ad ſuis rectoribus quiete abere & tenere non permiſerint, tunc componiturus & daturus eſſe debeat ipſo vvillelmo clericus vel ſuis heredibus ad iam dicta eccleſia & monaſterio ſancti ſilveſtri & ad ejus rectoribus ipſa jam dicta eccleſia, & caſa, & terra, & curte, & res in duplum; & inſuper pena numerum de bonos argentum libras viginti. Et ipſo jam dicto accio prepoſito cum predicto martino avocato fecit & de-

dit

(2) Oſſerviſi in queſta e in più altre carte di queſti tempi, come a poco a poco ſi vien formando la lingua Italiana, sì ne' ſegnacaſi ſconoſciuti a' Latini, che nelle deſinenze: *Accio prepoſito de Eccleſia*: Azzo Prepoſto della Chieſa: *cepit dicere ad ipſe goteboldus*: cominciò a dire al medeſimo Gotteboldo: *ipſo reſpondit*: eſſo riſpoſe: *ad ipſo accio refutavit*: rendettela allo ſteſſo Azzo: *per ſecuritatem*: per ſicurezza, ec.

dit pro ipſa ſpoponcione & promiſſione Launechildo re & merito ad ipſo predicto vvillelmo clericus & ad predicto avocato ſuo pelle una. Tunc ipſe judicibus qui ibi aderant cum talia vidiſſent & audiviſſent, iudicaverunt, ut iuſta ipſius vvillelmi manifeſtationem & profeſſionem manerent ipſe & ſuos heredes exinde omni tempore taciti & contenti ac remoti; & iam dicta eccleſia & monaſterio & ejus rectoribus manere debeant parte ſecuris & indempnis. Et ad hec ipſe gotteboldus miſſus & capellanus domni regis cum taliter vidiſſet miſit bannum domni regis ſuper eumdem accio prepoſitum, & ſuper iam dicto avocato, & ſuper iam dicta eccleſia & caſa de omnibus jam dictis rebus in mancuſos aureos duo milia, ut nullus quilibet homo magna parvaque perſona predicto monaſterio & ſuis rectoribus de jam dicta eccleſia & caſa & curte & terris & rebus deveſtire audiad ſine regale judicio. Qui hoc vero fecerit predicti duo millia mancuſos aureos compoſiturus ſe agnoſcat, medietate pars camere domni noſtri regis, medietate ipſius eccleſie & monaſterii & ad ejus rectoribus. In eo modo finita eſt cauſa. Unde hac noticia per ſecuritatem ipſo monaſterio ejuſque rectoribus & futura oſtenſione fieri amonuerunt. Quidem & ego Florencius notarius ex juſſione domni gotteboldus miſſus ſeu iudicum amonicionem ſcripſit: ab incarnacione domni noſtri Jheſu Chriſti quadrageſimo ſexto poſt mille, octavo idus decembris, Indictione quinta decima feliciter.

Ego Goteboldus miſſus & capellanus domni regis ſubſcripſi.

Rodulfus judex interſui.

Vvido judex domni imperatoris interfuit & ſubſcripſit.

Petrus judex domni regis interſui & ſubſcripſi.

CLXII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1048.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarn. ejuſdem milleſimo quadrageſimo octavo Enricus gratia dei imperator auguſtus anno imperii ejus deo propicio hic in italia ſecundo, ſeptimo Kalendas madii, Indictione prima. Et ideo ego in dei nomine domnus Rodulfus *&c.* per cartulam precarie *&c.* concedo vobis conſtancio & aldrevando atque otho filiis quondam ugoni de caſuliana, ſeu filiis *&c.* uſque in tertiam generationem expletam tantummodo, ideſt *&c.* terras, caſas, hedificia, boſcum atque caſtanetum ſeu paſcua ſuper ſe abente *&c.* terris nominati monaſterii rejacentes in nominato loco caſuliana, & in cinxano, atque in auvilla, ſeu in trebbo, ac in pugnano, namque in ſamoni *&c.* Et pro omnibus ipſis nominatis rebus *&c.* dare atque perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe . . . . de vino bono modia legitima ſeptem *&c.* in caſtro nonantule *etc.* Acta in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Adelbertus not.

CLXIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1055.

IN nomine domini dei & ſalvatoris noſtri Jheſu Chriſti anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo quinquageſimo quinto, Enricus gratia Dei Imperator auguſtus anno imperii ejus deo propicio hic in Italia octavo (*l.* nono), feſto Idus Madii, Indictione octava. Vobis Marcus & Andreas presbiteri & monachi ordinati in monaſterio ſancti Silveſtri ſiti in Nonantula, ego in

(1) La Chieſa di S. Bartolommeo di Porta Ravegnana in Bologna è ora de' Cherici Regolari Teatini. Eſſa fu già reſidenza di un Priore d'Ordine Benedettino nero, come ſi afferma dal P. Melloni (*Atti de' SS. di Bologn. T. II. p.* 368.) Ma che eſſa foſſe per qualche tempo ſoggetta al Monaſtero di Nonantola, non ſapeaſi finora. Breve però dovett'eſſere il tempo di una tal dipendenza, poichè niun'altra notizia più ſe ne incontra.

ſis monete, & non plus, ſupraſcriptis locatoribus vel eorum heredibus qualiter ſupra legitur preſtent, & perſolvere exinde debeant nomine penſionis predictus abbas cum aliis advenientibus abbatibus & predicti monachi & eorum ſucceſſores ſingulis annis tertiam partem de omnibus oblationibus, que in tribus principalibus feſtis, paſce ſcilicet, & nativitatis domini, & in vocabulo ſancti bartholomei apoſtoli a deum timentibus ad eamdem eccleſiam oblate fuerint, excepto quod in luminibus predicte eccleſie expenſum fuerit. Eo vero ordine ut predictus petrus & bonandus germani & arardus atque ildevrandus & eorum heredes ac proheredes ſimiliter in perpetuum predictam eccleſiam & omnes res ſupraſcriptas ad eandem eccleſiam pertinentes vel in antea aliquo modo perventuras omni tempore ab omni contradicente homine defenſare debeant ac quiete & pacifice ſine omni ſua vel heredum ſuorum ac proheredum moleſtactione predicto abbati aliiſque abbatibus & predictis monachis eorumque ſucceſſoribus omni tempore qualiter ſupra legitur poſſidere permittent. Penam vero inter ſe poſuerunt, ut ſi quis de predictis vel eorum heredibus & proheredibus ac ſucceſſoribus ſe de hac convenientia aliquo modo removerit, & non permanſerit in his omnibus, ſicut ſupra legitur, ut componat illa pars que non ſervaverit hoc a parte fidem ſervantis pene nomine argenti de bonis denariis Veronenſis libras centum, & poſt penam ſolutam hec promiſſio predicte convencionis in ſua permaneat firmitate, quia ſic inter nos convenit.

Et inde duo libelli uno tenore ſcripti ſunt.

Actum in caſtro Nonantule feliciter.

Ego petrus ut ſupra legitur mm. ss.

Bonando mm. ss.

Signa manuum teberto & fredulfum & pezulo atque adam . . . . . petruma mazzacaballo ſcilicet petro maſaro ac dominico notar. qui in his omnibus, ſicut ſupra legitur, rogati ſunt teſtes.

Ego Petrus notarius ſcripſi poſt traditum complevit & dedit.

CLXXXIV.

Autographum in Arch. Nonant.

1071.

IN nomine domini dei & ſalvatoris . . . . eiuſdem milleſimo ſeptuageſimo primo, octavo Kalendas Septembris, Indictione nona. Divina diſponent. ordinacionis pro utilitate ſancti ſilveſtri nonantulenſi monaſterii. Ego in dei nomine domnus Landulfus abbas predicti Monaſterii previdi ordinare, & perpetualiter concedere per alimenta & vita cunctorum monachorum fratribus ejuſdem monaſterii, qui modo ſunt vel in futuris temporibus inibi conſecrati ſunt, videlicet domni johanni priori & monacho, & petro presbitero & monacho, ſeu martino presbitero & monacho, & alii plures pro ſe & invice ceterorum omnium monachorum qui nunc domino annuente in eodem monaſterio conſecrati ſunt, vel in futuris temporibus fuerint, ideſt nominative curte una, que dicitur ſancte agathe, & caſtellare & eccleſia ibidem conſtructa fuit, ſeu cum omnibus terris & rebus ac pertinenciis ad eamdem cortem pertinentibus, que eſt ipſa curte cum predictis omnibus rebus inter curte que dicitur cento, & curte que dicitur argene, que eſt predicta curte juris noſtri monaſterii ſancti ſilveſtri cum predicto caſtell. . . . . . . conſtructum fuit cum terris & vineis & ſilvis, paludibus & piſcacionibus, ſeu cum omnibus uſibus & pertinenciis ad eandem curtem pertinentibus, omnes predictas res & curte ea ratione providimus ordinandas, ut ſupra dictum eſt, & per hanc paginam deo annuente contulimus, ut non liceat mihi ſupradictus Landulfus abbas

bas vel meis ſucceſſoribus ſubnixa ſtipulatione ab hac ora in futuris temporibus cuiquam dare per aliquod beneficium, ſen concedere prechariam vel libellum ſive per inveſtituram, quod vobis melius viſum fuerit. Ut inde habere debeatis redditus & res . . . . . & penſionem ne con. . . . . . cionem iuxta illius terre ut melius potueritis in veſtro donnicato, ut ſupra dictum eſt, alimenta omni tempore perſolvendum ſine omni mea vel meis futuris ſucceſſoribus contradictione vel repeticione. Ita tamen ut vobis nominatis fratribus ſeu veſtris ſucceſſoribus predicta curte cum caſtellare & eccleſia ibi conſtructa fuerit, ſeu cum omnibus territoriis & vineis ac ſilvis cum areis earum, paludibus vel piſcacionibus, venacionibus, occupacionibus, aquis aquarumque ductibus vel molendinis, ſi per aliquod tempus conſtructi fuerint, vel cum omnibus pertinenciis ad eamdem cortem pertinentibus cum ſuperioribus & inferioribus, atque cum ingreſſibus & acceſſionibus ſuis juris perpetualiter conceſſimus habere & detinere in integrum. Pro quibus denique nominatis omnibus rebus, qualiter ſupra legitur, quas vobis nominatis fratribus vel veſtris ſucceſſoribus, ut ſupra legitur, ſponte ordinare decrevimus, promittimus & expondimus ut ſi ego nominatus Landulfus Abbas vel noſtri ſucceſſores deinceps in omnibus qualiter ſupra legitur per quodvis ingenium corrumpere aut violare preſumpſerimus, componere pene nomine argenti de bonis denariis papienſibus libras centum ſupradictorum vobis monachorum veſtrorumque ſucceſſorum a parte predicti monaſterii, & poſt penam ſolutam hec preſens pagina promiſſionis & ordinacionis, ut ſupra legi-

tur, in ſua permaneat firmitate, quia ſic inter nos convenit.

Actum in caſtro Nonantule in caſa ad caminum nominatum Abbatem feliciter.

Landulfus Abbas manu propria ſubſcripſit.

Signa manuum raginerii filii quondam girardi, & teuzonis filio ejus, atque agighonis filio quondam itemque agighonis, ſeu alberti qui dicitur azeli filii qu. tegrimi [1], namque azonis qui dicitur marchellus de cellula, videlicet alberti giſulfi de riolo, ac etiam petri, qui dicitur de prato de gavile, qui in his omnibus, uti ſupra legitur, rogati ſunt teſtes.

Martinus notarius ſcripſit, poſt tradita complevit & dedit.

CLXXXV.

Autographum in Archivio Caſtri S. Agathæ.

1071.

Brevis recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendum, qualiter in preſentia ſupraſcriptorum hominum factum eſt. In eorum preſentia promiſerunt atque obligaverunt ſe Raginerius filius quondam Girardi pro ſe, & in vice Rolandi, & Giſlerio germanis nepotibus ſuis atque Agigho filio quondam itemque Agighoni ſimiliter pro ſe & invice Albero germani ſui, ſeu Alberto qui dicitur Azelo (1) filio quondam Tigrini de Sala in manu Joannis Prior Presbiter & Monachus, atque Bruno Presbiter & monachus, Leopardus Presb. & Monachus qui dicitur Ardeogus, & Martinus Presbiter & Monachus, qui dicitur Savio,

(1) Tutti queſti appartengono alla famiglia da Sala, come dal ſeguente monumento ſarà paleſe.

(1) Queſti è probabilmente quel deſſo, a cui appartiene l' Iſcrizione trovata in Sala Caſtello dieci miglia lontan da Bologna, da cui queſta famiglia preſe il ſuo nome, e che fu poſcia diſtrutto da' Bologneſi. Eſſa è riportata dal P. Ab. Trombelli (*Memorie di S. Maria di Reno &c. p.* 122.); e da eſſa raccoglieſi, ch' ei finì di vivere a' 4. di Settembre del 1089. Il nome ne è ſcritto in queſta maniera: AZO FILIVS TEGRIMI; ed è veriſimile, che ſiaſi voluto ſcrivere Azelo.

neque in prediĉtis progeniis Comitibus Bonon., neque in Maſnata eorum, neque per feudum neque per ſcriptum ullum emittere debent niſi ſimiliter in minoribus perſonis per precariam vel libellos faciendis omni tempore, ſimiliter auĉtores & adjutores & defenſores eſſe debent juxta eorum poſſibilitatem, & ſi eorum hominibus de diĉta Curte aliquod damnum & injuriam fecerint, & ſimiliter ut ſupra non emendaverint, vel omnia qualiter ſuperius legitur non adimpleverint, tunc componere debet ad eiſdem nominatis obligatoribus vel ad eorum heredibus prediĉtam penam, & nominata medietate de ipſa Curte, quas ipſi fratres Monachorum in ſe detinuerunt in prediĉtis ſenioribus promiſſores devenire debet; unde duorum breves uno tenore ſcripti ſunt. Faĉtum eſt ſub die oĉtavo Kal. Septembrium, Anno Dcminice Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo primo Indiĉt. nona.

Signa ✠ ✠ ✠ manuum nominatorum Reginerii pro ſe & in vice ut ſupra nepotibus ſuis atque Agighonis pro ſe & vice Alberonis germano ſuo ſeu Azeli, qui hec promiſit, & obligatio ut ſupra fieri rogaverunt, & eis releĉta eſt.

Signa †††††† manuum Gerardi, & Gullielmi, & alterius Gullielmi ſeu Aginardi atque Alberti itemque Petri, qui ibi fuerunt & in eis omnibus ut ſupra legitur rogati ſunt teſtes.

Ego Martinus Notarius qui ibi fuit, & hec ſcripſi *&c.*

CLXXXVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1072.

IN nomine domini dei & ſalvatoris noſtri Jheſu Chriſti anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo ſeptuageſimo ſecundo, oĉtavo idus Februarii, indiĉtione decima. Et ideo in dei nomine nos guido & albertus atque gotefredus germani filii quondam rodulfi de caſtro da curte, & alchenda uxor jam diĉti guidoni, & mihi que ſupra alchenda conſenciente mihi nominato guido viro meo, & bernardus filius quondam ugoni de nominato loco, & ermengarda uxor prediĉti bernardi, & mihi que ſupra ermengarda conſenciente nominato bernardo viro meo, & hic ſubter in omnibus confirmante, qui profeſſi ſumus ex nacione noſtra lege vivere romana, preſentes preſentibus diſimus. Dominus omnipotens ac redemptor noſter animas quas condidit ad ſtudium ſalutis ſemper invitat. Et ideo nos qui ſupra guido & alchenda jugale atque alberto namque gotefredo germanis, & bernardo atque ermengarda jugale propter deum & remedium anime noſtre donamus & tradamus ſeu offeramus tibi donnus Landulfus abbas de monaſterio ſanĉti ſilveſtri ſiti nonantul. a parte ipſius monaſterii ſanĉti ſilveſtri proprietario jure, ideſt caſtrum unum cum tenimine cum ſoſato ſibi in circuitu iuris noſtris exceptis caſas noſtras dominicatas cum areis ſuis, que ſunt per menſuram juſtam tabule legittime oĉto, quas in noſtra poteſtate reſervamus proprietario jure infra ipſo caſtro, quod nominatur torcillus, çui in circuitu ſunt fines da totis lateribus nos ipſi qui ſupra donatores, omniaque ex omnibus ſicuti ſupra legitur in integrum. Que autem iam diĉto caſtro qualiter ſupra legitur per coherencias a ſuperiore & inferiore ſeu confines atque cum ingreſſore & acceſſione ſua in integrum a preſenti die & ora & per hanc cartulam donacionis & offerſionis in tua qui ſupra donnus Landulfus abbas tuiſque ſucceſſoribus a parte ipſius monaſterii ſanĉti ſylveſtri maneat & perſiſtat poteſtate proprietario iure ſine omni noſtra qui ſupra donatorum & heredum noſtrorum contradiĉtione. Quidem expondimus atque promittimus nos qui ſupra guido & alchenda jugale atque alberto & gotefredo germanis & bernardo atque ermen-

CLXXXVIII.

Excerpta ex Apographo ſæc. XII. in Arch. Nonant.

1074.

IN nomine domini &c. anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo ſeptuageſimo quarto, pridie nonas auguſti, indictione duodecima. Et ideo in dei nomine ego bonus monachus filius quondam dominici venetici qui fuit vocatus unaldus de comitatu gardenſe, qui profeſſus ſum lege vivere romana, preſens preſentibus dixi: Dominus omnipotens &c. Et ideo ego predictus bonus monachus propter deum & remedium anime mee dono & trado ſeu & offero vobis donno mauro monacho & Rodulfo ſeu Columbano atque Leoni , ... eccleſie ſancti Silveſtri ſiti nonantula, ideſt nominative omnes res mobiles ac immobiles, que ante hos dies & annos mihi obvenerunt vel nunc pertinent in loco qui dicitur Lazeſe in prefato comitatu gardenſe, vel in aliis locis ubicumque invente fuerint, ſcilicet terras arabiles, prativas, boſcales, paludivas, atque loca in quibus piſces capiuntur &c.

Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Johannes Not.

CLXXXIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1074.

IN nomine ſancte & individue trinitatis anno domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo quarto, de menſe . . . . . Indictione duodecima. Actum in calanco. Ego quidem in dei nomine johannes qui vocatus ſum paganino filius quondam dachiverti qui habitator ſum in loco caucini promitto atque ſpondeo vobis ſcilicet martino presbitero, & marie que vocaris abbatiſſa, & tu ipſe martinus presbiter qui vocaris copario habitantibus in eodem loco calanco uſufructu diebus vite veſtre & in te johanne filio quondam johannis magiſtri de loco taivalo tuiſque filiis &c. uſque in terciam generacionem &c. id eſt nominative omnem reſponſionem & omne jus quod mihi pertinet, aut in antea potuerit pertinere de quatuor ſtariis de terra ſeminatura, que eſt poſita in circuitu & pertinenciis de blancaniſe &c.

Rog. Honeſtus not.

CXC.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1075.

IN nomine ſancte & individue trinitatis anno domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo quinto, de menſe madii, indictione terciadecima. Actum in orto veclo. Nos quidem in dei nomine martinus qui vocatus ſum de Azo crivellario habitator in eodem loco tam pro me quamque pro heredibus meis &c. promittimus atque ſpondemus vobis ſcilicet martino presbitero qui vocaris copario de loco calanco atque marie, que nuncuparis abbatiſſa, namque johanni nepoti tuo que ſupra maria filio quondam johannis magiſtri de loco tavialo libellario nomine &c. veſtriſque eciam heredibus &c. pecias duas de terra in caſale galeſiano, & in caſale guminiano &c. Et pro omni reſponſione dictarum rerum dare atque perſolvere debeatis &c. ad nos vel ad noſtros heredes aut ad noſtrum miſſum denarios duos de venecia in loco blancaniſe &c. Et poſt expletum tempus hujus libelli habeatis licenciam cum veſtris heredibus renovandi ab Eccleſia ſancti Silveſtri &c.

Rog. Honeſtus not.

CXCI.

Digitized by Google

CXCI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1077.

IN nomine ſancte & individue trinitatis anno domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo, die ſeptimo exeunte menſe madio, Indictione quinta decima. Actum in Roncolamberti. Ego quidem in dei nomine petrus filius quondam iohannis illari tam pro me quam pro heredibus meis &c. promitto atque ſpondeo vobis ſcilicet dominico presbitero de prandis & madelberto presbitero atque item dominico presbitero veſtriſque eciam confratribus in eccleſia ſancti petri de roncolamberti qui nunc ſunt ordinati vel in antea fuerint perpetuis temporibus ad jura tamen ipſius eccleſie, ut non habeamus licenciam agere aut cauſare, ideſt pecia una de terra aratoria in predicto loco. Coherent ei fines in circuitu, a mane johannes montanarius & petrus tribocus habent, a meridie jam dicta Eccleſia ſancti petri &c. Precium vero quale inter nos convenit ab ipſa Eccleſia, ſcilicet ſolidi quatuor Veronenſes &c.

Ego Honeſtus not.

CXCII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1085.

IN nomine domini &c. anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo octuageſimo quinto, imperante Enrico in italia anno primo, quarto Kal. Marc. Indiccione octava. Conſtat me Alberti filius baroni de loco petroza, qui profeſſus ſum ex nacione mea lege vivere romana, quod accepi a te carunda uxore ragimberti de loco petroza precium ſolidos tres denariorum Lucenſium finitum precium coram teſtibus, ideſt nominative pecia una de vinea que iacet in loco civiciano in curte giſſo infra plebem ſancti Laurencii, qui in culina dicitur, cui in circuitu ſunt fines, a mane poſſidet jam dictus ragimbertus, a meridie filii azonis de Leo, a ſera johannes de barono, de ſubto ſtrada &c. Actum in loco petroza libenter.

Rog. Vitalis not.

CXCIII.

Excerpta ex Apographo ſæc. XII. in Arch. Nonant.

1085.

IN nomine ſancte & individue trinitatis anno dominice incarnacionis domini noſtri jheſu chriſti poſt milleſimum octuageſimo quinto, in tempore domini clementis ſummi pontificis univerſalis pape, imperante domnus Enricus filius quondam Enrici imperatoris anno primo, die nonodecimo menſe martio indictione octava (1), territorio bononienſi, iudicaria motinenſi (2). Conſtat me gerardo filius quondam raginerio & alberto filius quondam urſoni de iohanne venditoris vendidiſſe, & vendimus, atque tradidiſſe & tradimus preſenti die . . . . . .

(1) Era allora la Chieſa diviſa dal funeſtiſſimo ſciſma dell' Antipapa Guiberto, detto Clamente III. ſoſtenuto da Arrigo IV. da lui coronato Imperadore contro il Pontefice Gregorio VII. Molte Città di queſti contorni, e fralle altre Bologna a Modena erano in favore dell' Antipapa, e perciò vedeſi qui rammentato il nome di Clemente invece di quello del vero Papa Gregorio.

(2) Queſte parole ſignificano, che il luogo, in cui fu fatto queſto ſtromento, cioè Farneto di Monte Celere, era bensì nel territorio Bologneſe, ma ſoggetto alla giuriſdizion de' Modeneſi. Il Muratori ha oſſervato, che il territorio Modeneſe ſtendevaſi una volta non ſolo fino alla Samoggia, ma fors' anche fino al Lavino (*Antiqu. Ital. Vol. II. p.* 203. *Vol. III. p.* 24.). Quì veggiamo una aſſai maggiore eſtenſione non del territorio, ma della giuriſdiziona civile, percioochè la veggiamo ſteſa fino al Sillaro, preſſo cui ſono e Farneto e la Pieva di Monte Celere, che poco appreſſo ſi nomina co' medeſimi aggiunti. Come però queſta Carta non è originale, non ſi potrebbe ſopra eſſa fondare un ben provato diritto. Ma dell' eſtenſione del territorio Modeneſe ai tempi antichi ſarà altrove luogo più opportuno di ragionare.

. . . . petri monachi &c. veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ad jura . . . . . ſilveſtri & ſancte marie . . . . in perpetuis temporibus poſſidendum, ideſt in finibus plebe ſancte marie pago celeri in loco qui vocatur . . . . pecia una terre . . . . infra hec latera: latus primum rivus corrente . . . . ego filius quondam uberti: latus tercium poſſidet ildebrando filius quondam guinici de bonizo: latus quartum . . . . alia pecia de terra aratoria videtur eſſe poſita in loco qui vocatur farneto, que eſt rendi . . . . infra hec latera: latus primum cimiterio ſancte marie que eſt poſita . . . . latus ſecundum poſſidet gerardus filius quondam callegario, latus tercium poſſidet gerardus filius quondam ugo . . . . latus quartum poſſident heredibus quondam alberti de rodulfo &c. vel ſi quis aliis ad fines ſunt ſicut ſuperius legitur conſtitutum territorio bononienſi in plebe ſancte marie pago celeri iudiciaria motinenſi, ut hec omnia que ſuperius leguntur in integrum &c. Precium qualiter inter nos convenit &c. quindecim ex nummis veronen. finitum precium &c.

Actum in loco qui vocatur farneto in caſalicli caſtro &c.

Rog. Petrus not.

CXCIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1087.

IN nomine domini &c. anno ab incarn. ejuſdem milleſimo octuageſimo ſexto, idus magi, indic. nona. Stetit atque convenit inter ungarus notarius filius quondam rolandi de loco roncalie habitator in loco figariole, nec non & inter ugo filius quondam ugonis albini quondam filius & vvilia jugales, ut in dei nomine debeant dare ſicut a preſente dedit is ipſe nominatus ungarus eiſdem nominatis jugalibus, vel eorum heredibus &c. libellario nomine &c. uſque in tertiam generationem expletam, ideſt nominative cuncte terre vineas & prata &c. reiacentes in corte roncalie & in caſtro, nominative omnes ille nominate res, ſicuti ante hos dies & annos recte & laborate ſeu detente fuerunt per meos genitores & modo ſunt per me per emphiteoſim ex parte ſancti Silveſtri cujus eſt proprietas &c. Et vos predicti jugales perſolvere exinde debeatis ſingulis annis de menſe marcio denariis ſexdecim papienſes, dati & conſignati eſſe debeant denarii ipſi &c. pro vice nominati ungari ad paſtorem Eccleſie ſancti Silveſtri vel ad eorum miſſo in corte roncalie &c.

Actum in caſtro roncalie feliciter.

Rog. Johannes not.

CXCV.

1088.

Mathilda Comitiſſa Monachis Nonant. dimitit Eccleſiam S. Silveſtri ſitam in Caſtro Nogariæ.

(Antiqu. Ital. Vol. II. p. 253.)

CXCVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1089.

IN nomine domini &c. anno ab incarn. ejuſdem milleſimo octuageſimo nono ſexto Kal. Jun. Indictione duodecima. Manifeſta cauſa eſt nobis albertus filius quondam gibelino & azo filius quondam ruſtici, qui ſumus habitaturi in caſtro monterione, promittimus atque ſpondemus, ut ſi umquam in

in tempore nos &c. contra te qui ſupra donnus damianus abbas ex monaſterio ſancti Silveſtri ſito nonantula &c. agere aut cauſare preſumſerimus &c. omnes res territorias noſtras &c. quantaſcumque habere & detinere viſi ſumus &c. in vigo fredo & in pizoli, & in circuitu gavaſeto, & in circuitu paule, &c. quarum in circuitu ſunt fines, a mane via que dicitur navigatura, a meridie cluza de badiano, ... qui dicitur muzola, de ſubto boſco quod dicitur flabano &c. componat pars parti fidem ſervanti &c. ſolidos centum lucen. &c.

Actum in loco paule feliciter.

Rog. Liuzo not.

CXCVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1089.

IN Chriſti nomine anno domini milleſimo octuageſimo nono Kalendis Octobris Indictione tercia decima preſencia bonorum hominum, quorum nomina hic ſubtus adſcripta eſſe leguntur. Ego domnus Damianus vir venerabilis Abbas Monaſterii S. Silveſtri ſiti Nonantul. propter deum animeque mee remedium meorumque ſucceſſorum ac pro honore & utilitate dicti Monaſterii una per conſcilium & conſenſum fratrum monachorum dicti Monaſterii hec inveſtitura a me jure facta ſeu fratrum Monachorum corroborata & intacta permaneat, do, trado, & perpetualiter concedo marie filie quondam thedaldi decinoni per albertum ſachettum nuncium ſuum & filiabus ejus ſcilicet berte & rolende & palme & bonille & berlende, & aliis ibi jure ſancti benedicti regulam tenentibus, ideſt nominative pecia unius terre prope civitatem cremone in loco parlaſſi, & eſt ipſa pecia de terra per menſuram juxtam pertice ſex, & totidem tabule, cui in circuitu adherent fines: a mane ruſticus detinet, a meridie vero girardus, a ſero autem gaidaldus, a montibus via, & ſi que alie ſunt coherentes cum ſuperioribus & inferioribus, ſeu cum ingreſſibus & acceſſionibus ſuis in integrum ea racione ut dicta Maria & dicte filie ejus & earum ſucceſſores dictam peciam terre a parte dicti Monaſterii & noſtra perpetualiter habeant, & non habeant licentiam vendendi, neque donandi, permutandi, ſed tantum ibi conſtruendi Monaſterium in onore dicti Sancti Silveſtri & Benedicti habeant facultatem. Et nullo aliquo modo habeant nec iſte dicte nec earum ſucceſſores jus eligendi atque ponendi abbatiſſam niſi juſſione & voluntate dicti domni damiani abbatis & ſucceſſorum ejus. Si autem iſte vel alie ad hujus ſeculi converſationem redierint, vel ad aliquem jus eis conceſſum transferre voluerint, hec omnia nullius momenti habeantur, & ad dictum Monaſterium redeant, & perſolvere exinde debeant omni anno pro dicta pecia in ſancti ſilveſtri feſtivitate ſupradicte domine & earum ſucceſſores per ſe vel per earum nuncium affictum nomine penſionis candelam unam unius optime libre cere in caſtro Nonantula, alia dupl. impoſita, ni fiat eis. Penam vero inter ſe poſuere, ut ſi predictus domnus damianus vel ejus ſucceſſores, aut ipſe & earum ſucceſſores ſe ſe de hac conveniencia hujus ordinacionis removere queſierit, & non permanſerit in his omnibus que ſuperius leguntur, ut componat illa pars, que non ſervaverit hoc, parti fidem ſervanti pene nomine ſoldos centum lucenſium denariorum, & poſt penam ſolutam hec preſens pagina ordinacionis & obligationis in ſua maneat firmitate, quia ſic inter nos convenit. Actum in Nonantula feliciter.

✠ Ego Damianus Abbas m. m. ſcripſi.

✠ Ego Eliſeus prior & monachus m. m. ſcripſi.

✠ Ego Conſtantinus monachus & presbiter m. m. ſcripſi.

✠ Ego

✠ Ego Adam m. m. ſcripſi.

✠ Nominis hoc ſigno Judex bonus hoc ego firmo.

✠ Ego Ubertus ut teſtis iuterfui & ſcripſi.

Ut legitur ſcripto ſic petrus teſtor in iſto.

Sign. man. Venecionis qui in his omnibus ut ſupra legitur rogatus eſt teſtis.

Petrus dei gratia notarius ſcripſi.

CXCVIII.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1094.

IN nomine domini &c. anno ab incarnac. ejuſdem milleſimo nonageſimo quarto, Enricus gratia dei romanorum imperator auguſtus, tercio nonas aug. Indictione ſecunda. Et ideo in dei nomine ego quidem albertus gratia dei comes filius quondam guidonis comitis de civitate Bononie (1) &c. dono atque trado tibi ragimberto de loco petroza rem juris . . . . . . ideſt nominative pecies terre vineate, & in parte buſciva tres, que ſunt prope caſtellario petroze: Prima pecia in loco ubi dicitur curſio &c. Secunda peciola eſt in loco ubi dicitur roncathelli &c. Tercia pecia in loco ubi dicitur calvanello &c. ad habendum &c. proprietario nomine &c. Actum in burgo celule libenter.

Rog. Vitalis not.

CXCIX.

Autographum vetus & authenticum in Arch. Nonant.

1095.

ANno ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo nonageſimo quinto, primo die menſis Junii, indictione tercia, eccleſie ſanctorum quirici & julitte & ſanctorum ſimonis & iude atque ſilveſtri edificata intra menia ticinenſis urbis non longe a porta que dicitur palacienſis. Ego Imelda filia quondam tadonis, & relicta quondam vvinizonis, que profeſſa ſum ex nacione mea lege vivere romana offertris & donatrix ipſius eccleſie preſens preſentibus dixi. Quiſquis in ſanctis & venerabilibus locis ex ſuis aliquid contullerit rebus juxta actoris vocem in hoc ſeculo centuplum accipiet, inſuper, quod melius eſt, vitam poſſidebit eternam. Ideoque ego que ſupra Imelda dono & offero a preſenti die in eadem eccleſia pro anime mee & predicti quondam vvinizonis mercede, ideſt pecias tres de terra aratoria, & aliquantum de petia una de terra, que eſt braida juris mei, que mihi advenerunt per cartulam donationis ideſt per antifactum ex parte ſupraſcripti quondam vvinizonis poſitas in locis & fundis vico maonone, vico tidonis, & in eorum territoriis. Prime pecie coheret ei de duabus partibus terra adelaide conjugis vaſſalli, de tercia parte, que fuit quondam item vaſalli piſcis; de quarta parte via publica. Secunda pecia, que nominatur campo adammi, coheret ei de duabus partibus terra que fuit ſupraſcripti quondam vaſſalli, de tercia parte via publica, & terra de vico alſi. Tercia pecia, que iacet in

(1) Il Conte Guido padre del Conte Alberto qui nominato fu figlio del Conte Adalberto figlio dell' altro C. Adalberto e di Bertilla altrove nominati. V. l'Albero de' Conti di Bologna negli Annali del C. Sen. Savioli (T. 1. p. 143.).

in pigentiano, coheret ei de duabus partibus terra, que fuit ſupraſcripti quondam vaſalli piſcis, de tercia parte via publica. Jam dicto aliquanto de ſupraſcripta pecia de terra, que fuit braida vitani quondam ſigefredi & beatricis conjugis ejus, coheret ei de una parte terra ſancti primi, de alia parte terra de heredibus quondam anzemundi qui dicitur de monticello, de tercia parte via pubblica, de quarta parte terra Lanfranci filii quondam ſupraſcripti vvinizonis, ſive ibi alia ſunt in his omnibus coherencia. Et ſunt ipſe pecie tres de terra cum jam dicto aliquanto de predicta braida per menſuram iuſtam ſuper totum jugera legitima duodecim: nominative ſicuti ſupraſcripto quondam vvinizoni advenerunt ex parte quondam vvidonis de ferra, & predictorum vvitani & beatricis iugalium, & mihi advenerunt per prefatam cartulam donacionis in integrum. Atque etiam dono & offero a preſenti die in eadem eccleſia pro anime mee, & ſupraſcripti quondam vvinizonis mercede res illas omnes item juris mei, que mihi advenerunt ex parte quondam bennonis per cartulam marginicap. poſitas in loco & fundo ſancta criſtina & ejus territorio, & ſuper fluvium padi in loco & fundo acquaria & in ejus territorio, omnia quicquid in jam dictis locis & in eorum territoriis tam vineas & terras arabiles vel gerbas de mei juris rebus inventum fuerit in integrum. Quas autem ſupraſcriptas pecias tres de terra aratoria, & iam dictum aliquantum de ſupraſcripta braida cum predictis rebus omnibus iuris mei ſuperius dictas una cum acceſſionibus & ingreſſibus ſeu cum ſuperioribus & inferioribus earum rerum, qualiter ſuperius legitur, ab hac die in eadem eccleſia dono & offero a preſenti die pro anime mee mercede, ita ut faciat exinde pars eccleſie, aut cui pars ipſius eccleſie dederit, jure proprietario nomine quicquid voluerit ſine omni mea & heredum meorum contradictione. Et quidem ſponden atque promitto me ego que ſupra imelda una cum meis heredibus parti ipſius eccleſie, aut cui pars ipſius eccleſie dederit, ſupraſcriptam offerſionem, qualiter ſupra legitur, in integrum ab omni homine defenſare. Quod ſi defendere non potuerim, aut ſi parti ipſius eccleſie exinde aliquid per quodvis ingenium ſubtrahere queſierim, tunc in duplum ſupraſcriptam offerſionem, ut ſupra legitur, parti ipſius eccleſie reſtituam, ſicut pro tempore fuerint meliorate, aut valuerint pro eſtimacione in conſimilibus locis; & nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, ſet quod a me ſemel factum vel quod ſcriptum eſt inviolabiliter conſervare promitto cum ſtipulacione ſubnixum. Hanc enim cartule offerſionis paginam ottoni notario ſacri palacii tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans teſtibus obtuli roborandam. Actum in Civitate Ticini feliciter.

Signum manus ſupraſcripte imilde, que hanc cartulam offerſionis fieri rogavit ut ſupra.

Signum manuum bernardi ſulmenati, & richardi ruſticelli amborum lege viventium romana teſtium.

Signum manuum vaſalli filii eriperti, & ebbonis de cruce, & Lanfranci butigella, & bernardi atque boſonis germani filii adelaide, atque bonusjohannes ſtavelle, & benbone filii arnaldi & heinrici atque rainardi germanorum teſtium.

Ego Lanfrancus pracmaticus palatinus judex autentico uius exempli vidi & legi et ego in hoc exemplo . . . . . . teſtificandum illo autentico.

Et ugo judex autenticum hujus exempli vidi, legi, et ita in eo continebatur ſicut et in hoc legitur exemplo preter literam plus minuſve.

Ego Lanfrancus iudex autenticum hujus exempli vidi, legi, et ſicut inibi continebatur, ſic in iſto legitur exemplo preter litteram plus minuſve.

Ego

Ego ardetio iudex rogatus ſubſcripſi.

Ego qui ſupra otto Notarius ſacri palacii ſcriptor hujus cartule offercionis predictam complevi et dedi (1).

CC.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1097.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo nonageſimo ſeptimo, Kal. Junii, Indictione quinta. Et ideo in dei nomine ego donnus damianus abbas *&c.* per cartulam precarie *&c.* concedo tibi alberto filio quondam martini de bonaldo de loco oliveto *&c.* nominative pecias quinque de terra juris prefati monaſterii reiacentes in campo de oplo, & in campo de urzale, & in planoro, & in monte bolzolini. Prima pecia de terra reiacenti in campo de oplo ſunt hii fines in circuitu, a mane eſt via que dicitur caſſiola, a meridie eſt terra ſancti Silveſtri, a ſera & de ſubto detinent fratres conſortes *&c.* quam paſcale parens veſter olim emiſit per cartulam offerſionis in nominato monaſterio ſancti Silveſtri. Secunda pecia de terra que reiacet in campo de urzale ſunt ſimiliter fines in circuitu, a mane & a meridie et de ſubto eſt terra ſancti Silveſtri, et a ſero eſt terra que fuit de arimannis de la coſta *&c.* Tertia pecia que rejacet in planoro eſt ab omnibus lateribus terra ſancti Silveſtri *&c.* Quarta pecia de terra que rejacet in eodem loco planoro ſunt fines in circuitu, a mane & a meridie eſt via, a ſera & de ſubto eſt terra ſancti Silveſtri *&c.* Quinta pecia denique de terra que reiacet in monte bolzolini ſunt fines in circuitu, a mane detinent homines, qui dicuntur iſenardi, & ab aliis tribus lateribus eſt terra dicti monaſterii *&c.* Et pro omnibus nominatis rebus *&c.* dare atque perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcii nomine argenti denarios octo lucenſes *&c.* Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Johannes not.

CCI.

Ex Codice pergameno Monaſterii Sanctæ Crucis in Jeruſalem de Urbe ſignato XLIII.

circa an. 1100.

P Clementia Domini Dei noſtri Jheſu Chriſti agente qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire anno ejuſdem . . . . quo pro nobis homo fieri dignatus eſt, cum adhuc Longobardorum ſcept. italiam regerent, fundatum eſt cenobium beatorum apoſtolorum atque almi pape Silveſtri per anſelmum ſcilicet ipſius monaſterii primum venerandum abbatem, agente beatiſſimo primo Adriano ſummo pontifice, cooperante etiam Agiſtulſo piiſſimo rege.

Inter multa itaque dona, que Sanctus papa huic abbatie contulit, conceſſit privilegium illi multarum dignitatum, inter quas ſpecialis eſſe videtur, quod regimini ſuo mancipans eam eripuit ab omni conditione mutinenſis Epiſcopi.

Que diu hac nobilitate firma exiſtens, quandoque negligentia ſuorum paſtorum ad hoc uſque devoluta eſt, ut decimas ei quaſi ſtudio obtinende criſmatis daret.

Noviter itaque temporibus ſcilicet Alexandri pape quaſi evigilantes majores hujus eccleſie a die jam fatum papam contra heri-

(1) Avvi anche copia dell' atto, con cui a' 10. di Febbrajo dell'anno 1097. Lanfranco figlio di Vinizone, ma forſe di altra madre, nel Monaſtero de' SS. Leone e Marino di Pavia fa la conſegna de' beni da Imelda donati al Prete Pietro Ufficiale della ſuddetta Chieſa de' SS. Quirico e Giulitta &c.

ribertu . . . . qui tunc preerat motinenſi eccl. . . . . . . volentem non ſolum decimis ſi . . . . conditionibus etiam cunctis . . . . ſubjugare ſibi prefatum C. . . . . bium. Qui venerandus po. . . . . . . anathematis vinculo Al. . . . . ipſum conſtituit abbatiam . . . . . . , ab ejus ſervitio omnibus modis liberam fore. Qua libertate uſque ad tempus benedicti ejuſdem ſedis antiſtitis utens, litem ipſo movente, Sapientes & judices earumdem Eccleſiarum convenere in unum. Poſt placido (l. *placito*) facto anno domini mileſimo nonageſimo primo firmata eſt ſententia apoſtolicorum ſanctorum . . . . Scilicet nos ipſi nullo modo parere debere. Tunc placuit Matilde nobiliſſime comitiſſe . . . . ut canonicum illud, ſic enim vocabatur decima illa, cum omnibus que perſolvi videbantur mutinenſi epiſcopo, ex hinc in edificiis hujus ſancte nonantulane Eccleſie cederet, ut ex hoc nomin. . . . . etiam perderet. Hoc itaque San. . . . . . auctoritate tam ſua . . . . virorum ſcilicet L. . . . . epiſcopi & alber. . . . . boſi et . . . . . . ſui e. . . . . . et. . . . . heribertu . . . . qui tunc preerat motinenſi eccle. . . . . . . volentem. (1)

CCII.

Autographum in Arch. Nonant.

1100.

IN nomine domini dei & ſalvatoris noſtri Jheſu Chriſti anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo, menſe Septemb. Indictione nona. Per cartulam devote offerſionis nos berta & emiliana & iuliana in chriſto ſorores tam pro nobis quam pro ceteris ſororibus noſtris, quorum nomina ſunt hec: maria, tarſilla, eulalia, martha, anaſtaſia, radegundis, cecilia, lucia, ruuſvida, berta, eufroſina, guntilda, ſuſanna, otta, atque melior, ſeu & nos vuifredus & cremoſianus tam pro nobis quam pro petro clerico & pro Johanne fratribus noſtris (2), quicumque ad honorem dei & ſancti benedicti monaſterii vivimus in loco cremone civitatis, tradimus & offerimus atque donamus eccleſie ſancti ſilveſtri ſiti in loco nonantula nominative omne noſtrum conquiſitum, quod per nos vel ab aliis per adquiſitum habemus, & quod in antea deo propicio diebus vite noſtre adquirere potuerimus. Taliter a preſenti die per hanc cartulam maneat & perſiſtat in ſupradicte eccleſie ſancti ſilveſtri poteſtate, & habeat & faciat ipſa eccleſia quidquid voluerit, de propriis quidem rebus proprio jure, de condiciciis vero rebus ſecundum quod nobis pertinet de conditiciis rebus, ſine noſtra noſtrarumque ſororum ac fratrum noſtrorum con-

(1) V. il Tomo I. p. 108.

(2) Pregevole è queſto documento, perchè contiene una nuova teſtimonianza di ciò, che da più moderni Scrittori era ſtato già avvertito, intorno all'eſiſtenza di alcuni Monaſteri, ne' quali viveano inſieme Monache e Frati, ma con tali cautele, che impediſſero, quanto più era poſſibile, gli ſcandali, che ne poteano naſcere. Tale era di queſti tempi il Monaſtero di S. Benedetto di Cremona; e perciò in queſta ſpedizione, che da eſſo fu fatta a Nonantola, a tre Monache ſi unirono due Frati, che con eſſe vivevano. Di queſti Monaſteri doppj veggaſi ciò che ne han detto ſingolarmente riguardo all' Italia il Brunacci (*Ragionam. ſopra le Canonicheſſe di S. Pietro p.* 23. *ec.*), il Vigna (*Preliminare alla Storia di Vicenza p.* 111.), il Biancolini (*Chieſe di Verona L. III. p.* 265. *L. V. P. I. Pref.*), Monſ. Garampi (*Memorie della B. Chiara da Rimini p.* 399. *ec.*), Monſ. Gradenigo (*Brixia Sacra p.* 154.), e io pure dopo eſſi ne ho altrove ragionato (*Vetera Humiliator. Monumen. Vol. I. p.* 314. *&c.*

contradictione. Item nos ſupraſcripte ſorores promittimus per nobis & pro nominatis aliis ſororibus, quod dehinc numquam ſuſcipiemus, neque in noſtro monaſtico conventu ordinabimus aliquam perſonam ſine juſſu & voluntate catholici abbatis aut fratrum ſupradicti monaſterii ſancti ſilveſtri. Eo videlicet ordine, ut nos omnes ſupraſcripte ſorores & nos omnes ſupradicti fratres diebus omnibus vite noſtre honorifice teneamur & habeamur in nominato monaſterio ſancti benedicti, & non expellamur neque moleſtemur ſine culpa & juſta ratione, ſed ſemper dum vixerimus defendamur & protegamur ab abbate vel a fratribus ſupraſcripte eccleſie ſancti ſilveſtri; & eo etiam ordine, ut poſt noſtrum diceſſum monaſterium ſancti benedicti non deſtitutum monaſtica regula habeatur, ſed regulariter ordinetur ſive in monachis, ſive in monachabus ſecundum diſpoſitionem catholici abbatis, qui pro tempore fuerit in nominata eccleſia ſancti ſilveſtri. Pena vero inter utraſque partes poſita eſt, ut que pars hoc quod ſuperius legitur non obſervaverit componat parti nominatum pactum conſervanti libras centum denariorum bonorum Lucenſium. Et inſuper ſoluta pena hec cartula in ſua, ut ſuperius legitur, firmitate permaneat. Quia ſic inter priorem Paulum & ſuos fratres, & inter ſupraſcriptas monachas & ſuos fratres predictos convenit.

Actum in Eccleſia ſancti Laurentii in caſtro nonantul. feliciter. Unde due cartule uno tenore ſcripte ſunt.

Ego Guifredus hanc cartulam laudo & firmo.

✠ ✠ ✠ ✠ hec ſigna fecerunt nominata berta, & emiliana, & iuliana atque cremoſianus prō ſe & pro aliis ſororibus cauſa perpetue affirmationis.

Teſtes interfuerunt albertus de verace, & raignerius de fantinello, atque geminianus de heinrico, & robertus gramaticus.

Johannes notarius ſacri palacii ſcripſit.

CCIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1101.

NOtum fieri volumus omnibus in Chriſto degentibus Clericis, Monachis, aliiſque bonis Chriſtianis, quomodo nos Canonici Nonantulenſes ceterique Clerici anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo C. I. Indictione nona. in nomine domini & individue trinitatis de ſalute animarum noſtrarum tractaturi convenimus, & quod divina clementia inſpirante tractavimus, ut a nobis noſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ita obſervetur, firmiter ſancivimus (1). Igitur agnoſcentes peccata noſtra, & videntes mala que fiunt in mundo, & quia homo ſicut umbra preterit, & quia in inferno nulla eſt redemptio, atque illud adtendentes prophete: querite deum dum inveniri poteſt, invocate eum dum prope eſt; & illud apoſtoli: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: hec omnia inſpicientes, & ſaluti noſtre divina inſpiratione compuncti providentes, doluimus vitam noſtram cum tanta negligentia tranſactam fuiſſe. Prout potuimus humiliari ſub potenti manu domini decrevimus, & mittere collum ſub leve jugum Chriſti ſpontanea obedientia ſtatuimus. Namque communi aſſenſu & conſilio omnium noſtrorum elegimus unum nobis ſuperponi magiſtrum, quem & conſtituimus, qui nos in via juſtitie antecedat, atque ad vie ac vite tramitem deviantes reducat, cui etiam ſit auctori-

(1) Ecco un bel monumento della diſciplina Eccleſiaſtica ſul principio del ſecolo XII., il qual ci moſtra, che i Sacerdoti delle Chieſe a una Pieve ſoggette ſoleanſi radunare talvolta, e tenere una ſpecie di Sinodo a fomento della loro pietà, e a correzion degli abuſi, che ſi foſſero per avventura tra eſſi introdotti. Delle Chieſe nelle ſottoſcrizioni indicate ſi è detto nella Parte II. Capo. I.

Digitized by Google

ritas tanta per nos metipſos conceſſa & data, unumquemque noſtrum, prout viderit bonum, in dulcedine caritatis, ut in melius proficiat obſecrare, deſidem ac negligentem in virga diſtrictionis ut evigilet ac reſipiſcat caſtigare. Si quis vero huic divine ſanctioni contrarius repertus fuerit, & inimico ſuadente colla Jeſu Chriſti jugo, quod eſt ſuave, ſubtraxerit, hic ſecundum Apoſtolum ammoneatur in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis ſemel & iterum, atque tertio etiam a cunctis fratribus corripiatur, & deo volente, ſi converſus fuerit, recipiatur, ac poenitentia ei quadraginta dierum commendetur, & oratio fiat pro eo a cunctis, ut ſalvetur. Si autem diabolo cor ejus indurante nec non inſtigante humiliari ſub manu dei noluerit, fiat de eo quod ſcriptum eſt: Deleatur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribatur. Supra hec omnia decrevimus tertio per annum temporibus quadrageſimarum in honore ſancte trinitatis ſimul convenire gratia diſcutiendi vitam noſtram. His peractis primo calend. . . . . die quibus libitum fuerit in unum congregentur ad baſilicam S. Michaelis, ut anniverſaria fratrum compleantur, & de mundatione animarum noſtrarum tractetur, ut fiat in nobis, quod ſcriptum eſt: mundamini qui fertis vaſa domini; & vaſa domini, que nos ſumus, ſi ſint alicuius . . . . . . tione infecta diluantur. Qualiter autem hec fieri debeant, docet pſalmiſta ita dicens: Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia ejus. Et beatus Jacobus Apoſtolus ortatur nos ſimiliter dicendo: Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro invicem ut ſalvemini . . . . er etiam ne nos livor edax demonis obruat pacem inter nos faciendo, quoniam apoſtolus dicit: pacem habete inter vos, & dominus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Et dominus in Evangelio: Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. His igitur ſpiritali jocunditate rite peractis, remiſſione peccatorum percepta, ibi in loco ubi hec fiunt impleta, epulari oportet in domino, dicente ſcriptura: Deus caritas eſt; qui manet in caritate, in deo manet, & Deus in eo. Firmiter inter nos decretum eſt, ut unuſquiſque noſtrum tempore ſtatuto, ſcilicet aſſumptione ſancte marie, ſeſtarium unum frumenti atque duos denarios Lucenſis monete de ſuo tribuat, memorans illud pſalmiſte: labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Uſque modo diximus de nobis metipſis, quomodo ſatagere debemus circa divinum officium. Modo vero dicamus, quid debeamus junctis conſortio noſtre fraternitatis in itinere poſitis, infirmis, atque etiam in Chriſto defunctis. Pro iter agentibus miſſam unam unaqueque eccleſia debemus orare, ut deus eos faciat ſanos & incolumes remeare. Infirmatur autem quis in nobis, hic viſitetur & procuretur ab omnibus, & ſecundum apoſtolum Jacobum in nomine domini ungatur, miſſaque una a ſingulis celebretur. Si quando autem aliquis obierit de noſtra ſocietate, omnes nos cum candelis & incenſis oportet convenire & miſſas cum vigiliis pro requie defuncti devote cantare; ſeptimo quoque & trigeſimo die vel anniverſario primo hoſtias & preces ſolitas offeramus deo. Ordinavimus etiam unumquemque presbiterum pro anima ipſius VII. miſſas celebrare, & illos, qui inferioris ſunt ordinis, pſalterios duos ſubſequi cum debita oratione, ita ut infra triginta dies migrationis ejus expleantur omnia, quatenus laborum noſtrorum divine mercedis percipiamus premia ipſo donante qui vivit & regnat per infinita ſeculorum ſecula. Amen. De Monaſterio Nonantulan. Johannes Abbas.

De Monaſterio Leonenſis Eccleſie abbas artvychus & abbas Benedictus.

De Eccleſia S. Michaelis Johannes de bojano, Johannes Archipresbiter, Johannes presbiter, Martinus Clericus, Petrus preſbi-

biter, Johannes presbiter, Petrus presbiter Bonittus Subdiac. Johannes presb. Johannes diac. Rainerius diac. Tebertus diac. Gibertus diac. Petrus ſubd. Claricius Clericus, Petrus Cler. Lambertus cler. Prand. diac. Albertus Subdiacon. Johannes ſubd.

De Sancta Maria de bagazano Johannes clericus, Petrus presb., Johannes presb., Johannes Cler. Donatus Cler.

De Bruxaricio Johannes presb.

de Schola S. Agathes de Sorbaria, de Eccleſia S. Marie presb. & mag. Dominicus presb.

de Sancto ambroſio presb. ambroſius, Stephanus diac. Petrus diaconus, Petrus notarius.

de Eccleſia S. Johannis de gajo adam presb. presb. Dominicus, diginus accolitus.

de Eccleſia S. Ceſarii Albertus Archipresb. Rolandus presb. Ugolinus presb.

de Plebe S. Felicis Presb. Petrus, Albertus Presb. Marcus clericus, Johannes accolitus, Petrus diac.

de Eccleſia S. Johannis de runco lambertus clericus, Presb. Martinus, Gregorius cler.

de Eccleſia S. Vitalis de Viguzolo Aldeprandus presb. Stefanus cler.

de Eccleſia S. Nazarii presb. Gadmarius, presb. petrus, petrus cler.

de Eccleſia S. Silveſtri presb. Stefanus, Lutius diac. Marc. presb. Johannes Subd.

de Eccleſia S. Damiani Geminianus presb. Dominicus presb.

de Eccleſia S. Johannis de curia vetula Johan. presb. Albert. presb.

de Eccleſia S. Johannis Evangeliſte de plebe S. Agathes Johan. presb.

de Eccleſia S. Marie de redudo Presb. Alber. Ildelbertus cler. ſubdiac. Rodulſus ſubd. Bonus Cler. Johannes ſubdiac. Martinus Cler. Adam cler. Rodulſus Cler. Petrus Cler.

de Eccleſia S. Marie de Raſtelino presb. Oddo, presb. Albertus, presb. Guido.

de Eccleſia de S. Syneſii de taivalo petrus presb. presb. martinus.

de Eccleſia S. Geminiani de carzoleto Azo diaconus.

de Eccleſia S. Salvatoris presb. petrus, Rolandus diac. presb. ſteſanus, wido Cler. Andreas diac. presb. marcus, Johannes ſubd. marcus cler. Benzus Cler. Gracianus Cler.

de Eccleſia S. Nicolai Petrus presb. petrus Cler. Rodulſus Cler. Johannes presb. Johannes presb. Petrus diac.

de Eccleſia S. Marie, presb. Andreas, Tebertus diac. presb. Johannes, Girardus presb. Johannes Cler. Stephanus cler. Bonus cler. Gibertus Cler. Johannes Cler. Fulco Cler. Marcus cler.

de Eccleſia S. Syneſii Wido presb. Johannes presb. petrus presb. Johannes Cler. Albertus Cler. Ranerius Cler. Bonizo Cler.

de Eccleſia S. Laurentii Petrus presb. Andreas Cler. Petrus Cler. Johannes Cler. Gulibandus Cler. presb. Geminianus, Johannes diac. Ugo Cler. Martinus Cler.

de Plebe Baſilice nove de panziano Petrus Archipresb. presb. petrus, Girardus diac. Girardus presb. Johannes presb. . . . . . . presb. vigezo, petrus cler. Marcus cler. Carbo presb. presb. arnolſus, presb. petrus.

de Eccleſia S. Petri de Rubiario Gandulſus presb. presb. Lanfrancus, Michael Cler. Albertus presb. Girardus presb. & Adam diac.

de Eccleſia S. Johannis de panario Stephanus presb. Martinus diac. Petrus Cler.

de Eccleſia S. Juſtine Andreas presb.

Petrus Clericus Piſtorienſis.

CCIV.

1102.

Matilda Comit. plura Caſtra ac bona donat Monaſt. Nonant. ad theſauri refectionem.

(Antiqu. Ital. Vol. V. p. 665.)

CCV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1102.

IN nomine ſancte & individue trinitatis Anno dominice Incarnacionis milleſimo centeſimo ſecundo, regnante Enrico filio enrici imperatoris anno quadrageſimo ſexto, die quarta menſis Junii, indict. decima. Petimus a vobis milo comes filius alberti comiti & berta comitiſſa vir & uxor (1), nti nobis andreas & martinus & . . . . & germanis filiis quondam teuci de ſtamperto, ſeu filiis & heredibus noſtrorum per enfiteoſin nomine jure a preſente die nobis concedere di. . . . . . . ni rem juris veſtre proprietatis, ideſt in plebe ſancti Laurencii, que dicitur in colina in curte caſtro cerul. . . . . . . quatuor peciis terre veſtre prope una ab alia, & quinta pecia terre que eſt aratoria in loco qui vocatur oplo &c. Prima pecia eſt in loco ubi dicitur caſtiluni &c. ab alio latere &c. iuxta terram domnicatam domina matilda cometiſſa &c. Tertia pecia &c. alio latere de ſuptus pertinet terra eccleſia ſancte agathe &c. Quarta pecia in ipſo loco pozathello &c. omnia qualiter ſuperius legitur ab hac die damus nos nominatis dominacionis vobis nominatis petitoribus veſtriſque heredibus ad habendum, tenendum & poſſidendum ad. . . . . . obediencia & ſerviendum, ſecundum quod ſoliti eſtis facere, & quicquid vobis exinde placuerit facere ſub predicta condicione ſalva juſticia dominica perſolvendum &c. Actum in Civitate Bononia indictione nominata decima.

Rog. Johannes not.

(1) Milone fu figlio di Alberto, che è il primo Conte di Panico indicato nell' eſatto Albero di quella illuſtre famiglia teſſuto dal C. Sen. Savioli (*Ann. di Bol. T. I. p.* 314.)

CCVI.

Excerpta ex Apogr. in Arch. Nonant.

1104.

IN chriſti nomine anno domini milleſimo centeſimo quarto, menſe junii indictione duodecima. In dei nomine ego donnus Johannes prior monaſterii ſancti Silveſtri ſiti nonantula una per conſilium &c. per cartulam precarie atque emphiteocarie concedo vobis rodulfo & ildeverto & petro germanis filiis quondam ruſticelli qui dicebatur de pre coſtantino de villa bagazano, ſeu filiis &c. uſque terciam generationem expletam nominative de omnibus illis rebus &c. quas condam andreas filius quondam johannis ad helprandi habuit & detinuit a parte ſancti Silveſtri per anteriorem emphiteoſim in loco ceſe in his lateribus deſignatis, a mane argeniclus, a meridie argene traverſagno, a ſera canale (1), de ſubto Eccleſia ſancte marie &c. (2) Et pro unoquoque anno de menſe marcii ſolvere debeatis &c. viginti quattuor denarios de lucenſi moneta &c. Actum in nonantula feliciter.

CCVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1107.

IN nomine domini dei & ſalvatoris noſtri Jheſu Chriſti anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo centeſimo ſeptimo, octavo idus Marcii, indictione quintadecima. Ego quidem in dei nomine damianus gratia dei abbas monaſterio Sancti Silveſtri ſcito Nonantule per preſentem cartulam concedo vobis Jo-

(1) Vedi l' Indice Geografico.

(2) Queſta è la Chieſa detta ora la Madonna di S. Clemente, la cui antichità dimoſtraſi da queſta carta.

Johannes presbiter & ſtephanus clericus pro vice aliorum fratrum canonicorum, qui in eccleſia Sancti Petri in ſiculo ordinati ſunt, vel in antea deo ſavente ordinati fuerint, & ibi deo devote ſervierint . . . . . ipſius Eccleſie in perpetuis temporibus poſſidendum, ideſt nominative omnes illas terretorias res, que olim . . . . . decimas . . . . , que reiacet in corte ſolaria prope locum ubi dicitur crux de bubulci iuxta . . . . . . ab utraque parte vie . . . . Coherent fines in circuitu ex uno latere via, a mane detinent homines qui dicuntur arivergi, a meridie homines qui dicuntur domnini, a ſera eſt via, de ſubto predicti arivergi & cozo. Junguntur fines ex alia parte vie, a mane ſtrata, a meridie detinent homines qui dicuntur montanarii, a ſera alia via, & ſupraſcripti domnini, de ſubto Johannes Aredeo, vel que alie ſunt coherentie de ſuper omnes & in omnibus ſupraſcripte res, quemadmodum in noſtra braida fuerunt in integrum. Et inſuper concedo vobis ſupraſcripti canonici a parte ipſius Eccleſie Sancti petri peciolam unam terre, que reiacet in corte roncalie ad locum qui nuncupatur verdeta. Coherent in circuitu fines, a mane detinet Johannes dalavolta, a meridie petrus ſelmoni & dalivolti, a ſera petrus de preſbiter rolando, de ſubto dalivolti, vel que alie ſunt fines de ſuper omnia & ex omnibus in integrum. Ea vero racione, uti ammodo ut ſupra dicti canonici vel ſucceſſores eorum a parte ipſius eccleſie ſancti petri jam ſupra deſignate res habere debent, & detinere ac laborare temporibus ſuis colere & ſeminare & in perpetuis temporibus inibi facere quicquid utile fuerit ſupraſcripte eccleſie, ita ut jam dicti Canonici vel ſucceſſores eorum non liceat prenominatas res vendere, nec in aliquo homine transferre, ſed ſemper ſupraſcripta Eccleſia ſancti petri in poſſeſſione permaneat; & ſi prenominati canonici ad laborandum dare voluerint vel partem vel totam, non ad alios homines dent niſi ad illos, qui cum omni condicione ſubjacent domno damiano abbati vel ejus ſucceſſoribus. Et jam dicti Canonici dare atque perſolvere debent omni anno de menſe marcio denarios duodecim bonos & expendibiles lucenſes. Dati & conſignati eſſe debent denarii ipſi per ſe jam dicti Canonici vel per ſucceſſores eorum aut per illorum miſſo eidem domno damiano abbati & ad ſucceſſores ejus aut illorum miſſo in corte ſupraſcripta roncalie in perpetuum. Alia ulla ſuper impoſita ad predicti canonici vel ſucceſſores eorum exinde non fiat. Pena vero inter ſe poſuerunt, & ſic obligaverunt ambas partes, ut qui ex ipſis vel ſucceſſoribus eorum ſe de hac convenientia removere queſierint, & non permanſerint, vel non compleverint, & omnia ut ſupra legitur, ut componat illa pars que non ſervaverit hoc ad partem fidem ſervantis pena ſolidos quinquaginta, & poſt pena ſoluta hec cartula in ſua permaneat firmitate. Acta in Caſtro nonantula feliciter.

Ego Damianus Abbas SS.

Ego Fr. Johannes SS. Ego Ubertinus Monachus SS. Ego Ingezo Monachus SS. Signa manuum Rolandus & Ragimundo etiam Lodoicus & Fantinellus de Canova, ſeu etiam Ruſticus teſtes:

Ego Johannes Notarius ſcripſi poſt tradita complevi & dedi.

CCVIII.

Excerpta ex Apographo in Arch. Nonant.

1107.

IN chriſti nomine anno domini milleſimo centeſimo ſeptimo, menſe Julii, indictione quinta decima. In dei nomine ego Donnus Damianus vir venerabilis abbas &c. per cartulam precarie atque emphiteocarie concedo vobis johanni & petro germanis filii quondam alberti iſnardi de riolo, ſeu in filiis

liis &c. uſque in terciam generationem expletam, ideſt nominative tertiam partem de illis rebus territoriis cum omnibus rebus ſuper ſe habentibus, quam petrus rufus quondam habuit ac detinuit per anteriorem emphiteoſim a parte ſancti Silveſtri in loco penaclini in his lateribus deſignatis, a mane & a meridie petrus reſtaldi, a ſera ſancti geminiani, de ſubtus vero flumen fuſcum &c. & alibi quatuor pecias de terra, que iacent in loco qui nominatur predeſole in his lateribus deſignatis, a mane via, a meridie filii girardi, a ſera homines qui dicuntur carzolini, de ſubtus vero terra ſancti benedicti [1]. Seu eciam & peciam unam de terra, que iacet . . . . . caſina veſpara, cui in circuitu ſunt fines, a mane andreas de urſo, a meridie & a ſera martinus gaſtaldio de cavrioni, de ſubtus autem limes de fontana &c. Et pro unoquoque anno in menſe marcio ſolvere debeatis &c. quatuor denarios lucenſes &c. Actum in Nonantula feliciter.

CCIX.

1108.

Conceſſio terrarum facta Hildeprando, ac Guidoni fratribus a Com. Mathilda cum onere ſolvendi tributum Monaſt. Nonant.

(Antiqu. Ital. Vol. II. p. 513.)

CCX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1109.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem mill. C. nono, menſe aug. indictione ſecunda. Et ideo in dei nomine ego dompnus johannes monachus & prior &c. per cartulam precharie &c. concedo tibi rainerio filio qu. pattini de loco plagentina, ſeu in filiis &c. uſque in terciam generationem expletam tantummodo ad habendum, id ſunt nominative pecie due de terra laboratoria iuris eccleſie ſancti Silveſtri, ſicuti tu qui ſupra rainerio hodie per cartulam offerſionis emiſiſti &c. que reiacere videntur in camparoli, atque in raſtilioli. Prima pecia que rejacet in camparoli a mane heredes richardi de cantone &c. a ſubto curte de creſpelano &c. Secunda pecia que reiacet in raſtilioli &c. a meridie curte de creſpelano &c. Et inſuper concedo tibi &c. pecias XI. de terra laboratoria. Prima pecia iacet in loco qui dicitur albareto. Coeret ei &c. a ſera flumen Samodia &c. Coeret ei fine ad ſecunda pecia a mane & meridie curte de Creſpelano &c. Coeret ei fine ad ſeptima pecia, a mane & meridie predicta curte de creſpelano, a ſera ſancti benedicti (1) &c. Coeret fine octava pecia de campo in loco qui dicitur campobetti, a mane ſamodia &c. Et perſolvere debeant omni anno menſe marcio argentum denariorum bonor. lucenſium denarii XI. &c. Actum in caſtro Calecarie feliciter.

CCXI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1109.

IN nomine domini &c. anno ejus milleſimo centeſimo nono, terciodecimo Kalendas Septembris Indictione ſecunda. Et ideo in dei nomine ego quidem donno iohannes prior monaſterii ſancti Silveſtri una per conſilium & conſenſum fratrum meorum concedo vobis vigeſone & girardo filii ſigezoni, namque ſigezo & azo germanis ſi-

(1) Cioè del Monaſtero di S. Benedetto di Perſiceto, che tuttor ſuſſiſteva.

(1) Ved. il Docum. precedente.

ſilii uberti de caſtro celula &c. uſque in terciam generationem expletam, ideſt iugera duo de boſcuo in loco qui vocatur parnero &c. & quinque pecie terre aratoria & vineata & buſciva in curte celula, due pecie prope caſtro, tercia in planoro, quarta in rio pelnſolo, quinta in loco ſancte agathe, & ſeſta pecia in loco purcilia &c. Sic ita tamen ut exinde inferre debeatis &c. denarii quatuor Lucenſes &c. omni anno de menſe martio &c. Actum in canonica ſancti michaelis in caſtro celula feliciter.

Rog. Leo not.

CCXII.

Excerpta ex Apographo in Arch. Nonant.

1110.

ANno ab Incarnatione domini noſtri iheſu Chriſti milleſimo centeſimo decimo, quarto Calendas marcii Indictione quarta (*l.* tertia). Monaſterio ſancti ſilveſtri conſtructo in loco nonantola, & eccleſia que eſt edificata & conſecrata debet eſſe in honorem ſancte crucis de ſub regimine eundem moneſterio, & conſtructa foris ſuburbium civitatis cremone, nos in dei nomine homodei qui dicitur penna & bollexinda jugalium abitatoris prope ipſa Eccleſia que nominatur ſancte crucis, qui profeſſi ſumus nos jugalium lege vivere Langobardorum, ipſo namque jugale & mundoaldo meo mihi que ſupra bellexinda conſenciente & ſubtus confirmante iuſta lege una cum noticia de propinquioribus parentibus meis quam femine, id ſunt alberto germano meo, & redaldus nepote meo &c. preſentes preſentibus diſimus. Quiſquis in ſanctis &c. Ideoque nos qui ſupra iugalium donamus & offerimus, & per preſentem cartulam offerſionis in manuum johannis nonantulani prioris invice ſupradictarum eccleſiarum ibidem habendum confirmamus, ideſt cunctis caſis & omnibus rebus tam territoriis tam juris noſtris qui ſupra jugalium, quam quod nos detinemus per inveſtituram vel per alio modo, que habere viſi ſumus tam foris predicta Civitate prope jam nominata eccleſia ſancte crucis &c. & pecia una de terra aratoria ibi prope juſta oſpitale &c. & que habere viſi ſumus in loco ubi dicitus brugn &c. in loco ubi dicitur cluſura michaeli &c. & in loco qui dicitur ſablone &c. prope fluvio qui nominatur Lune &c. & in loco ubi dicitur terra de arie &c. in loco perdero &c. in loco brugnolo &c. in loco trigole & in corte brugnano, vel in curte invis alta &c. & loco brexano &c.

Rog. Lanfrancus not. ſacri pal.

CCXIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1112.

. . . . ab incarnatione . . . . dundecimo, tertio nonas februarii, Indictione quinta. Cum ſub . . . . vel cauſa meliorationis multis ſecularibus . . . . . quedam a noſtre domus parte certo conceduntur tempore, digniſſimum fore contemplamur, ſi eccleſiaſticis & den in commune ſervientibus ex donnicato ipſius noſtre domus aliquid concedimus pro ſalute & remedio animarum noſtrarum noſtrorumque ſucceſſorum fratrum, ſeu etiam pro noſtra & eorum hoſpitalitate devota. Et ideo ego donnus Johannes prior venerabilis monaſterii ſancti ſilveſtri de loco nonantula una per conſenſum fratrum monachorum ejuſdem cenobii per cartulam precbarie atque emphiteocarie iuris nomine vobis johanni presbitero & iohanni diacono pro vobis & petro archipresbitero ceteriſque veſtris fratribus vice eccleſie ſancte marie de loco boduncio habendum & tenendum

dum in perpetuum, ideſt nominative omnes illas res territorias, quas predicta eccleſia habet a parte q. presbiter andree, qui dicebatur ſavio, de manſo de hominibus . . . . Nec non & omnes res territorias, quas johannes Coſtanzo detinuit a parte ſancti ſilveſtri cum quarto & quinto (1), & omni condictione earum rerum concedo. Namque concedo ſeſtarium unum de terra johannis archeri iacente juxta terram predicti coſtanzi cum quarto & quinto omnique ejus redditu. Similiter concedo terras omnes, quas Johannes de ponte longo habuit & tenuit cum uxore ſua maria in curte ſicci de manſo perandrei, & de manſo de cortici, & quas detinuit de terris de hominibus dicti campi, & quas detinuit de manſo de rozeis, ſive quartum & quintum omnemque redditum earum. Preterea concedo petiam unam de terra, que quondam fuit de johanne de guido reiacentem in loco qui dicitur porto de lupo, cui ſunt fines a mane ſifredi, a meridie eſt via, a ſera petrenaſi, de ſubtus perandrea, vel ſi qui alii ſunt coherentes, itidem quartum & quintum ejuſdem pecie. Tandem concedo clanſuram unam de terra arabili . . . . omnia cum omnibus cum caſis, vineis, ortis . . . . buſcis, paludibus, aquis aquarumque ductibus, cultis & incultis, diviſis & indiviſis, paſcuis & ſalectibus, uti ſupradictis omnibus rebus contigit cum ſuperioribus & inferioribus atque cum ingreſſibus earum rerum in integrum, tantummodo ad habendum, tenendum in donicato ſepeſcripte ſancte marie ad menſam fratrum canonicorum inibi in commune viventium, fruendum, meliorandum, quatenus ſupraſcripte res meliorentur & non peiorentur. Nullo modo habeat ſupraſcripta eccleſia ſancte marie vel vos ſupraſcripti ſervientes veſtrique ſucceſſores licentiam vendendi, donandi, nec etiam libellum faciendi in minoribus perſonis, ſed in perpetuum ſint in donicato eccleſie ſancte marie, ut ſupra legitur. Et pro omnibus ſupraſcriptis rebus omnibuſque terre fructibus & condictionibus, que a nobis eſſe poſſint, omni anno afficte penſionis nomine perſolvere debeat ſupraſcripta eccleſia ſancte marie libram unam incenſi in die ſancte cene domini, ſcilicet in zobia ſancta, eccleſie ſancti Silveſtri de loco Nonantula, cujus eſt proprietas. Penam vero inter ſe poſuerunt, ut ſi quis illorum vel ſucceſſorum eorum ſe de hac precarie convenientia removere queſierit, & non permanſerit in his, qualiter ſupra legitur, ut componat illa pars, que hoc non obſervaverit, parti fidem ſervanti pena nomine ſolidos ſexaginta denariorum lucenſium. Et poſt penam ſolutam hoc emphitheoſim in ſua firmitate permaneat, quia ſic mihi placuit. Actum in caſtro nonantule feliciter. Unde due precharie uno tenore ſcripte ſunt.

Teſtes interfuerunt petrus advocatus & judex, & raimundus de Alberto de Alchinda, & Lodoicus, & toardus, & marchiſe filii Lanfranci, & manfredus de pigugnaga, & ſtephanus de bonito, & ubertus Lavandarius.

Johannes notarius ſacri palacii ſcripſit.

CCXIV.

(1) Veggendoſi quì il *quarto* e il *quinto* indicato in un atto, in cui ſi donano intieramente le terre nel contratto ſegnate, par che debbaſi intendere non della quarta o quinta parte de' frutti delle terre medeſime, ma del diritto di dare e coltivare le terre ſteſſe coll' obbligo a' coltivatori impoſto di dare al padrone o la quarta o la quinta parte de' frutti, come talvolta uſavaſi. V. *Du Cange ad V. Quartus*, *Quintus*.

CCXIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1112.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo duodecimo, menſe junio, indictione quinta, ego domnus . . . . monaſterii ſancti Silveſtri *&c.* per cartulam precarie *&c.* . . . . fredo de fazano *&c.* . . . . abetta matre tua, & in alberto filio ratelmi marito ipſius matris *&c.* videlicet quartam portionem de tregi . . . . & tuo germano de loco fazano quondam habuerunt per anteriorem precariam a parte . . . . in loco & fundo qui dicitur ſala, & in fazano, ſeu in farciano, & in loco ubi dicitur mazzano, & in loco . . . . . . atur munterione, & in caſa avoni, ſeu in limizone *&c.* Et pro omnibus nominatis rebus *&c.* omni anno menſe auguſto . . . . perſolvere debeatis denarios quindecim papienſes *&c.* in caſtro nonantule *&c.* Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Johannes not. Sacri palacii.

CCXV.

1113.

Paſchalis PP. confirmat privilegia Monaſt. Nonant.

[Antiq. Ital. Vol. V. p. 343.]

CCXVI.

Apographum XIII. ſaeculi in Arch. Nonant.

1114.

IN nomine ſancte & individue trinitatis Matildis dei gratia ſi quid ſum filia bonifacii marchionis & ducis omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus tam preſentibus quam futuris notum eſſe volumus, dominum Bernardum parmenſem Epiſcopum (1) una cum Johanne nonantulano abbate & amato nogarienſi priore noſtram clementiam poſtulaſſe olim videlicet, dum apud bondenum diaconi cum multis noſtris fidelibus fueramus, ut pro illa penſione ſcilicet ficto, quod debueramus perſolvere monaſterio nonantulano de caſtello & curte nogarie, quam per prechariam ab eodem monaſterio antiquitus poſſidemus, aliquid de poſſeſſione ejuſdem curtis ipſi jam dicto cenobio remitteremus. Quorum juſtis votis & peticionibus annuentes pro perſolvenda penſione ideſt ficto ſupradicte precharie cenobio ſancti Silveſtri de nonantula braidam de palmata & manſum quem poſſedit olim johannes rozonis, nunc vero poſſidetur per zenonem cavalcaſcardua perpetuo ad habendum & poſſidendum conceſſimus, & per johannem abbatem & amatum nogarienſem priorem ipſum monaſterium inveſtivimus; & inſuper medietatem prati de ſilva johannis remiſimus, conceſſimus, & per eaſdem dictas perſonas monaſterium ſimiliter pro ſupradicta penſione inveſtivimus. Cujus braida & manſi ſunt confines a mane ſtrata, a ſero palmata, a meridie poſſidet johannes bonizonis. In preſencia itaque domini bernardi parmenſis epiſcopi, ugonis de manfredo (2), Nordili de

(1) Queſti è il celebre S. Bernardo (diverſo dal S. Abate di Chiaravalle) prima Abate Vallombroſano, poſcia nominato Cardinale da Urbano II. l'anno 1097., e finalmente creato Veſcovo di Parma l'anno 1106.

(2) Egli è quel medeſimo Ugo di Manfredo, a cui l'anno ſeguente la Conteſſa Matilde diè in enfiteuſi la Corte di Quarantola col Caſtello della Mirandola. V. il Capo VI. della Parte II.

de Caſtello veteri, Sanſonis de bibianello, Rainerii de Seſſo (3), rolandi maſſarii . . . . Martini de Nogaria atque aliorum plurium hoc ſcriptum fieri juſſimus ad memoriam poſterorum noſtra auctoritate ſuſfultum, & . . . . aliorum plurium teſtimonio comprobatum. Rogamus itaque & interdictum inſuper ponimus, ut nulla deinceps major minorve . . . . ex his que ſibi qualiter ſuper legitur remiſimus ulterius audeat moleſtare, aut auferre, vel diminuere. Quod ſi quis hanc noſtri ſtatuti paginam temerare preſumpſerit, noſtram malam voluntatem incurrat & L. librarum Luc. componat, medietatem fiſco . . . . medietatem vero ipſi monaſterio, hoc tamen ſcripto in ſuo robore perſiſtente. Quod ut verius credatur, & firmius futuris temporibus habeatur, noſtre proprie manus ſubſcriptione firmavimus. Actum apud Bondenum diaconi feliciter. Anno dominice incarnationis MCXIIII. Indict. VII. & datum VIII. Kal. Novembris per manum Ubaldi Capellani.

Ma da	til dei
gratia quid	ſi eſt

CCXVII.

Autographum in Archiv. Nonant.

1115.

IN nomine domini dei & ſalvatoris noſtri iheſu chriſti anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo quintodecimo, menſe octubris, regnante domino quarto henrico anni imperii ejus deo propicio quarto, Indictione nona. Ego domnus Johannes abbas venerabilis monaſterii ſancti Silveſtri de loco nonantula una per conſenſum fratrum monachorum ejuſdem monaſterii per cartulam precarie atque emphiteocarie juris nomine concedo tibi teberto & tibi Azoni filiis quondam bulgari de loco nonantula, vobis quidem germanis uſufructuario jure diebus vite veſtre; concedo antem manfredo & matheo filiis tuis qui ſupra teberti & aliis tuis filiis legiptimis, qui fortaſſe de te teberto nati fuerint; concedo itidem & blaſio & alberico & uberto filiis tuis qui ſupra azonis & aliis tuis filiis legitimis, qui fortaſſe de te aaone nati fuerint, ſeu in filiis & nepotibus eorum veſtrorum filiorum legitimorum preſentium & futurorum, qui de legitimo matrimonio ex eis procreati fuerint uſque in terciam generationem maſculinam expletam, nec non concedo ametheo & burgarino & othenrico & odaldo nepotibus veſtris filiis quondam albrici fratris veſtri, ſeu in filiis & nepotibus maſculinis ſupraſcriptorum amethei & bulgarini & othenrici, qui de legitimo matrimonio eorum nati fuerint uſque in terciam generationem expletam, ſupraſcripto autem odaldo concedo uſufructuario jure diebus vite ſue; ſeu & concedo vobis teberto & raimundo germanis filiis quondam boneſacii de ungaro pro vobis & pro aliis veſtris fratribus legitimis natis & naſcituris ex ipſo boneſacio patre veſtro, eodem boneſacio habente uſumfructum diebus vite ſue, ſeu in filiis & nepotibus veſtris veſtrorumque fratrum, qui de legitimo matrimonio nati fuerint uſque in terciam generationem expletam; concedo itidem tibi ugoni osbergo filio quondam alberi tam pro te quam pro germanis tuis legitimis filiis ejuſdem alberi, ſeu in filiis & nepotibus veſtris, qui de legitimo matrimonio nati fuerint uſque in terciam generationem expletam, concedo ſimiliter tibi girardo filio quondam Oddonis

pro

(3) Sembra che queſti ſia uno degli Antenati della nobiliſſima famiglia Reggiana de' Seſſi, poſcia Marcheſi di Rolo, il cui primario ramo ſi è eſtinto pochi anni addietro.

pro te & pro aliis tuis germaois legitimis filii ejuſdem Oddonis, ſeu in filiis & nepotibus veſtris, qui de legitimo matrimonio nati fuerint uſque in terciam generatiooem expletam, omnibus de ſupradicto loco nonantula, quod ſi forte ex predictis perſonis filii & nepotes maſculini non fuerint, concedo in filiabus & nepotibus eorum legitimis uſque in terciam generationem expletam ad habendum, ideſt nominative medietatem de caſtro oliveti & de ſummitate & de borgo ejuſdem montis oliveti, ſeu & medietatem de curte ejuſdem caſtri oliveti, ſicuti anteriores veſtri parentes habuerunt & detinuerunt per anteriorem prechariam a parte ſancti Silveſtri in eodem caſtro & in ſummitate & in burgo, ſeu in curte rodingi, & in creſpelano, & in mozano, & in morano, & in planure, & in ſozoni, & in albaritulo, vel per alia loca a flumine Lavioo uſque ad flumen ſamozulam, & a monte de vezano uſque ad ſtradam, cum caſis, terris, vineis, campis, pratis, & boſcis, que ſunt jugera . . . . & ſi plus veſtra anterior precharia declarat, in hoc eodem jure conſiſtat, cum ſuperioribus & inferioribus atque cum iogreſſibus & acceſſibus earum rerum in integrum, tantummodo ad habendum, tenendum, fruendum, quatenus ſupraſcripte res meliorentur, & oon peiorentur. Nullo modo ſupra nominate omnes perſone hujus emphiteoſim maſculine vel feminine preſentes & future uſque ad terciam generationem, ut ſupra legitur, habeant poteſtatem nec licentiam vendendi, donandi nec commutandi, neque aliquo transferendi modo, ſed habeant licentiam libellum faciendi intra femininas perſonas precharie. Sed nullus nullave habeat licentiam libellum faciendi ad aliquos extraneos homines niſi per comunem conſenſum. Quod ſi quis vel ſi qua de ſupraſcriptis perſonis precharie ad aliquem extraneum dederit, factum illud irritum ſit, & nichil valeat, ſed datio illa ad ſuos confratres precharie perveniat. Et ſi quis de ſupraſcriptis perſonis hujus precharie ſine maſculino herede deceſſerit, deveniat ejus porcio ad proximiorem maſculinum ſue partis, qui ſupra vixerit. Quod ſi oullus ex omnibus maſculinis heres non ſuperfuerit, tunc deveniat ad heredem feminam, que ſuper fuerit ſue partis proximior. Poſt deceſſum autem omnium ſupraſcriptarum perſonarum, que ad hanc attinent prechariam, tote ſupradicte res reſtaurate meliorateque ut fuerint, quandoque domino placuerit, in integrum revertantur ad me qui ſupra domnum johannem abbatem, meoſque ſucceſſores a parte monaſterii ſancti ſilveſtri, cujus eſt proprietas. Et pro omnibus ſupraſcriptis rebus, ſeu pro omnibus terrarum fructibus & condictionibus omnī anno de menſe marcii perſolvere debeant ſupraſcripte perſone precharie ſolidos duos denariorum lucenſium booos & expendibiles mihi qui ſupra donno johanni abbati meiſque ſucceſſoribus, aut noſtro miſſo in caſtro nonantule. Penam vero inter ſe poſuerunt, ut ſi quis illorum aut de ſupraſcriptis perſonis precharie aut ſucceſſores eorum ſe de hac precharie conveniencia removere quefierint, & noo permanſerint in his, qualiter ſupra legitur, ut componat illa pars que hoc noo obſervaverit parti fidem ſervanti pena nomine libras centum denariorum lucenſium. Et poſt penam ſolutam hoc emphiteoſim in ſua firmitate permaneat, quia ſic inter oos convenit. Actum in caſtro nonantule feliciter. Preterea petiam unam de terra iacente in ſummitate montis iſnardi concedo ſolummodo filiis bulgari, quam vos bulgari filii adquiſiviſtis a bonaldis per commutacionem, que eſt ſextaria tria, & habet fioes, a mane ipſi iſnardi, a meridie heredes morandi de oliveto, a ſero bonaldi commutatores, de ſubtus via, & vallis quedam, ita ut per hoc jus emphiteoticum in veſtra qui ſupra filiorum bulgari portione perſiſtat. Uode due precharie uno tenore ſcripte ſunt.

Ego Johannes indignus abbas manu mea firmavi.

Ego Fr. Oldrevandus dictus prior manu mea ſubſcripſi.

Ego Fr. Auguſtinus presbiter & monachus mm. ss.

Ego Fr. Girardus presbiter & monachus mm. ss.

Ego Fr. Ingezo mm. ss.

Ego Albertus judex interfui.

Ego Petrus judex interfui.

Ego Aigo advocatus interfui.

Teſtes interfuerunt Lodoicus, & toardus, & marchiſe filius Lanfranci, & ubertus, ardingus, & rolandus de bonitto, & azo de epiſſa, & girardus de ſancto johanne.

Johannes notarius ſacri palacii ſcripſit.

CCXVIII.

Excerpta ex Autographo in Archivio Nonant.

1115.

IN nomine domini anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo quinto decimo, ſexto decimo Kal. Januarii, Indictione octava. Et ideo in Dei nomine ego donnus Johannes abbas monaſterii ſancti Silveſtri ſitum nonantule una conſilio &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi Azoni diacono filio alberti clerici de carzoleto pro te & fratribus tuis alberto videlicet & uberto veſtriſque filiis ac nepotibus maſculinis uſque in terciam generationem expletam nominative tredecim iugera terre aratorie ac vineate pratum boſcumque in ſe habencia iuris ipſius monaſterii reiacentia in taivalo veclo, & in cirione, atque in ſecuniano, & in gregnano, ac in carzoleto, ſeu in vico torto, namque in comunie, omnia ſicut in anteriorem hemphiteoſim legitur &c. & perſolvere exinde debeatis omni anno de menſe marcio fictum penſionis nomine denarios ſeptem Lucenſes &c. Actum in domo celle ſancti gregorii, qne ſita eſt in verace feliciter.

Rog. Albertus not.

CCXIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1116.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo centeſimo ſexto decimo, menſe jan., indict. nona. Ego donnus iohannes abbas &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi girardo filio quondam andree de johanne petri de loco mauroni, ſeu in filiis &c. uſque in terciam generationem expletam ad habendum, ideſt nominative omnes illas res territorias, quas martinus germanus tuus habuit & tenuit per anteriores precarias a parte ſancti Silveſtri, qne reiacent in caſale varo, & in caſale Lovolino, & in caſale ruſpitulo intra hos fines, a mane limes biſentulus, a meridie eſt callis qui vocatur guarciniſſca, a ſera limes qui dicitur liorgo, de ſubtus limes qui dicitur morione &c. alie reiacent in loco mauroni, & alie in loco gazolo &c. & ſunt alia iugera duo iacentia in nominato loco mauroni, & in marzolini, & in taulaticia, & in prato gavaſeto, & in roncatello, & in campo de ſupra, & in foſſa morta &c. Et pro omnibus nominatis rebus &c. omni anno de menſe marcii &c. perſolvere debeatis ſedecim denarios lucenſes &c. in caſtro nonantule &c. Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Johannes not.

CCXX.

CCXX.

Autographum in Arch. Nonant.

1116.

IN nomine domini dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo ſeſto decimo, tercio henrico imperante anno ſeſto, octavo Idus Julii, Indictione nona. Dum eſſet johannes boitane miſſo domni Henrici Imperatoris in curte celule in loco qui vocatur runcus domnicus iuſta ſtratha que vocatur cluza, & inſimul cum eo domnus Lanfranchus monachus, ſicque albericus vicecomitis, ſeu ildeprandus filius ildeprandi, namque petrus de ſevero & albertus candidus, azo de golſero, & presbiter gianellus de caſtro gipſo, & reginnndus de ſandoni, & tetelmus filius guarini de vico petroſa, & alii plures in preſentia ſupraſcriptorum hominum venerunt hominibus habitatores in caſtro gipſo, quorum nomina petrus de joſeph, & albertus qui vocatur perduto, & conſtantinus filius conſtantini fecerunt finem ac perpetuam tranſactionem pro ipſis ac eorum conſortes in manu prelibati johannis miſſo imperiali vice eccleſie monaſterii ſancti ſilveſtri ſito nonantule de omnibus illis rebus territoriis, quas ipſi detinebant infra pertinentiis curte ragiguſe ex datione hominibus comitipſe matilde, que ipſis dicebant eis date eſſent per Wardam roce gipſadelli, quas jam dicta comitipſa matilda ante eorum dationem per cartam proprietatis dedit in predicta Eccleſia ſancti Silveſtri in reſtauratione theſauri, quam ipſa tulit ſupraſcripte Eccleſie; nec abbas ſupraſcripti monaſterii nec alius ſuus miſſus conceſſit neque confirmavit in dactione, quam fecerunt ſupraſcripti homines matilde in predictis hominibus gipſi. Et ſi ſupraſcriptam tranſactionem non obſervaverint, incidant in penam & bannum imperatoris. Et in ſupraſcriptam penam promiſerunt dare & conducere omnem redditum blavis de jam dicta terra ſecundum conſuetudinem loci ad hoſpicium Lavini. Et ſi in aliquo tempore oſtendunt juſta legem habere pertinentiam in ſupraſcriptis rebus, obſervetur eis ✠. Omnes ſupraſcripti homines rogati ſunt teſtes.

In dei nomine ego albertus notarius ſcripſi hec.

CCXXI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1117.

ANno ab incarnat. domini noſtri iheſu chriſti milleſimo eenteſimo ſeptimo decimo, ſextodecimo die menſis aprilis, indicione decima. Eccleſia ſancte Crucis ſita foris civitate cremone. Nos johannes bonus & Conte germanis & filii quondam johannis panpuro de ſupraſcripta civitate, qui profeſſi ſumus lege vivere Langobardorum, offertores & donatores ipſius eccleſie per miſo ſuo abas de nonantola preſentes preſentibus diximus. Quiſquis in ſanctis &c. Ideoque nos qui ſupra germanis donamus & offerimus a preſenti die in eadem eccleſia ſancte crucis pro anime noſtre & patris noſtri mercede, ideſt pecias duas de terra iuris ſancte marie cremonenſis eccleſie & noſtra per inveſtitura a uno denario ficto annualiter, & iacent ibi prope prefata eccleſia. Prima pecia de terra eſt cum caſa & muro, oſpitale, & tegia, & curte: coheret ei a mane via, a meridie & a monte ſicut cernitur cantonis de muris uſque in foſato, & alii ſibi reſervant, a ſubtus ſancte crucis. Secunda pecia de terra eſt aratoria, & eſt ibi ſicut eſt circumdata per coerenciis, a mane prefata eccleſia ſancte crucis, a meridie & a monte via, a ſubtus rodano medio &c. Actum in atrio ipſius eccleſie feliciter.

Rog. Gerardus not. & judex.

CCXXII.

CCXXII.

Autographum in Arch. Nonant.

1117.

DIe Jovis, qui fuit ſeptimus dies menſis Junii, in domo monaſterii ſancte Crucis ſitum ſuburbium civitatis Cremone, preſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubtus leguntur, Domnus Johannes dei gratia abbas monaſterii ſancti Silveſtri nonantole inveſtivit johannem comitem, qui dicitur petenzone, habitator in burgo de ſancto Eraſmo, nominative de pecia una de terra vidata juris ſupraſcripti monaſterii ſancti ſilveſtri cum tegia & torculo ſuper habente & puteo, que eſt in loco noſcetholo, & eſt pecia ipſa de terra per menſuram juſtam pertice ſex. Coeret ei a mane ſupraſcripti monaſterii, a meridie de filiis ungaronis, a ſera cremoſiani, a monte via; & eſt ſupraſcripta pecia de terra vidata de precaria Lanfranci meraldi. Hec inveſtitura facta eſt ita, ut jam dictus Johannes & filii ejus & filii filiorum ejus debeant habere, tantum maſculi legiptimi, aut cui ipſi dederint uſque ad completam terciam generationem. Et non debent vindemiare ſine miſſo ſupraſcripti domni johannis abbatis vel ſucceſſorum ejus, & debeant dare manducare duobus hominibus ad vindemiam de pane, & vino, & carne, aut ſecundum quod dies erit, honorabiliter ſecundum uſum eorum. Et debent dare tercium de vino, quod dominus eis exinde dederit, & fictum denarii tres in feſtivitate ſancti martini, aut in menſe novembris, & non debent appendere torculum ſuper uvas ante datum tercium niſi ſemel. Et omnia, que ſupraſcriptus johannes aut filii ejus aut filii filiorum ejus maſculi, aut cui ipſi dederint aut eorum miſſum uſque in terciam generationem completam reddiderint de ſupraſcripta pecia de terra vidata, debent traere vel portare ad ſupraſcriptum monaſterium ſancte crucis, & deſignare ſupraſcripto domno johanni abbati ſuiſque ſucceſſoribus, aut eorum miſſo. Et ita ut ſupraſcripta terra vidata melinrentur, ſed non pejorentur. Et ſi ſupraſcriptus johannes vel filii eius vel filii filiorum ejus legiptimi maſculi uſque ad completam terciam generationem voluerint vendere ſupraſcriptam peciam de terra vidata, & ſupraſcriptus domnus johannes abbas aut ejus ſucceſſores voluerint emere, per duodecim denariis minus debent dare eis quam alicui. Et ſi noluerint, debent dare eis duodecim denarios, & poſtea vendant, cui voluerint, tamen per eorum conſilium. Et promiſit ſe ſupraſcriptus domnus johannes abbas, ſi ipſe aut ſui ſucceſſores aut eorum ſummittentes perſonas agere aut cauſare preſumpſerint contra ſupraſcriptum johannem aut etiam ſuos filios aut filios filiorum eorum, aut cui ipſi dederint, & ab omni homine non defenſaverint uſque ad completam terciam generationem, tunc obligavit ſe ſuoſque ſucceſſores componere iſtam peciam de terra vidata in duplum, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub extimacione in conſimili loco, & poſt completam terciam generationem ſupraſcripta pecia de terra ſimul cum uſufructu in poteſtate ſupraſcripti domni johannis abbatis ſuiſque ſucceſſoribus. Unde duo brevi in uno tenore ſcripti ſunt. Factum eſt hoc anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo ſeptimo decimo, ſupraſcripto die, indictione decima.

Ego Johannes indignus abbas manu mea firmavi.

Ego Fr. Silveſter manu mea ſubſcripſi.

Ego Fr. Placitus manu mea ſubſcripſi.

Ibi fuerunt Sanſon judex de patherno, cremoſianus de cantone, & item cremoſianus olduini, bernardus qui dicitur iudex rogati teſtes.

Ego Giſelbertus notarius ſacri palacii ibi fui, & hoc breve ſcripſi.

CCXXIII.

CCXXIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1118.

ANno ab incarnatione domini noſtri iheſu chriſti milleſimo centeſimo octavo decimo, nono die menſis marcii, Indictione duodecima [*l.* undecima]. Monaſterio ſancti Silveſtri ſito in loco nonantola, ubi nunc johannes venerabilis abbas preordinatus eſſe videtur. Ego Paganus qui cognominor de burgo filius quondam item pagani de civitate cremona, qui profeſſus ſum ex nacione mea lege vivere romana, oblator & donator ipſius monaſterii ſancti Silveſtri preſens preſentibus dixi. Quiſquis in ſanctis &c. Ideoque ego qui ſupra paganus dono & offero a preſenti die in predicto monaſterio ſancti Silveſtri &c. videlicet peciam unam terre aratorie iuris monaſterii ſancti petri (1) de ſupraſcripta civitate Cremone, & mihi qui ſupra pagano pertinet per inveſtituram fictaliciam unius denarii, que iacet in fundo & loco caſanova, & eſt per menſuram iuſtam iugerum unum. Coeret ei a mane canonice ſancte cremonenſis eccleſie, a meridie ſancti victoris, a ſero via, a monte ſancti petri & ſancti andree &c. eo tamen ordine, ut vos donnus johannes abbas dignemini mihi concedere ex parte jam dicti monaſterii ſancti Silveſtri precario & enfiteuſis nomine, videlicet peciam unam de terra iuris ſupraſcripti monaſterii caſas multas ſuper ſe habente, que iacet in burgo Civitatis cremone qui dicitur de ſancta Lucia prope eccleſiam ſancti Egidii, & eſt per menſuram iuſtam iugerum unum. Cui in circuitu tales ſunt coerencie: a mane foſſatum, a meridie & a monte ſancte marie, a ſero via &c. uſque ad completam terciam generationem &c. Cumque ipſe paganus taliter poſtulaſſet, tunc iam dictus donnus johannes abbas cum lingno quod ſua tenebat manu eundem paganum de ſupraſcriptis peciis duabus de terra &c. inveſtivit &c. Actum intra clauſtrum ſupraſcripti monaſterii ſancte crucis feliciter.

Rog. Lanfrancus not. ſacri pal.

CCXXIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1118.

IN nomine domini &c. anno ab incarn. ejuſdem milleſimo centeſimo octavo decimo, menſe Julio, Indictione undecima, Regnante domno quarto Henrico anno imperii ejus VIIII. Ego donnus Oldebrandus humilis prior venerabilis monaſterii ſancti Silveſtri de loco nonantula una per conſilium & conſenſum fratrum monachorum inibi aſtantium per cartulam precharie atque emphiteocharie iuris nomine concedo tibi girardo filio alberti de ioculo de loco montebelio, ſeu in filiis &c. uſque in terciam generationem expletam, ipſo alberto patre tuo habente uſum fructum diebus vite ſue, qui preſens & conſentiens eſt, ad habendum, ideſt nominative omnes illas res territorias, quas frugerius filius quondam galſeri de loco manzolino habuit & tenuit per precharia a parte ſancti Silveſtri tam in caſtro manzulino quam foris caſtrum in tota curte manzolini ſecundum fines & loca que leguntur in illa precharia, quam johannes nonantulanus abbas fecit illi frogerio omnia cum omnibus, ſeu & illas res territorias quas nominatus pater tuus albertus habet & tenet & adquiſivit a petro de papia de rebus que fuerunt de precharia de panciano ia-

(1) Conſervaſi nell' Archivio di Nonantola lo ſtromento del giorno medeſimo, con cui Alberto Abate del Monaſtero di S. Pietro di Cremona accorda a Pagano l' inveſtitura del ſuddetto pezzo di terra.

iacentes in nominata curte manzolini &c. Er pro omnibus nominatis rebus &c. omni anno de menſe marcii nomine penſionis perſolvere debeatis denarios viginti quinque Lucenſes bonos & expendibiles mihi qui ſupra oldebrando priori meiſque ſucceſſoribus aut noſtro miſſo in caſtro (ſic) aut in caſtro manzolino &c. Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Johannes not. Sacri pal.

CCXXV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1118.

IN nomine domini &c. anni ab incarn. ejuſdem milleſimo centeximo octavo decimo, die tercio ingrediente menſe decembri . . . . . & ideo in dei nomine gerardus filius figeci, & beruſſus filius frogerii de caſtro ſancti johannis per anc cartulam concedimus . . . . tibi petro clerico filius quondam martini balbi de loco grulio, nominative medietatem unius pecie terre aratorie & prative, que nobis pertinet per enphiteoſin ex parte ſancti Silveſtri, & que reiacet in caſale grulio, & cui ſunt fines in circuitu, a mane malmeniacus &c. a meridie limes, a ſera orbitula, de ſubto heredes Bonefacii, & ſanctus Ceſarius . . . . & ſanctus andreas de Mantua, & homines qui dicuntur brini &c. Actum in burgo ſancti johannis feliciter.

Rog. Petrus not. Sacri pal.

CCXXVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1119.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo centeſimo nonodecimo, menſe madii, indictione duodecima, Regnante Domno quarto Henrico anno imperii decimo. Ego domnus ildebrandus prior &c. per cartulam precharie &c. concedo tibi petro filio quondam reſtani de loco oliveto &c. uſque in terciam generacionem &c. omnes res illas territorias quas habes & tenes per hereditatem, videlicet per anteriorem enpbiteoſin a parte nominati monaſterii ſancti Silveſtri, & quas habes & tenes adquiſitum ab aliquibus hominibus de eiſdem rebus ſancti Silveſtri, que omnes res reiacent in curte oliveti vel per alia loca intra iſtos confines: a mane uſque ad rivum de montagnano, a meridie uſque ad rivum de taſtilione, a ſero uſque ad flumen valvolum, de ſubto uſque ad braidam &c. Et pro omnibus rebus &c. perſolvere debeatis ſex ſeſtaria de vino in tempore vindemie mihi qui ſupra domno ildebrando priori meiſque confratribus aut noſtro miſſo in loco oliveto &c. Actum in caſtro nonantule feliciter.

Rog. Johannes not. ſacri palacii.

CCXXVII.

1121.

Calixtus PP. II. Mutinenſis Epiſcopi jura confirmans plures Monaſterii Nonant. Eccleſias illi adjudicat.

(Antiqu. Ital. Vol. V. p. 351.)

CCXXVIII.

CCXXVIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1122.

IN chriſti nomine anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, indictione quinta decima, menſe Julii, Quarto henrico imperante. Ego donnus johannes vir venerabilis *&c.* per cartulam precarie *&c.* concedo tibi Stephano Subdiacono pro te & fratribus tuis johanne & alberto, & pro nepotibus tuis gerardo & bernardo blanco, & pro filia tua poma de curte roncalli, ſeu in filiis *&c.* uſque in tertiam generationem expletam, nominative omnes illas res territorias, arabiles, & vineatas *&c.* juris ſupraſcripti monaſterii *&c.* in curte roncalli, & in curte camurane *&c.* Et inſuper tantum . . . . . . quantum habere & tenere videmini per ſcriptum . . . . . vobis fecit albertus pro ſe & fratribus ſuis filiis quondam ſigezonis de ardizzone de ſolaria, ideſt nominative omnes illas res territorias, paludivas, boſcivas cum molendino iacentes infra hec latera: a mane foſſa liſignana, a meridie & de ſubtus ubaldus de manfredo, a ſero foſſa pudica. Et perticas duas legiptimas de terra aratoria, que iacet infra hec latera: a mane foſſa pudice, a meridie conſortes ſupraſcripti alberti, a ſero Lovoletum, a ſubtus conſortes *&c.* Et inſuper vobis concedo peciam unam de terra, quam ingelbertus cognatus predicti ſtephani acquiſivit a ſtephano de angelo per ſcriptum recitans hanc peciam in curte ſolaria iacere in loco qui dicitur rupta cava infra hec latera: a mane & a ſubtus via, a meridie bonus de birguza, a ſero batipalli *&c.* Et pro omnibus jam dictis rebus *&c.* perſolvere debeatis penſionis nomine pro omni anno *&c.* unam libram de cera in feſtivitate ſancti Silveſtri, & in reſurrectione domini unam . . . . . . *&c.* Actum Nonantule feliciter.

Rog. Dominicus not.

CCXXIX.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1122.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnat. eiuſdem milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo menſe Julio Indictione XV. Regnante D. quarto Henrico anno imperii ejus XIII. (*l.* XII.) Ego donnus iohannes abbas *&c.* concedo tibi alberto filio boni de petro canabario de loco caſtro vetere, ſeu in filiis *&c.* uſque in terciam generationem expletam, ipſo nominato bono patre tuo & presbitero ſredulſo patruo tuo habentibus uſum fructum diebus vite eorum, qui hic ante me preſentes ſunt & volentes, ad habendum, ideſt nominative peciam unam de terra clauſurata, vineata, & aratoria, que reiacet in burgo de caſtro vetere, cui ſunt fines in circuitu: a mane detinet paganuzolus Lanſarellus, a meridie eſt rivus qui vocatur barboxo, a ſera eſt terra ſancti ſenexii, de ſubto eſt via que dicitur clozola *&c.* Et pro nominata pecia de terra *&c.* omni anno de menſe marcio nomine penſionis perſolvere debeas *&c.* duos denarios Lucenſes *&c.* in caſtro nonantule *&c.* Actum in caſtro nonantule feliciter.

Teſtes interfuerunt adhigerius filius alberti advocati, & adam de caſtrovetere, & everardo de Everardis, & rolandinus tiraboſco, & ſciva galina, & petrus de dulculo.

Rog. Johannes not. S. P.

CCXXX.

CCXXX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1122.

DIe Lunis que fuit duodecimo Kal. decembris. In clauſtro mnnaſterii ſanĉte crucis ſitum ſuburbium civitatis cremone preſentia bnnorum hnminum quorum nomina hic ſubtus leguntur domnus johannes dei gratia venerabilis abbas monaſterii ſancti Silveſtri de loco nnnantole inveſtivit monaſterium ſancti benedicti ſitum ſnburbio ſupraſcripte civitatis, quod eſt ſub regimine ſupraſcripti monaſterii ſancti Silveſtri &c. nnminative de pecia una de terra juris ſupraſcripti monaſterii, que habere videtur juxta ſupraſcriptum monaſterium &c. perſolvendo annualiter ſupraſcripta abbatiſſa vel ſui ſucceſſores aut enrum miſſus ficto libram unam cere in feſtivitate ſancti martini aut in menſe novembris ſupraſcripto domno abbati &c. Et ita dicta inveſtitura facta eſt, ut iſte perſone que nunc in ſupraſcripto monaſterio ſancti benedicti ordinate ſunt, vel pro tempore ordinate ſuerint tam maſculi quam ſemine (1) non habeant poteſtatem neque licenciam de jam dicta pecia de terra vendendi &c. ſed ſemper permaneat in poteſtate hujus monaſterii ſancti benedicti ad honorem dei & ſancti benedicti, & ſemper ſit ſub regimine & poteſtate jam dicti monaſterii ſancti Silveſtri, & uſus fructus hujus terre ſemper ſint ad utilitatem illarum perſonarum, que nunc ad ſupraſcriptum monaſterium ſunt vel ſuerint, & que communiter vel regulariter vixerint &c. Factum eſt hoc anno ab incarnatione domini noſtri jheſu chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, ſupraſcripto die indictione prima &c.

Rog. Giſelbertus not. S. P.

(1) Ecco un nuovo documento a provare, che il Monaſtero di S. Benedetto di Cremona era uno de' Monaſterj doppj, di cui altrove ſi è detto, cioè ne' quali abitavano inſieme Monache e Monaci.

CCXXXI.

Excerpta ex Apographo in Arch. Nonant.

1123.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo centeſimo vigeſimo III. menſe Januario, Indictione prima. H. gratia dei Romanorum imperator anno ejus XIII. Stetit atque convenit inter domnum johannem &c. nec non inter andream & petrum atque Lambertum &c. de loco roncolamberto, ut in dei nomine debeat dare &c. Johannes abbas eiſdem nominatis hominibus eorumque heredibus &c. libellario nomine uſque ad annos viginti novem expletos, ideſt nominative terras arabiles &c. reiacentes in nominato loco roncolamberti, & in loco ubi dicitur da flumen, atque in loco nominato de ſubtus caſa de tezis, ſeu in loco qui dicitur ruſiolo, namque in loco qui vocatur ſpinario &c. ſicuti ante hos dies & annos recte & laborate, ſeu detente ſuerunt per nominatos libellarios per anteriorem libellum &c. Atque perſolvere exinde debeant ſingulis annis uſque ad nnminatum tempus de omni genere grani, quod inibi ſeminatum erit, ſeu vino atque lino, quod exinde annue habuerint, iuxta conſuetudinem, omneſque condictiones ſimiliter tempore meſſis & vindemie, miſſus dominicus ſupereſtet eis &c. Actum in ſicco feliciter.

CCXXXII.

CCXXXII.

Autographum in Arch. Nonant.

1123.

IN nomine domini dei & ſalvatoris noſtri Jheſu Chriſti anno ab iocarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo vigeſimo tertio, menſe Februarii, Indicione prima, Chriſtianiſſimo atque ſereniſſimo domioo quarto Enrico imperatore regnante anno ejuſdem deo propitio XIII. Quoniam difficile eſt nobis cunctiſque hominibus, quos a noſtra herili domo gubernari decernimus, abſque periculo mortis in hac vita conſiſtere, & quia ſine gravi metu inimicorum penitus vivere nequimus, conſtitutis undique in tanto labore ac dolore atque intollerabili hujus regni poſitis pavore pro controverſiis quas huc illucque in univerſis regionibus noſtris cuncti principes agunt [1], & quia noſtram terram, ex qua mioimum proficuum habere cernimus, in melius locare deſtinamus, quatenus ampliori commodo fruamur. Et ideo in dei nomine ego quidem domnus Johannes abbas Monaſterii Sancti Silveſtri ſiti Nonantula una per conſilium & conſenſum fratrum monachorum ejuſdem cenobii per cartulam precarie atque emphyteucarie juris nomine concedo vobis presbitero andree, dominico de rocis, & petro zuino atque vitaliano clerico, & pro vobis omnibus aliis vicinis veſtris ibi venientibus, & habitatiooem facientibus, atque aliis aliorum locorum, ſeu io filiis veſtris legitimis maſculis & nepotibus & eorum filiis & nepotibus legitimis maſculis, qui venerint & habitatiooem ibi fecerint, uſque in tertiam generatiooem expletam, ideſt nominative peciam unam terre juris & proprietatis ſancti ſilveſtri, que reiacet inſra cortem ſicci in le fratte de porciola ad caſtrum hedificandum infra hos fines: a mane fluvium panarium, a meridie foſſatum de cruce ſancti ſineſit, a ſera ſovea pudiſie & boſcum, de ſubtus detinent homines qui dicuntur roci; ea ſcilicet racione, ut omnes vos uniti hujus rei precarii habeatis eandem predictam terram ad caſtrum hedificandum eo jure & eo bono uſu, quo habetis & tenetis caſtrum de nonantula, & firmiter teneatis vos & veſtrorum filii ac nepotes legitimi cum ſuperioribus & inferioribus, cum finibus, & acceſſionibus & ingreſſibus ejus in integrum & faciatis in eo quicquid vobis utile fuerit, ut infra deſignatus fines quietam & tranquillam vitam ibique agatis abſque noſtra noſtrorumque ſucceſſorum ejuſdem monaſterii & noſtrorum vicedominorum, ſeu advocatorum, ac caſtaldionum, ac decanorum, ſeu portonariorum & cunctorum militum ooſtrorum etiam monachorum contradictione & perſecutione, ut infra predictos terminos nullum veſtrorum univerſorum ſupraſcriptorum ſeu filiorum vel oepotum veſtrorum captus vel predatus oeque conviciatus nec hoſpiciatus fiat ex noſtra parte, idem a oullis perſonis noſtrorum ut ſupra legitur; neque ullam injuriam vel violenciam paciatur niſi jure. Et ſi quis ex vobis filium maſculinum non habuerit, & habuerit feminam filiam, det uni ex filiabus ſuis, quali voluerit, ad poſſedendum

(1) Godeva di queſti tempi l'Italia una perfetta pace, ſe traggaſene la guerra tra i Milaneſi e i Comaſchi, e quella trai Genoveſi e i Piſani, dalle quali non eran punto turbati queſti contorni. Come dunque l'Ab. Giovanni eſaggera tanto i pericoli, in cui trovavanſi i beni del ſuo Monaſtero, e gli uomini ad eſſo ſoggetti, ſicchè faccia biſogno d'innalzare il Caſtello, di cui qui ſi parla? Leggaſi il Capo V. della Parte I. e ſi vedrà, che eſſendo più che mai acceſe di queſti tempi le controverſie tra'l Veſcovo di Modena e l'Abate di Nonantola, cominciò ancora il Comune di Modena a moleſtar la Badia, e con eſſa i Nonantolani, i quali perciò dopo alcuni anni ſi gittarono in braccio de' Bologneſi. Queſti ſono i tumulti, a cui allude l'Ab. Giovanni, e in queſta occaſione credette egli opportuno d'innalzar quel Caſtello che fu detto Caſtel di Arripale, e a cui poſcia ſuccedette Caſtel Creſcente. V. il Capo III. della Parte II.

in eodem caſtro. Ac ſi quis ex filiis vel nepotibus veſtrorum univerſorum ſupraſcriptorum ſine herede deceſſerit, deveniat ejus porcio ad illos vel ad illum, qui proximior fuerit. Promitto vobis quoque hominibus univerſis hujus rei licentiam dandi & comutuandi inter vos & io aliis veſtris conſimilibus, qui de poteſtate eccleſie ſancti ſilveſtri ſiot, ſed non in vaſſis neque in capitaneis ſive in ſervis eorum, & obligo me & meos ſucceſſores in veſtra parte, ſi aliquo unquam tempore ego vel mei ſucceſſores hoc caſtrum alicui dare preſumpſerimus, & hoc ſub pena viginti librarum denariorum lucenſium, ſed ſemper maneat in poteſtate ſupraſcripti cenobii. Et vos universi omnes ſupraſcripti precarii veſtrorumque filii ac nepotes legitimi, ſicut ſupra legitur, ſingulo anno menſe marcii uſque ad prefatum tempus per unamquamque tabulam de habitata penſionis nomine denarium unum lucenſem perſolvatis eidem ſupraſcripto monaſterio vel noſtro miſſo, Ac ſi quis veſtrum in conſtituto tempore penſionem noo ſolverit, in duplum dare cogatur, exceptis plateis, & ſtradis & ripatis,& vacuamentis eccleſie,que omnia quamvis videaotur eſſe publica, tamen veſtro uſui concedo, ſalvo noſtro jure. Alia oulla ſuperimpoſita exinde vobis fiant a noſtra parte, idem ab omnibus perſonis noſtrorum, ut ſupra legitur. Penam quidem inter nos ponamus, ut ſi quis ex nobis, idem ſi ego aut mei ſucceſſores, aut vos vel veſtri filii ac oepotes ſe de hac convenientia hujus precarie diſtulerint, & noo permanſerint in his omoibus, qualiter ſupra legitur, ut componat illa pars que non ſervaverit fidem parti fidem ſervanti predictam penam viginti librarum lucenſium, & poſt ſolutionem hec precaria in ſua, ut ſupra legitur, firmitate permaneat, quia ſic inter nos conveotum eſt. Actum in ſicco feliciter.

.Ego Johannes indignus abbas manu mea firmavi.

Ego Fr. Ildevrandus presbiter & monachus manu mea firmavi.

Ego Fr. Amatus manu mea firmavi.

Ego Fr. Conſtantinus manu mea firmavi.

Ego Fr. Teodericus manu mea ſubſcripſi.

Ego Fr. Maurus manu mea ss.

Ego Fr. Rolandus manu mea ss.

Ego Fr. Placidus maou mea ss.

Ego Fr. Andreas monachus maou mea ss.

Ego Fr. Oldevraodus mano mea ss.

Ego Fr. Vvillelmus manu mea ss.

Ego Fr. Heliſeus manu mea ss.

Ego Fr. Paulus manu mea ss.

Ego Fr. Ylarius firmavi.

Ego Fr. Antonius manu mea ss.

Ego Fr. Maurus manu mea ss.

Ego Fr. Philippus manu mea ss.

Ego Fr. Bruno manu mea ss.

Ego Fr. Vvido manu mea ss.

Ego Fr. Petrus manu mea ss.

Ego Fr. Ingezo manu mea ss.

Et hec carta confirmata eſt ab domno abbate Johanne, a majoribus fratribus & a ſcola feliciter.

Teſtes interfuerunt gerardus de bonitto de nonantula, atque Johannes de Zeno atque Girardus de Johanne Caſtaldo de ſolaria, ſeu Martinus de clericis.

Johannes Notarius ſcripſit.

CCXXXIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1123.

IN nomine domini &c. anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo vigeſimo tercio, tercio henrico imperante anno tercio decimo, quintodecimo Kal. Julii Indictione prima. Petitionibus emphiteotechariis annnentes nos in dei nomine ego quidem domnus Johaones, venerabilis abbas &c. per hanc cartulam emphiteoſis conce-

cedimus vobis ſcilicet arardo filius alberici de ſarmita acceptor pro te & tuis fratribus alberto & maginardo qui vocatur carbone, ſicque rolando acceptor pro te & tuis fratribus ſiſmundo & alberico filii aldrathi habitatores in preſcripta ſarmita veſtriſque heredibus rem proprietatis ſupraſcripti monaſterii, ideſt omnibus rebus *&c.* quas vos per anteriorem precariam habetis & teoetis ex parte preſcripti monaſterii in preſcripte ſarmite, & in curte oliveti *&c.* Sic ita tamen ut exinde vos preſcriptos acceptores & veſtros heredes referatis penſionem vini dandam cui eſtis aſſueti dare *&c.* Actum juxta eccleſiam ſancti Laureocii in colina libeoter.

Signa manuum † vberti biaqua caoſidicus † albericus filius Lanſraoci *&c.*

Rog. Albertus not.

CCXXXIV.

1124.

Caliſtus II. PP. Monaſterii Nonant. privilegia confirmat.
(Perini Storia del Monaſtero di S. Silveſtro di Verona P. II. p. 5.)

CCXXXV.

Ex Membrana Archivi S. Marie Majoris Tarviſii.

1124.

IN nomioe Domini Dei eterni. Aono Domioice Incarnatioois 1124. die meoſe tali Indictione tali, Imperante tali. Ego Domnus Joannes Abbas Monaſterii S. Silveſtri ſitum in loco Nonantula in ſimul cum Alberto meo & predicti Monaſterii Advocato una per cooſilium, & cooſenſum ceterorum Monachorum Fratrum noſtrorum per precarie & libelarie cartulam concedo vobis Viviano de Caſerio, Tarviſio de Tuderta, Manfredo de Potto, Todaldo de Lembraga, Adam de Lumula, Aliooo de Narbone, Joaones de Aimo, Rambaldo de Bonaldo, Vitali de Noella, Viviano de Vitali, Ade de Maralda, Martioo de Maralda, Andree de Pulcro, Stephano de Martino, Souma & Viviano de Petra, & Rodulſo genero de Todaldo, Bonaver de Vitali, Vitali de Gerdo, Armico de Joanoe, Clerico Dominico de pot°., Janni de Bragola, Icardo de Tarviſano, Tarviſiano de Maria, Nevo Amico de Albico, Gerſredo de Joanne, clerico Abteprando Piſcatori, Dominico de Oza, Martino Aufrici, Vitali Paſſo, Tarviſio de Maralda, Sito de Arduino, Joanni de Urſo, Olivo de auria, Aldrico de Rodulfo, Bonofilio de Nantolo de Vigolo, Litardo de Boltano, Vitali de Imiza, Maceli de Martioo, Souma Joanni de Fuſca, Tarviſio de Fideroſa, Bruoo Fabro. (*ſic*) qui omnes ſupranominati ſunt habitatores in inſraſcripto loco Tarviſio vobiſque omoibus, ſeu & filiis maſculiois, & oepotibus veſtris, qui de legitimo matrimooio nati ſunt, vel procreati fuerint uſque in tertiam generationem expletam & ſi cui ex ioſraſcriptis perſoois Filius vel Nepos non ſuerit, uai legitimę filię veſtrę concedo, quę rem ſuperſedear, & vivum (ſ. *virum*) ſervum ooo accipiat, & ſic uſque io tertiam generationem expletam ad habeodum, ideſt oominative petiam unam de terra juris S. Silveſtri jacentem io Comitatu Tarviſiaoo in ſuburbio Civitatis Tarviſii in loco, qui dicitur ultra Cagnaoum, cui adhęrent fioes a mane terra ioſraſcripti Monaſterii Sancti Silveſtri, a meridie fluvio ſilere percurreote, ab occidente Macelli de Turre, & Aceli & Tiſo patre poſſidentes, a Septentrione via publica percurrente, cum ſuperioribus & inferioribus ejus, ſive etiam cum acceſſionibus & ingreſſibus ſuis in integrum ea ratione, ut a modo in antea uſque in tertiam generationem expletam, & poſtea ad renovandum unicuique perſooę veſtrorum poſt

poſt completam tertiam generationem, tantum dando pro renovatione pro unaquaque perſona, quantum datum fuię pro adquirendo, ut a modo in antea vos & nepotes veſtri ſive infraſcripta perſona ſeminina ipſam preſcriptam petiam terre habere, tenere, ſuperędificare, & reſidere debeatis, & pariter excolere debeatis, ita ut per vos veſtroſque hęredes meliorentur, & non peiorentur. Perſolvendo pro infraſcripta petia terrę, ſeu pro omnibus conditionibus penſionis nomine pro unoquoque anno menſe Martii pro unaquaque perſoną de infraſcriptis 40. partibus monetę venetienſis denarios vigintiquatuor data vel conſignata ipſa penſio infraſcripto Domno Abati ejuſque ſucceſſoribus, aut eorum miſſo in infraſcripto loco Tarviſii Eccleſie S. Marie & S. Fuſce per ipſos infraſcriptos habitatores, vel eorum miſſos, ita ut non liceat infraſcriptis habitatoribus infraſcriptum precarium ſive libellarium majoribus ſe perſonis dare ſuam portionem, Comitibus ſcilicet, Epiſcopis, Capitaneis, vel eorum ſervis, ſi (f. *ſed*) ſit vobis conceſſa facultas faciendi vel veſtrum libellum in minoribus ſive ęqualibus veſtris, ſive aliter juſta ratione equalibus & minoribus veſtris dando talibus. Quam penſionem reddant, & rem ſuperſedeat: ſic tamen ut habeat unuſquiſque veſtrum quadrigentarum perſonarum ſingulis ſingularum quadringentarum portionum ſuam portionem, preterquam Vitalis de Muro, & Maceli de Martino, Souma habeat unam, & Joannes de Fuſca, & Tarviſius de Fidaroſſa habeat unam, facientes unuſqniſque de his omnibus de ſua portione quidquid eis placuerit, & opportunum fuerit, vel ſecundum predictum tenorem ſine omni contradictione infraſcripti Abbatis ejuſque ſucceſſorum, ſemper ipſam rem meliorando, ſe ſuaſque perſonas ipſis Fratribus & Eccleſię S. Marię convenienda committentes, eiſque in perpetuum cum devotione premiſſa obediendo, ſupraſcriptę Eccleſię honorem pro melioratione augendo. Et ſi contigerit alicui ex ſupraſcriptis hominibus poſt tertiam generationem, quod pars Monaſterii, poſtquam ſibi requiſitum fuerit, renovare noluerit, tunc liceat per pręſentem precariam ſeu libelli cartam in perpetuum duraturam ſemper poſſidere dando venerabili loco ipſam prefatam penſionem . . . . . & ſi contigerit quod bannum aliqnis ipſorum dare debeat, non ſit plus quinque ſoldorum monete venecienſis. Pęnam vero inter ſe poſuerunt, ut qui ex ipſis aut eorum ſucceſſoribus vel hęredibus non compleverint omnia que ſupra leguntur, vel ſi tollere aut relaxare voluerint ante ſupraſcriptum tempus, vel ſi pars Eccleſię renovare noluerit poſt requiſitum, tunc componat pars parti fidem ſervanti pęna denariorum Venetienſium libras treſcentum, & poſt pęnam ſolutam & compoſitam pręſens precarium & libelli cartam uſque in perpetuum firma, & ſtabilis permaneat: & ſupraſcripti homines per eam, dando penſionem, perpetuo poſſideant . . . .

CCXXXVI.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1125.

ANno dominice incarnacionis MCXXV. Indictione prima in preſentia domni Johannis abbatis & ſuorum fidelium, domini videlicet tiberti, & mathei filii ejus, & ugonis presbiteri, & Ugolini judicis, & domni maioli prioris & omnium fratrum atque aliorum noſtrorum fidelium. Quod homines de ſancto mariano, qui milites dicebantur, in manu mea decimas refutaverunt, & in preſentia ſupradictorum hominum confeſſi fuerunt, quod iniuſte detinebant, & ſub pena ſe obligaverunt C. ſolidorum lucenſium, atque induciam petierunt uſque ad ſancti do-

donati feſtivitatem ſub tali condicione, ut ſi equos non emerent, & bene non ſervirent, & deinceps aſſidue firmiterque non tenuerint, & decimam bene non ſolverint, & ſi hoc totum non obſervaverint, vel non fecerint, promiſerunt deinde ſecundum qualitatem aliorum noſtrorum hominum, qui opera faciunt in ſervitio ſancte marie, & quod ipſi debeant ſimiliter facere, & drictum perfectiſſime ex terra quam habent reddant ſecundum uſum noſtrorum operariorum hominum. Preterea volumus atque precipimus ex parte dei & beate virginis marie, ut omnes decimas hujus curtis atque in ſua integritate permaneant in victu fratrum & in alimonia pauperum. Et qui hoc corruperit, vel inveſtituram vel in feudum dederit, & qui acceperit, ſub vinculo excommunicationis ſit innodatus uſque in ſempiternum. Inſuper diffinitum fuit & diffinimus, & firmiter confirmamus de feudo, qui eſt in podio ſancte marie, quod eſt a rio farreodi uſque ad ripam arni iuxta coſtam, qui locus continet per menſuram centum perticarum legitimarum de duodecim pedum. Hec omnia ſupradictorum hominum promiſerunt ſe & ſuorum heredum obſervare & tenere. Anc cartulam ego Johannes Abbas indignus fieri juſſi, & manu mea firmavi, in quo ſupradicto facto fuerunt teſtes rogati Gezo, & collione, & alberto ramnclo, & ruffo grimoli, & alii plures.

Ego Johannes abbas manu propria ſubſcripſi.

Ego Ubertus judex interfui, & hanc cartulam rogatu illorum dominorum & fidelium feci & ſcripſi.

CCXXXVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1127.

. . . . centeſimo vigeſimo ſeptimo, Indictione ſexta, menſe decembris. Ego . . . . abbas monaſterii ſancti Silveſtri &c. per cartulam precarie &c. concedo vobis Alberto . . . . &c. uſque ad tertiam generationem expletam nominative unam peciam de terra juris ſancti Silveſtri iacentem infra plebem ſancti Laurentii qui dicitur in colina, cum caſis, edificiis, clauſuris, & ortis, ſilvis &c. & cum omni jure, & ſervitutibus, & pertinentiis que ſupra & infra ſe quoquomodo pertinent . . . . ipſi pecie iacenti in fundo qui dicitur carpineto infra hec latera, a mane Lavino, a meridie limite qui dicitur de conſilio lupo . . . . a ſero caſſiola, que eſt via, de ſubtus ſtrada predoſa, ſibique alie ſunt coerencie, & eſt hec pecia jugera centum ſeptuaginta quatuor &c. Et inſuper vobis ſupraſcriptis emphiteotecariis concedo etiam peciam territoriam iuris ſupraſcripti monaſterii iacentem ibi non longe in fundo gazo, qui dicitur ſplezano, cum omni jure & ſervitutibus &c. infra hec latera: a ſero foſſatella currente que pergit a ſplezano, da mane Lavinello currente, da meridie foſſa, de ſubtus corticella de venablini de ipſo jure, & ſi que alie ſunt coerencie; & eſt hec pecia jugera decem & ſeptem &c. Et de hac pecia excipiendo ſalvamus & trahimus feudum vaſalli, ſicuti conſuetum fuit &c. Et pro jam dictis rebus &c. ſingulis annis de menſe marcii perſolvere debeatis penſionis nomine tres ſoldos denariorum Lucenſium &c. Actum Nonantule feliciter.

Rog. Dominicus not.

CCXXXVIII.

CCXXXVIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1128.

Die Jovis, qui fuit ſeſtodecimo Kal. Septembris in clauſtro Monaſterii S. Benedicti ſita ſuburbium Civitatis Cremooe ſub regimine monaſterii S. Silveſtri de loco nonantola, domnus Johannes dei gratia venerabilis Abbas ſupraſcripti Mooaſterii inveſtivit ſupraſcriptum monaſterium S. Benedicti per miſſum ſupraſcripti Monaſterii Eccleſiam Abbatiſſam nominative de pecia una de terra iuris ſupraſcripti Monaſterii S. Silveſtri que habere videtur in loco parlaſſi, & eſt pecia ipſa de terra per meoſuram juſtam pertice octo, & ſi plus minuſve ſint, de precaria Johannis . . . . rigizonis dala pille ſive alie ſiot coherentes, ita ut ſupraſcriptum Monaſterinm S. Benedicti, aut cui pars ſupradicti Monaſterii dederit, habeant iſtam peciam de terra ſemper & non aliter cum ſucceſſione & ingreſſu cum ſuperiore & inferiore confine ſua infraſcripta, ſolvendo annualiter . . . . fictum denarios ſex in feſtivitate S. Martini *&c.* Factum hoc anno domioice incarnationis Mill. centeſimo vigeſimo octavo, Indict. ſexta.

Ego Johannes iodignus Abbas manu mea firmavi.

Ego Fr. Conſtantinus manu mea firmavi.

Ego Fr. GG. m. m. firmavi *&c.*

Rog. Giſelbertus Notar.

CCXXXIX.

Apographum ſec. XIII. in Arch. Nonant.

1128.

In nomine domini anno ejuſdem ab incarnatione M. C. XXVIII. Indictiooe VI. die tertio exeunte meuſe novembri Regnante Leuteri (1). Ego quidem io dei oomine domnus Divizo abbas monaſterii ſancti Severi Ravennatis Eccleſie (2) per iuſſionem domini mei Gualterii Archiepiſcopi Ravennatis Eccleſie una cum conſenſu monachorum meorum predicti monaſterii per hanc paginam emphiteoſis concedimus tibi domno petro (3) Veoerabili Priori de fonte avellana (4) tuiſque ſucceſſoribus in ſervo ſervorum Dei in perpetuo jure poſſidendum, ideſt concedimus & donamus eccleſie ſancte crucis & cooventui & eccleſie ejus eccleſiam ſancti auubondi ſita in territorio Lutioli (5) cum omnibus ſuis pertinentiis in integrum, & plebem ſancti angeli poſitam in fundo clandida cum omnibus ſuis pertinentiis in integrum. Omoes predictas Eccleſias quas ſupra memoravimus cum uſu & conſuetudine & jure, quod apud dictas eccleſias pertinet de terris, de vineis, de ſilvis, de molendinis, de cultis & incultis, de omnibus que ad predictum monaſterium ſaocti Severi pertinent tam in territorio Lutioli, quam in comitatu Callenſe, & in comitatu Senogalienſe, & in comitatu foroſiofronienſe (l. *foroſempronienſe*), nec non in comitatu nucerioo, & per alios fundos vel vocabula lo-

(1) Cioè Lottario III. eletto Re d' Italia l' anon 1125. dopo la morte di Arrigo V. e coroaato poi Imperadore l' anno 1133.

(2) Divizone Abate del Monaſtero di S. Severo di Ravenna in queſt' anno medeſimo ottenne dallo ſteſſo Arciveſcovo Gualterio qui nominato una conferma de' poſſedimenti del ſuo Monaſtero (*Ann. Camald. Vol. III. p.* 212.)

(3) E' celebre il Monaſtero de' Camaldoleſi di S. Croce di Fonte Avellana, di cui ſi ſiſſa la prima origine verſo il principio dell' undecimo ſecolo (*Ann. Camald. Vol. I. p.* 124.)

(4) Di Pietro da Rimini Priore di Fonte Avellana, e uomo celebre per ſantità, han trovata gli Annaliſti Camaldoleſi la prima meozione all' anno 1125.

(5) Forſe dovea ſcriverſi *Luceoli*, antico Caſtello ora diſtrutto di que' contorni, di cui fa menzione il Propoſto Repoſati (*Della Zecca di Gubbio T. I. p.* 29) Di queſta Chieſa e di quella, che appreſſo ſi nomina, di S. Angelo della Pieve di Clandida, le quali paſſaron poi in potere de' Monaci di Nonantola, veggaſi ciò cha ſi è detto nel Capo XV. della Parte II.

loca, ubicumque invenire potueritis de jure pertinenti prediſtum monaſterium, ſic concedo ego prediſtus abbas cum confratribus meis pure & abſolute pro amore dei & fraterna veſtra dileſtione, ut ab hodierna die in antea habeatis, teneatis, poſſideatis, & ſatiatis quicquid exinde vobis placuerit in perpetuum, ita tamen ut inferatis vos veſtrique ſucceſſores nobis noſtriſque ſucceſſoribus penſionis nomine ſub alternis annis in uno anno pullenum, quem de armento ad uſum equitandi capere ſoliti eſtis, nobis preſtetis; & in altero anno mulum ſeu mulam de armentó capere ſoliti eſtis ſimiliter nobis preſtetis, & hec que penſionis nomine ſupra deſignavimus arimini in feſto ſanſti Gaudentii ariminenſis ſingulis quibuſque annis deferre debeatis. Hec omnia que ſupra conceſſi ego prediſtus abbas cum confratribus meis promitto pro me & pro meis ſucceſſoribus vobis firma tenere, defendere, & autoriare ab omni perſona hominum. Quod ſi aliquo in tempore ego vel mei ſucceſſores vobis veſtriſque ſucceſſoribus defendere aut auſtoriare noluerimus, tunc prediſtam rem induplare promittimus. Johannes de zoza teſtis fui. Tingnoſius de rodulſo fui teſtis. Martino de iohannes de galias teſtis tunc fui. Bonifilius Letoni tabellius teſtis. Enricus de petro teſtis fui. Horivolio de martino teſtis. Ruſtico judex ibi teſtis fui. Joannes caſtellanus teſtis & is inveſtitor prediſtarum rerum. Ego Andreas tabellius Senogallienſi Civitate ſubſcripſi atque complevi.

IN nomine domini *&c. ut ſupra* Senogalie die tertio exeunte novembris *&c.* per hanc paginam permutationis do & concedo tibi domno petro venerabili heremita priori ſanſte crucis de fonte avellana tuiſque confratribus & ſucceſſoribus in perpetuum, ideſt concedo vobis in fundo Sanſti Avondii ſex manſos cum omni uſu & conſuetudine & redditu ſicut ad monaſterium ſanſti Severi pertinent cum omnibus affegatis (6) & ſervicialibus & redditibus qui ad prediſtum monaſterium qualibet ratione pertinere videntur. Similiter concedo in alio loco in plebe ſanſti angeli ſex manſos cum uſu *&c.* Ideo concedo ego prediſtus abbas cum confratribus meis vobis prediſtis veſtriſque ſucceſſoribus, quia vos dediſtis mihi meiſque confratribus & ſucceſſoribus duo oliveta unum in fundo biſurca in comitatu ariminenſi, & aliud in fundo cretane in comitatu penſorienſi (7), ſicut uſque modo a manibus veſtris habere & tenere viſi eſtis. Et dediſtis nobis pro hac re XXX. libras afortiatorum in ariento & denariis bene . . . . & inſuper inter nos talis eſt convenientia, ut unus confratrum veſtrorum monacorum ſingulis quibuſque annis in feſtivitate ſanſti vitalis uſque ad monaſterium noſtrum pro honore dei & reverentia ſanſti Severi cum munere quodcunque vobis placuerit fraterne ad nos veniad. Hec omnia que ſupra leguntur concedimus vobis & prediſtó heremo ſanſte crucis ad habendum & tenendum, poſſidendum, & quicquid vobis exinde placuerit faciendum in perpetuum. A primo latere prediſtarum rerum mons catrie, a ſecundo Suſanus qui pervenit in alium Suſanum qui vadit per clandidam, & aſcendens in catria, qui eſt in primo latere. Et inſuper promitto ego prediſtus abbas cum confratribus meis pro me & pro meis ſucceſſoribus vobis prefatis veſtriſque ſucceſſoribus prediſtas res omni tempore defendere & auſtoriare ab omni perſona hominum. Quod ſi facere noluerimus vel non potuerimus, tunc ipſas res induplare promittimus. Et hec pagina permutationis ſuam obtineat firmitatem.

. . . . iudex ibidem teſtis fui. Johannes de zoza *&c. ut ſupra*.

CCXL.

(6) Forſe dee leggerſi *Affevatis*, che è il medeſimo che *vaſſalli* o *ſoggetti*. V. du Cange.

(7) Cioè nel Contado di Peſaro.

CCXL.

Ex Membrana Archivi S. Mariæ Majoris Tarviſii.

1129.

IN nomine Dei ęterni. Anno Dominice Incarnationis 1129. 8. die exeunte Octobre, Indictione 7. Tibi Hieronymo Dei Gratia Monacho & Priori Ecclefie S. Mariæ & S. Fuſcę de loco & Civitate Tarviſii, nos in Dei nomine Armirada, & Bartholomeus & Tiſo Mater & Filii Donatores tui, qui profeſſi ſumus lege vivere Romana, preſentes preſentibus diximus. Quapropter donamus a pręſenti die veſtrę Eccleſię, & in ipſius jure ac poteſtate per hanc cartam donationis precario nomine in te, & in tuam manum habendum confirmo, ideſt pecia una terrę aratoricię, quam habere, & poſſidere viſi ſumus in comitatu Tarviſii, in loco Montello. Cohęret ei ab uno latere terra ejuſdem Eccleſię, ab alio latere ſimiliter ejuſdem terra, a tertio terra Ingenulfi, ſibique alia ſunt cohęrentia. Quam autem iſtam petiam terrę juris noſtri ſuperius dictam una cum acceſſibus & ingreſſibus ſuis, ſicut etiam cum omnibus eidem jure pertinentibus ab hac die tibi cui ſupra Hieronymo in honore iſte Eccleſię donamus, cedimus, & conferimus, & per pręſentem cartam donationis in te tuoſque Fratres habendum confirmamus, faciendum exinde a pręſenti die tu & ſucceſſores tui in Chriſto, aut cui pars ipſius Eccleſię dederit, quidquid eidem Eccleſię fuerit opportunum, ſine omni noſtra & hęredum noſtrorum contradictione. Quidem ſpondemus ac promittimus nos qui ſupra Amirada, & Bartholomęus & Tiſo Mater & Filii una cum noſtris hominibus tibi cui ſupra Hieronymo priori tuiſque ſucceſſoribus hanc infraſcriptam donationem, qualiter ſuperius legitur, in integrum ab omni homine defenſare pro viribus noſtris, & parentum noſtrorum. Quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi vobis exinde aliquod pro quovis ingenio ſubtrahere queſiverimus, tunc in duplum eamdem donationem vobis reſtituamus, ſicuti pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub ęſtimatione in conſimili loco: & nec nobis liceat ullo tempore nolle quod volumus, ſed quod ſemel a nobis factum eſt inviolabiliter obſervare promittimus inconvulſa cum ſtipulatione ſubnixa. Actum in Caſtro Bladani feliciter. Signa manuum infraſcriptorum donatorum qui hanc cartam donationis fieri rogaverunt pro animabus ſuis & parentum ſuorum. Signa manuum Codelrici de Civitate Forijulii, Valſardi de Posbono, Everardi Randulfi, Petri Riccemanni omnium rogatorum teſtium.

Ego quidem Mainardus Notarius hanc Cartam donationis poſt traditam complevi & dedi.

CCXLI.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1130.

IN Chriſti nomine anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo Indict. VIII. menſe Februario. Ego Donnus Oldeurandus vir venerabilis Abbas monaſterii ſancti Silveſtri ſiti nonantula conſilio & conſenſu ceterorum fratrum monachorum ejuſdem cenobii per cartulam precarie &c. concedo tibi albertino de petro da la porta pro te & uxore tua julitta filia nordili de beruſi de loco nonantula, ſeu in filiis & nepotibus veſtris maſculinis legiptimis & de communi amplexu veſtro natis & naſcituris uſque in tertiam generationem expletam, nominative de quidquid habuit & tennit ſibique pertinuit per prechariam Guido de ariberto de fontignano ab Eccleſia ſancti Silve-

veſtri, ideſt medietatem de ipſa precharia in curte ficci in loco qui dicitur porto de ſicco in his locis, in roncatellis, ſanguiſuga, & peciam unam clauſuratam iacentem in eodem portu infra hec latera, a mane bonandus, a meridie via major, a ſero conſortes preſatorum precariorum, a ſubtus ſante de mora. Item concedo vobis ſextam partem de ipſa precaria in crepacore per hec loca in ſultignano, & in laguiſa, & in ſancto ſevero, & in blancaniſe, ſimiliter & ſextam partem in ortoveclo, ſeu in aliis locis &c. Et eidem eccleſie ſingulis annis de menſe marcii perſolvere debeatis penſionis nomine in ſegreſtia XIIII. denarios lucenſes &c. Actum nonantule feliciter.

Signa ✠ manuum Alberti, Petri Advocatorum, Azo ſacco, bentivolo, rataldino gaſtaldo &c.

Rog. Dominicus not.

CCXLII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1130.

IN Chriſti nomine. Anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo XXX. indictione VIII. menſe Marcii. Ego Donnus Ildevrandus vir venerabilis abbas &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi Oddoni de inſula, ſeu in filiis &c. uſque in tertiam generationem expletam nominative tria iugera de terra iuris ſancti Silveſtri, que donnus iohannes abbas preceſſor meus conceſſit tibi per precariam ab eccleſia ſancti Silveſtri, que iugera iacent in collegaria zuſana &c. Et eidem eccleſie ſingulis annis de menſe marcii perſolvere debeatis penſionis nomine ſex denarios lucenſes &c. in loco nonantule &c. Actum nonantule feliciter.

Signa ✠ manuum Buccabada, Rolando detelmo, Uberto biaqua, Rolando de pregenario, Petro de guido, & duobus archipresbiteris, Giberto archipresbitero nonantulano, & petro Siccenſi &c.

Rog. Dominicus not.

CCXLIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1130.

IN Chriſti nomine anno dominice Incarnationis milleſimo centeſimo XXX. Indictione VIII. menſe auguſto. Tedaldinus filius quondam Alberti grammatici de loco nonantula neceſſitate calciatus & victus & veſtimentorum compulſus vendidit Eccleſie Sancte Marie de loco Nonantule per manum horum idoneorum presbiterorum miniſtrorum ejuſdem Eccleſie Ritichildi & Stephani peciam unam de terra partim vineatam partim aratoriam prope Eccleſiam eamdem jacentem in burgo nonantule juxta clauſuram ejuſdem Eccleſie infra hec latera; a mane clauſura ejuſdem Eccleſie, a meridie circa, a ſero terra nauringi & filii uberti judicis, a ſubtus ſtrada, vel ſi que alie ſunt coherentie pro precio XX. & I. ſolid. denariorum lucenſium, quos ab ipſis Sacerdotibus accepit a parte ejuſdem Eccleſie. Ea racione ut ſupraſcripti Miniſtri cum ſuis fratribus & ſucceſſoribus jam dictam peciam cum ſuperioribus & inferioribus ſeu cum ingreſſibus & acceſſionibus ſuis in integrum habere, tenere, uti, frui, meliorare debeatis cum auctoritate & defenſatione ſupraſcripti venditoris & ejus heredum. Et babeant licentiam acquirendi ab Eccleſia Sancti Silveſtri cujus eſt proprietas. Et eidem Eccleſie ſingulis annis de menſe marcii perſolvere debeant penſionis nomine unum denarium lucenſem bonum & expendibilem & pro tempore currentem in loco Nonaotule. Et juravit ſupraſcriptus Tedaldinus ſupraſcriptam vendicionem ratam & firmam tenere vite

ſue temporibus, & nulla occaſione neque minoris etatis neque alia prediſtam Eccleſiam inquietare vel moleſtare neque & ejus ſuos ſervientes. Et ſi auſtores & defenſores omni tempore non fuerint, tunc componere promiſerunt pene nomine XL. & duos ſolidos denariorum lucenſium ejuſdem eccleſie clericis & miniſtris. Penaque ſoluta hec venditionis & promiſſionis & obligationis cartula in ſua maneat firmitate, quia ſic inter eos convenit cum ſtipulacione ſubnixa. Aſtum Nonantule feliciter.

Signum † ſupraſcripti venditoris, qui me tabellionem prediſta vice ſua ſcribere & confirmare rogavit.

Signa ✠ manuum Petri advocati, Ubaldone, Lamberto Ferrario, Ordinaſſo, Ubertini de bellino, qui a prediſtis rogati me tabellione eorum vice ſcribente inſigniti ſunt fieri teſtes.

Dominicus tabellio & notarius his prediſtis ſubſcribens vigorem impoſuit.

CCXLIV.

Excerpta ex Apographo vetere in Arch. Nonant.

1130.

IN nomine ſanſte & individue trinitatis anno domini milleſimo centeſimo trigeſimo, oſtavo Id. Oſtubris Indiſt. oſtava. Conſtat me quidem Ubertus comes (1) filius Alberti comitis hoc venditionis inſtrumentum &c. tradidiſſe eccleſie ſanſte Crucis que eſt foris caſtro poiocalvuli (2), & tibi vvido presbitero accipienti &c. peciam unam terre aratorie & vineate ubi flumen iſicis prope ipſo flumen in loco qui dicitur poio de vico cum ingreſſu &c. finis vero ejus a tribus lateribus ad . . . . vie publice, quarto vero latere poſſident monache monaſterii ſanſte marie majoris (3); & ſi qui alii affines ſunt omnium que infra hos fines ſuit & pertinuit ubaldus comitem in preſenti vendo, & trado tibi &c. Aſtum iuxta Eccleſiam ſanſti gregorii.

Rog. Gerardus not.

CCXLV.

Excerpta ex Apographo vetere in Arch. Nonant.

1130.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo centeſimo trigeſimo . . . . . . bris Indiſtione VIII. Et ideo ego Donnus Ildevrandus vir venerabilis abbas &c. per cartulam precharie &c. concedo tibi iohanni filio quondam petri de panciano, qui nunc eſt habitator in loco crevacore ſeu filiis &c. uſque in terciam generationem expletam, ideſt nominative caſamentum unum iuris ſanſti Silveſtri in caſtro crevacore, quod eſt tabula una & media: habet fines a mane placia . . . . . a meridie . . . . . manno, a ſera zanblatorius, de ſubtus tebertus; atque peciam unam de terra ortiva, que reiacet in burgo . . . . . . a meridie martinus ſaracinus, a fero orbitula, de ſubtus ubi dicitur monte maruo; & peciam unam de terra in c. . . . . . evacore: a mane orbitula, a meridie filii bulgarelli, a fero limes, de ſubtus . . . . . . cum fratre ſuo; & alia

(1) Il Conte Uberto di Bologna è nominato anche in uno ſtromento del MCXVI. preſſo il Muratori: (*Antiqu. Ital. Vol. I. p. 603.*) V. l'Albero de' Conti di Bologna formato dal C. Sen. Savioli (*Ann. di Bol. T. I. p. 143.*)

(2) Nell' Elenco antico delle Chieſe Bologneſi pubblicato dal P. Melloni (*Atti de' Ss. Bologn. T. II. p. 402.*) tra quelle della Pieve di Paſtino ſi trova: *Eccl. S. Crucis de Pucicalvoli.*

(3) Il P. Ab. Sarti (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. I. p. 375.*) e poſcia il P. Melloni (*l. c. p. 361.*) aveano già avvertito ciò che da queſto documento confermaſi, che la Canonica di S. Maria Maggiore fu prima un Monaſtero di Monache.

alia pecia ubi dicitur . . . . . . de ſaſoclo, a meridie filii boni filii, a ſero limes, de ſubtus tu ipſe precharius; *&c.* & peciam unam in eodem loco, que eſt pertica una, a mane limes de curte, a meridie predictus rolandus, a ſero limes, de ſubtus albertus . . . . . . & hoc quod dodolus de pontelongo habuit de terra de calegarii in loco ubi dicitur viſinencia, ſeu peciam unam de terra ubi dicitur curtine, a mane conſortes, a meridie cornaclarii, a ſero corvulano, & terra ſancti petri, de ſubtus limes ſancti ſeneſii *&c.* Et perſolvere exinde debeatis omni anno de menſe marcii aſicte penſionis nomine denarios tres Lucenſes *&c.* Actum in loco ſancti Martini feliciter.

CCXLVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1131.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo trigeſimo primo, quarto idus Feb. Indict. nona. Petitionibus emphiteotechariis annuentes nos in dei nomine ego domnus Ildevrandus *&c.* per hanc cartulam emphit. damus & concedimus vobis ſcilicet presbitero alberto & azoni germanis filiis quondam aguberti habitatoribus in caſtro cellule veſtriſque heredibus maſculinis tamen legitimis, ideſt omnibus territoriis quibus vos habetis per jam dictum monaſterium in loco ubi dicitur ragigoſa in capite boſci fraſinitule, & in loco ubi dicitur milliaro, & in loco ubi dicitur paulecla, & in loco ubi dicitur milamaro, *&c.* uſque in tertiam generationem *&c.* Sic ita tamen ut exinde vos *&c.* referatis nobis *&c.* ſingulis indictionibus omni anno de menſe marcio penſionis nomine Lucenſis monete denarii duo *&c.* Actum in caſtro cellule libenter.

Signa manuum ✠ petri advocati ✠ adigerius filius alberti advocati ✠ Warinus de la petroſa ✠ Sigizo filius petri de Wuido ✠ bulgarinus cauſidicus ✠ ubertus biaqua ✠ gerardus de marchiſe ✠ petrus ſcavinus qui teſtes interfuerunt.

Rog. Albertus not.

CCXLVII.

1132.

Innocentius PP. II. Monaſterii Nonant. jura confirmat.

(Antiqu. Ital. Vol. V. p. 429.)

CCXLVIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1133.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo trigeſimo tercio, ſeptimo decimo Kal. Jul. Indict. undecima *&c.* Nos domnus Ildeprandus *&c.* per hanc cartulam emphiteoſis damus & concedimus vobis ſcilicet petro filio engezonis colorii, & berta filia quondam verardini viro & uxori in vobis & veſtris filiis *&c.* id ſunt ſex pecie inter terra vineata & aratoria & prativa in curte cellula. Prima pecia que eſt prativa in loco ubi dicitur cuniolo iuxta maginardi *&c.* Secunda pecia que eſt in loco ubi dicitur cevarano in capite de illa quam tenet albertus de gregorio *&c.* tercia pecia, que eſt in loco ubi dicitur ragigoſa in campo rotundo *&c.* quarta pecia in eodem loco iuxta iohannes triaga *&c.* quinta pecia vineata que eſt in loco ubi dicitur peretho, ſexta in loco ubi dicitur runcathello *&c.* Sic ita tamen ut exinde *&c.* referatis nobis *&c.* omni anno de menſe marcio penſionis nomine Lucenſis monete denarii tres *&c.* Actum in caſtro cellule libenter.

Signa manum ✠ Petri avocati ✠ Falſabrina vicecomes ✠ Albertus de ermengarda.

Rog. Albertus not.

CCXLIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1133.

IN Chriſti nomine anno dominice incarnationis Milleſimo Centeſimo XXX. III. Indictione XI. menſe Julii. Ego Donnus Ildevrandus *&c.* per cartulam precharii *&c.* concedo tibi Uberto filio quondam Rocherii de loco monte maruo ſeu in filiis *&c.* uſque in tertiam generationem expletam, nominative quidquid habes & tenes tibique pertinet per anteriores precharias & de rebus quondam Baratti de monte maruo ſive aliorum hominum ab Eccleſia ſancti Silveſtri infra curtem montis marui tam intra caſtrum quam extra caſtrum, in curte montis bellii tam intra caſtrum quam extra caſtrum, in loco qui dicitur colonada, & in curte tilola. Res vero que iacent extra caſtrum montis marui infra ipſam curtem alie jacent in patrino, & alie res jacent iuxta flumen ſamozolam, & in melola, & in gavizano, & inſuper concedo quicqnid habes & tenes de ipſis rebus ab eccleſia ſancti Silveſtri in parvilagno & in ducentula, & quicquid habes & tibi pertinet de ipſis rebus in loco qui dicitur cireto, & quicquid habes & tenes & tibi pertinet per acquiſitum jure factum de rebus eccleſie ſancti Silveſtri in corte Zapulini in loco qui dicitur merlini factum a patre tuo Rocherio ab Alagritto de paravelo, & quicquid habes & tibi pertinet de acquiſito facto a patre tuo in curte montis marui in loco caſtagneto a parte de Azo & de Alberto & Liuzo de Filina, ſive in aliis locis *&c.* Et pro jam dictis rebus & earum fructibus ſingulis annis perſolvere debeatis penſionis nomine eidem Eccleſie octo denarios Lucenſes *&c.* in loco nonantule *&c.* Actum nonantule feliciter.

Rog. Dominicus not.

CCL.

Autographum in Arch. Nonant.

1135.

IN nomine domini dei & ſalvatoris noſtri Jheſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo C. XXX. V. menſe Aprilis, Indictione XIII. In preſentia bonorum hominum, quorum nomina hic ſubtus leguntur, domina adelaſia & ugo qui vocatur boſceto (1) cum germano ſuo, mater & filii, finem atque deffinitionem fecerunt pro anima ſua & pro anima de pilo de vverra in manu doni azoni monachi a parte monaſterii ſancti ſilveſtri de nonantula, ideſt nominative de porto clamatorio & de canitulo, & de eorum continentiis omnia & ex omnibus cum ſuperioribus & inferioribus atque cum ingreſſibus & acceſſibus earum rerum in integrum. Et inſuper promiſerunt eſſe taciti & contenti omni tempore pro ſe & pro eorum heredibus proheredibus, & ſuas ſummiſſas vel ſubpoſitas perſonas contra predictum monaſterium. Et ſi hoc non fecerint obligaverunt ſe & ſuos heredes & ſuas ſubmiſſas vel ſubpoſitas perſonas eſſe ſub pena C. librarum denariorum lucenſium ad predictam eccleſiam; & poſt pene ſolutionem maneat hec pagina definitionis firma & ſtabilis cum ſtipulatione ſubnixa. Actum in Civitate Mutina in porticu ſue domus feliciter. Hec ſunt ſigna vice ſupraſcriptorum refutatorum ſcripta, qui me tabellionem pro ſe firmare rogaverunt. Teſtes interfuerunt roga-

(1) Queſti è probabilmente uno degli Antenati della nobil famiglia Boſchetti di Modena.

gati Albricus filius albrici de avillo de nonantula, & manfredus veſconte, & ugicione de ugo de veſconte, & albertus frater ejus, & zuccherius filius oddonis de viſconte, & ſaulus filius oddonis de nonantula, & capellarius de nonantula.

Deeſt nomen not.

CCLI.

Apographum in Arch. Eſtenſ.

1135.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili filio B. & dilectis filiis F. præpoſito & Clericis Mutinenſibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quanta mala Mutinenſis populus Nonantulano Monaſterio, quod juris beati Petri eſt, intulerit, veſtra dilectio non ignorar. Unde frequentibus literis conſules commonuimus, ut a damno præfati Monaſterii deſiſterent, & ad noſtram præſentiam ſatisfacturi venirent. Ipſi vero nec ab injuria deſtiterunt, nec ad nos totiens vocati venerunr. Ea propter habito Fratrum noſtrorum Epiſcoporum & Cardinalium conſilio ſententiam excommunicationis in eos promulgavimus. Per præſentia itaque ſcripta univerſitati veſtræ mandando præcipimus, quatenus a præfatis conſulibus tamquam excommunicatis penitus caveatis, & eamdem ſententiam per Mutinenſem Epiſcopatum publice nuntiantes parochianos veſtros ab iis abſtinere omnimodis faciatis. Quod ſi forte prædicti conſules in ſua pertinacia perduraverint, & ab infeſtatione jam dicti Monaſterii non deſtiterint, in totam Civitatem veſtram anathematis ſententiam auctore domino proferemus. Dat. Piſis VIII. Kal. Julii. (1)

CCLII.

Excerpta ex Apographo in Archiv. Nonant.

1136.

IN nomine domini &c. anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto menſe marcio, Indictione XIIII. Et ideo ego Donnus Ildevrandus &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi ugoni filio quondam radaldi de la curte ſeu filiis & nepotibus tuis legitimis maſculinis uſque in tertiam generationem expletam tantummodo ad habendum, ideſt nominative illud terre quod habes & tenes & tibi pertinet de tota parte ingi atque ragimundi per anteriorem prechariam a parte ſancti Silveſtri in loco ubi dicitur roncalie inter hos fines: a mane eſt flumen quod dicitur budrie, a meridie eſt limes qui vocatur munaricio, a ſero eſt foſſa, a ſubtus eſt limes qui dicitur Finale &c. & in loco gavile terras arabiles &c. infra iſtos fines; a mane eſt via maior que pergit per caſtagnolum, a meridie eſt ſtrada, a ſero eſt limes qui vocatur Finale, a ſubtus eſt limes munaricius &c. & alie res arabiles &c. in loco qui vocatur Zebolini, & in loco dicto gualticheri, ſeu in bruſiado, etiam in cirioni, ac in caſale ſecuniano &c. Et pro omnibus ipſis rebus &c. perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcio nomine denarios octo Lucenſes &c. in loco nonantule &c.

CCLIII.

(1) Soggiornava allora Innocenzo II. in Piſa, mentre l' Antipapa Anacleto occupava Roma.

CCLIII.

Apographum vetus in Archiv. Nonant.

1136.

IN nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri iheſu chriſti anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo . . . . . . trigeſimo VI· menſe . . . . . Indictione XIIII. Breve recordacionis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam, preſentia bonorum hominum, quorum nomina hic ſubtus leguntur, qualiter ugnsbergn & panzo filii quondam . . . . . de loco nonantula pro IIII. ſolidis lucenſibus dederunt presbitero martino & gutefredo per eccleſiam ſancte marie in prato bonino eam racionem, quam habebant ex parte abbate nonantulenſis de duobus juveris de terra aratoria, quos fuerunt recte & laborate per afredum de pizolo juxta clauſuram mixncoli, & petri guinibaldi, & ſegnexnli, & navigaturia, & ſi partem habet aliquis de nominatis jugeris nos nominati conceditores per bonam fidem nominate Ecclesie promittimus in hoc loco reſtaurare ad Eccleſiam juxta ipſos juveros. De alios jugeros duos perſolvere debemus in ea racione quam habebat in iſtos jugeros. Et nos nominati conceditores tam per nos quam per noſtros heredes promittimus iſtos duos jugeros defendere & auctorizare nominate Eccleſie vel ſucceſſores ejus. Et ſucceſſores nominate Eccleſie per unumquemque annum uſque ad feſtum ſancti Michaelis nominatis conceditoribus vel eorum miſſo in curte Capituli tres Lucenſes perſolvant. Alia ſuperimpoſita non fiat. Penam vero inter ſe poſuerunt, ſiat pena ex ipſis vel eorum heredes ſi de hac convenientia hujus rei removere queſierint, & non permanſerint in hiis omnibus, ut ſupra legitur, ut componat illa pars que hoc non obſervaverit parti fidem ſervanti pene nomine ſolidos triginta, & poſt penam ſolutam in ſua firmitate permaneat, quia ſic inter nos convenit. Actum in loco Canitulo feliciter. Presbiter martinus, & Martinus Diaconus, & bolgarino filius quondam Albrici de bolgaro, & arardus de Navilia, & Petrus Leono & vido de rentruda, & ierardinus ſtraſero, & ierardinus de grima, & bernardinus de Sigizino, qui hujus rei ſunt teſtes, & gualandinus & martino de gualando.

Chuonradus notarius ſacri palacii rogatus ſcripſit.

CCLIV.

1136.

Placitum coram Richenza Auguſta pro terra Cellæ.

(Antiqu. Ital. Vol. I. p. 613.)

CCLV.

circa 1136.

Innocentii PP. II. literæ ad Populum Nogarienſem.

(Ib. Vol. II. p. 179.)

CCLVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1137.

IN nomine domini &c. anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo, menſe madii, indictione quinta decima. Et ideo ego donnus Yldevrandus &c. per cartulam precharie &c. concedo vobis johanni & dagiverto pro vobis . . . . . . germanis filiis quondam johannis de bruno de dagiverto, & gandulfo pro te &c. qui omnes habitatores in loco cre-

Digitized by Google

crevacore ſeu in filiis &c. uſque ad tertiam generationem expletam tantummodo ad habendum, ideſt nominative illud terre quod habetis & tenetis in caſale Luvulino, & in caſale galiſiano, & in caſale ruitulo, & in caſale puteo falſo, & in caſale buningo, hec res que videtur reiacere in caſale puteo falſo, & in caſale buningo funt inter hos fines; a mane biſentulus, a meridie foſſa que dicitur navigatura . . . . malmenago, de ſubtus foſſa que dicitur cenoſula, & ſunt in longitudine per perticam . . . . quadraginta, & pecia una de terra que eſt in palude poſita reiacet in caſale . . . . cui adheret fine in circuitu, a mane eſt limes qui vocatur beſentulus, a meridie or . . . . eſt limes qui dicitur malmenagus, a ſubtus eſt foſſa que dicitur navigatura, & eſt ipſa pecia, ... a pertica legitima per longum pertice centum viginti, per latum ſimiliter, & alie res in caſale . . . . mano, & in caſale galiſiano, ſeu in ruitulo, & in caſale ſenagore, & in caſale . . . . & in caſale cardeto, & in caſale guminiano, & in caſale arcori, & in caſale qui dicitur intrepuito, & in caſale ſenagori, & in caſale alboli quod vocatur idoni, & in caſale mithiſini, & in caſale velelzolini, & in loco qui dicitur taſa, vel ruſpitulo, & in caſale cantiatico, & in caſale venzano quod dicitur giſolini, & in caſale ſterciatico, & alio ſterciatico quod dicitur ſermolini, & in tregaſio, & in caſale pirlo, namque corteſiano, & in geſolini, ſeu in loco. . . . . in caſale idolo quod dicitur albolo, & hoc quod tu predictus mandinus de paulo habes & tenes cum tu . . . . a mane terra ſancti Silveſtri, a meridie calvecla, a ſero filii petri de liuza, a ſubtus . . . . &c. Et pro omnibus nominatis rebus &c. perſolvere debeatis per unumquemque annum de menſe marcii argenti nomine denarios viginti & . . . . . . Lucenſes &c. in caſtro nonantule &c. Actum in loco crevacore feliciter.

Rog. Petrus not.

CCLVII.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1139.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Ildebrando Abbati Monaſteri S. Silveſtri Nonantulani ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quiſquis ſupernam Jeruſalem intrare atque habitare deſiderat, expedit ei, ut juxta pſalmiſte teſtimonium circa ea que pacis ſunt diligenter intendat. Hoc nimirum intuitu quoniam inter Nonantulam & Mutinam multe ſimultates & guerras hactenus extiterunt, tandem pro bono pacis inter utriuſque loci habitatores hujuſmodi olim eſt conventio conſtituta, videlicet Mutinenſ. Epiſcopus Eccleſiam Caſtri veteris cum Capellis ſuis, & Eccleſiam Sclopani cum Capellis ſuis, Eccleſiam Fanani cum Capellis ſuis, Eccleſiam Camurane cum Capellis ſuis, Eccleſiam Trecentule cum Capellis ſuis, & Eccleſiam Cortiole cum Capellis ſuis rogatu Abbatis Nonantul. conſecrare deberet, & earum Clericos promovere. Poſt hec vero pace a Mutinenſibus non ſervata, Ribaldus Mutin. Epiſcopus inconſulto & invito Abbate unam de ſupradictis Eccleſiis per violentiam conſecravit. Quo facto tu dilecte in domino fili Ildebrande Abbas ad concilium veniens (1), quod in urbe domino auctore celebravimus, adverſus eumdem Epiſcopum in noſtra preſentia queſtus es. Qui nimirum ante nos & fratres noſtros conſtitutus, cum ſuper objectis ſe defendere non valeret hujuſmodi ſententiam

(1) Intende il Concilio Generale Lateranenſe celebrato in queſt'anno da Innocenzo II.

tiam ſubiit, ut quia pactum illud contra multorum Romanorum Pontificum privilegia monaſterio Nonantulano indulta factum eſſe conſtabat, id ipſum viribus carere decrevimus, & prorſus irritum duximus, Mutinenſi Epiſcepo precipientes, ne quid ſimile ulterius attemptare preſumat; quin potius veſtrum Monaſterium ſemper & ubique quiete perfrui libertate ſibi conceſſa permittat. Nulli ergo omnino hominum liceat te vel ſucceſſores tuos ſuper his ullatenus infeſtare vel hanc noſtram conſtitutionem infringere vel mutare, vel aliquam vobis exinde contrarietatem inferre. Si quis autem auſu temerario id attemtare preſumſerit, niſi reatum ſuum congrue emendaverit, indignationem Dei Omnipotentis & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus incurrat, & excommunicationi (*cetera deſunt*).

Ego Innocentius Catholice Ecclefie Epiſcopus ss.

Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ss.

Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus ss.

Ego Gerardus Presb. Card. tit. s. Crucis in Jeruſalem ss.

Ego Azo Presb. Card. tit. s. Anaſtaſie ss.

Ego Gregorius Presb. Card. tit. s. Praxedis ss. (2).

Ego Gregorius Diac. Card. ss. Sergii & Bacchi ss.

Ego Otto Diac. Card. s. Georgii ad velum aureum ss.

Ego Hubaldus Diac. Card. s. Marie in via lata ss.

Dat. Laterani per manum Aimerici S. R. E. Diac. Cardin. & Cancell. XV. Kal. Maji Ind. II. Incarn. Dom. An. MCXXXIX. Pontif. vero Domini Innocentii PP. II. anno X.

Ego Rogerius Nonantulane Eccleſie tabell. quod in ſententia Domini PP. Innocentii ſcriptum inveni ſcripſi nihil addens vel minuens.

(2) Tra' Cardinali nominati dal Ciaconio e dall' Oldoino nella Vita d'Innocenzo II. io non trovo alcun Gregorio col titolo di S. Praſſede. Ma non eſſendo queſta Bolla originale, non poſſiamo eſſer ſicuri, che non ſiavi ſcorſo qualche errore per inavvertenza de' copiſti.

CCLVIII.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1139.

HEnricus Dei gratia Bononienſis Eccleſie Epiſcopus (1) Dilectis in Chriſto fratribus donno ſcilicet johanni ſancte Trinitatis priori ejuſque cumpresbitero geminiano & eorum ſucceſſoribus in eadem eccleſia jugum domino ſervientibus . . . . . imperpetuum. Piis noſtrorum fratrum precibus annuere, eorum nomina clementer admittere noſtrarumque eccleſiarum exaltationem vigilanti cura procurare debemus. Hoc profecto pietatis intuitu ducti & noſtrorum fratrum donni videlicet johannis ſancte trinitatis prioris, & ejus compresbiteri geminiani Karitate devicti comunicato conſilio noſtrorum fratrum dignum duximus Eccleſiam ſancte trinitatis ſitam in loco qui dicitur prabarati infra plebem Samodie noſtris ſcriptis munire, noſtro privilegio defenſare. Statuentes ſi quidem ſepulturam illius loci liberam eſſe, ut extreme voluntati illorum qui ſe ex devotione illic ſepelire deliberaverint nullus audeat contradicere. Decimas ſane laborum quas propriis ſumptibus excolunt fratribus in eadem eccleſia commorantibus auctoritate apoſtolica concedimus. Decernentes auctoritate divina ut ſi quis temerarie, quod non optamus, hoc noſtrum preceptum violare aut irrumpere preſumpſerit, ſciat ſe auctoritate domini noſtri Jheſu Chriſti & beati petri apoſtolorum principis & noſtra anathematis vinculo innodatum & a regno dei alienum. Qui autem hujus noſtri ſecreti obſervator & cuſtos extiterit benedictionem a domino Jheſu Chriſto conſequenter vitam eternam in regno dei

(1) Arrigo Veſcovo di Bologna tenne quella Sede, ſecondo l'Ughelli, dal 1130. al 1145.

Digitized by Google

dei cum ſanctis percipere mereatur. Anno Domini M. C. XXX. VIIII. Indictione prima (2). Actum in Civitate Bononie tempore donni Innocentii pape II. pontificatus ejus anno X. regnante vero Conrado. Ego Henricus bononienſis Epiſcopus manu mea ss. Ego Johannes presbiter & domini epiſcopi capellanus m. m. ss. Ego Sigezo presbiter m. m. ss. Ego Lambertus presbiter ſubſcripſi. Datum in palacio noſtro per manum Angeli licet indigne diaconi III. nonas julii.

CCLIX. 1. 2. 3.

Ex Cod. Vaticano Membranac. in 4. n. 285. pagina extrema a tergo.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus M. Mantuano & L. Vicentino Epiſcopis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Inter dilectum Filium noſtrum Ild. Nonantulanum Abbatem & Fratrem noſtrum T. Veronenſem Epiſcopum ſuper Plebe de Nogaria & capellis ſuis gravis queſtio agitatur. Quam nimirum controverſiam diſcrecioni veſtre duximus committendam. Per apoſtolica igitur ſcripta Fraternitati veſtre precipiendo mandamus, quatenus prefatum locum uſque ad proximi Kal. Junii pariter adeatis. Et ſi conſtiterit Nonantulanum Monaſterium prefatas Eccleſias poſſediſſe, & ſine judicio amiſiſſe, ipſum earundem poſſeſſioni reſtituatis. Hoc ipſum, etiamſi prenominatus Epiſcopus ad vocationem veſtram non venerit, nihilominus faciatis. Dat. Lat. XVI. Kal. Maji.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri T. Veronenſi Epiſcopo ſalutem & apoſtolicam Benedictionem. Pro controverſia, que inter te & dilectum Filium noſtrum I. Nonantulanum abbatem ſuper Plebe Nogarie agitur, Venerabilibus Fratribus noſtris M. Mantuano & L. Vincentino Epiſcopis mandavimus, ut videlicet ad eundem locum accedant, & eandem litem cognitis utriuſque partis rationibus uſque ad proximi Kal. Jun. diffinire nullatenus pretermittant. Per preſencia itaque ſcripta Fraternitati tue precipimus, quatenus cum ab eiſdem Fratribus noſtris evocatus fueris, eorum preſenciam adeas, & quod ſuper hac cauſa ab eis difinitum fuerit firmiter obſerves. Dat. Lat. XVI. Kal. Maji.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus M. Mantuano & L. Vincentino Epiſcopis ſalutem & apoſtolicam Benedictionem. Moleſtum nobis eſt, quoniam ſicut ex ſcriptis veſtris accepimus Veronenſis Epiſcopus pro negotio Plebis de Nogaria ante veſtram preſentiam evocatus, neque precepto noſtro parere neque veſtro judicio ſiſtere voluit. Cujus rei gratia per apoſtolica ei ſcripta mandavimus, quatenus eandem Plebem dilecto Filio noſtro I. Nonantulano abbati reſtituat ſalva juſtitia Veronenſis Eccleſie. Proxima quoque mediante quadrageſima noſtro ſe conſpectui repreſentet, quod ratio dictaverit exequi preparatus. Dat. apud Scm̃. Germanum VI. Nonas Julii.

CCLIX. 4.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1139.

IN Chriſti nomine. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam. die martis qui eſt nonus decembris menſis preſentia bonorum hominum clericorum & Laicorum. Clericorum hii ſunt biulfus presbiter, Johannes presbiter, Mantuanus, Ruſticus; Laicorum Marchio, Albertus de creſcentio, Guilelmus de Liteſredo,

(2) O è corſo errore nell'anno o nell'Indizione; perciocchè nel 1139. correva la ſeconda, non già la prima.

do, Johannes de giſulſo, bernardus de bona hora, albertus de barniſina, albertus de alba, Macii, artuſius, & Rodulſus, Carlus, Benedictus, & reliqui plures. Ibique in eorum preſentia dominus Tebaldus ſancte Veronenſis Eccleſie epiſcopus, ſecundum quod ipſemet palam ſuo & ore coram iſtis omnibus & multis aliis confeſſus eſt imperatum ſibi eſſe a domino apoſtolico, inveſtivit & reſtituit domnum Amatum nonantulani monaſterii monachum quem Ildevrandus ejuſdem monaſterii abbas pro hoc negotio ſua vice direxerat de plebe ſancti petri de nogaria cum omnibus ſuis capellis per ianuam eccleſie. Inveſtitura & reſtitutione eidem amato ab epiſcopo hoc modo facta ad confirmationem vere cognitionis preſentium & abſentium campanas ſonuit. his ita patratis ſupradictus Tebaldus epiſcopus precepit clericis ejuſdem eccleſie ibi aſtantibus ut de cetero ſervirent & obedirent nonantulano abbati. Sequenti vero die preſentia marchionis & alberti de creſcentio precepit epiſcopus Gerardo ejuſdem Eccleſie Archipresbitero ut eidem abbati deinceps ſibi ſervirent & obedirent. Tertia vero die predictus Amatus monachus in eadem Eccleſia miſſam cecinit ſupradicto Archipresbitero & ejus clericis ſibi ſervientibus & in itinere de bonis ipſius eccleſie ſecum putavit.

Factum fuit hoc anno ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti milleſimo CXXXVIIII.

Ego Ugolinus notarius filius domini Gabrielis de montexello notarius bona fide ſine fraude extraſi & exemplavi prout inveni in inſtrumento ſcripto manu Tebaldi Sacri palacii notarii a me notario infraſcripto viſo & lecto.

CCLX.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1139.

IN nomine domini noſtri Jheſu Chriſti anno ejuſdem milleſimo centeſimo trigeſimo nono, die ſexto decimo menſis Decembris, Indictione ſecunda in bondeno. Omne pacti boneque conveniencie ſtatutum, quod inter partes convenit, firmum permaneat. Unde profiteor me ego domnus Aldevrandus abbas Sancti Silveſtri Nonantule cum conſenſu meorum omnium monachorum dicti Monaſterii ab hac die per hanc paginam pacti boneque conveniencie do & concedo rem predicti monaſterii domno toriſindo monacho pro vice & perſona domni Nobilis abbatis Monaſterii ſancti Zenonis, quod eſt edificatum foris civitate verone, & de ſuis ſucceſſoribus abbatibus ejuſdem Monaſterii in annis advenientibus centum, ideſt totum id quod olim conceſſit peregrinus qui dycebatur de puvillano ad prefatum monaſterium per paginam pacti de terra ex parte laboratorie, & ex parte cum buſco ſupta ſe habente, que eſt poſita in curte de loco qui dicitur puvillano cum omnibus juris, que ad ipſam porcionem de ipſa terra cum buſco pertinent. Concedo, ſicut ſupradictum eſt, tibi domno toriſindo monacho pro perſona Domni Nobilis Abbatis Sancti Zenonis ac de ſuis ſucceſſoribus a parte in predicto monaſterio uſque ad completos annos centum tantummodo ad habendum, tenendum, ac poſſidendum, & in omni anno fictum reddendum noſtro monaſterio ſancti ſilveſtri galetam unam plenam olei de ſimile menſura, quam olim ſueviſtis dare: tantum iſtud fictum ſolvatur: dedi tibi inventorem iohaninum, qui te pro vice ſupradicti abbatis de ſupradicta re in poſſeſſionem inducat. Et ego ſupradictus domnus Aldevrandus conceditor promitto pro me &

pro

pro meis ſucceſſoribus abbatibus ejuſdem monaſterii hanc paginam pacti adimplere ac conſervare defenſare & auctorizare ſopradicto domno Nobili abbati & ſucceſſoribus ejuſdem ſui monaſterii ſub pena librarum decem denariorum veronenſium, & ſoluta pena hec pacti pagina in ſua maneat firmitate. Quam ſcribere rogavi rodulſum devino nutu ferienſem (ſ. *Ferrarienſem*) notarium in die & indictione ſupradicta.

Signa teſtium & nomina ſunt hec. Adigerius ſacri palacii judex atque monaſterii Sancti Silveſtri advocatus. Ubertus judex Nonantule, Curtapelle, raimundus frater ejus, rainaldus guatarellus, Aldus, Joannes de coſtancio, Dominicus Ferrarius, perſonaldus rogati ſunt teſtes.

CCLXI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.
1140.

IN nomine domini &c. anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo centeſimo quadrageſimo, menſe Januarii, indictione tertia. Et ideo io dei nomine ego donnus ildevrandus vir venerabilis &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi petro filio quondam petro creſcentio de corte roncalia, ſeu io filiis &c. uſque in terciam generationem expletam, ideſt nominative territorias res, que quondam fuerant detente & laborate per petro de iogexa per precaria in nominato loco roncalie ſive in caſtro ſive extra caſtro. Prima pecia que reiacet in burgo nominato caſtro habet fines in circuitu, a mane via, a meridie wido de norberti, de ſera argine de la circa, de ſubtus johannes muzello. Secunda pecia que iacet ultra . . . . argine, a mane jam dicto argine, a meridie nominato wido, a ſero muzello, de ſubtus via. Tercia &c. Quinta pecia que reiacet in cavezali, a mane johanes canevario, a meridie monici, a ſera ſium. . . . . &c. Septima pecia que reiacet in roncore, a mane detinet regenzani, a meridie terre filii manfredi . . . . octava pecia que reiacet de via de parlago; a mane terra portonario &c. undecima reiacet in villa ſtazia &c. Quinta decima que reiacet in turtolo &c. Sextadecima pecia reiacet in valicia, a mane terra ugo de manfredo, a meridie wido de norberto, a ſera dugario, de ſubtus muzello &c. Et pro omnibus nominatis rebus &c. perſolvere debeatis nomine penſionis de menſe marcio denarii tres Lucenſes &c. in corte roncalie &c. Acta in nominata Corte Roncalie feliciter.

Rog. Petrus not.

CCLXII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.
1140.

IN Chriſti nomine, anno domini milleſimo centeſimo XL. menſ. auguſt. die XII. exeunte Indict. tercia. Ego Ildevrandus dei nutu abbas eccleſie ſeu cenobii ſancti Silveſtri &c. vobis tolomeo filio quondam gerardi de alberto de ioculo & yta uxor ejus filia aldevrandi de loco dicto velucla veſtriſque filiis &c. uſque in terciam generationem completam precario vel emphiteotico iure concedo quicquid olim ubaldus de la velucla habuit & detinuit per emphiteoſim a parte monaſterii ſancti Silveſtri, que reiacent in pertinentia montisbelii in loco qui dicitur ſancti michaelis &c. ita tamen ut predictus ubaldus & binia uxor ejus diebus vite ſue eorum uſufructuarii fiant &c. Et omni anno de menſis Septembris IIII. modia vini vos predicti precarii &c. perſolvere debeatis in prenominato loco ſancti michaelis iuxta montem belii &c. Actum in Eccleſia ſancti bartholomei de manzolini libenter.

Rog. Albertus not.

CCLXIII.

Ex Arch. Pub. Bonon. Ex lib. 2. diverſorum in Scrinio.

1141.

IN nomine Domini Dei eterni. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jheſu Chriſti mill. centeſimo quadrageſimo primo, quarto die intrante menſe Auguſti, primo die cujus ſcilicet veneris mantuana Civitas combuſta eſt (1) temporibus Conradi regis atque Innocentii pape & domini Manfredi (2) Epiſcopi ipſius Civitatis Mantue inditione quarta Monaſterio Sancti Silveſtri ſiti loco Nonantula. Nos Henricus de Legnaga & Johanna vir & uxor habitatores in burgo predicte Civitatis Mantue qui profeſſi ſumus lege vivere Romana ipſo namque viro meo mihi conſentiente & ſubter confirmante offertores & donatores ipſius Monaſterii preſentes preſentibus diximus: quiſquis in ſanctis ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus juxta domini vocem in hoc ſeculo centuplum accipiet inſuper . . . . vitam poſſidebit eternam. Ideoque quidem nos in dei nomine Enricus & Joanna vir & uxor donamus & transferimus a preſenti die pro animarum noſtrarum mercede eidem Monaſterio Sancti Silveſtri. Ideſt peciam unam de terra cum caſa & curti atque . . . . juris noſtri quam habere & poſſidere viſi ſumus foris burgo predicte Civitatis loco qui dicitur monticello juxta viam que pergit in talliadum. Et inſuper donamus transferimus tibi duas partes omnium bonorum noſtrorum mobilium & immobilium quas habemus in predicto burgo Mantue ſive de foris in territorio ejuſdem Civitatis. Tertia vero parte volumus ut filia noſtra Ciliarda habeat in ceteris bonis, quos ei dedimus tempore nuptiarum & in his ſit contempta. Quam autem ſupraſcriptam offerſionem juris noſtris una cum acceſſionibus & ingreſſibus ſuis qualiter ſuperius legitur offerimus & donamus . . . . abendum exinde Monachi illi qui ibidem nunc ſunt, & de . . . . . unt & in antea fuerint, & deo ſervient ad eorum uſum & utilitatem ipſius Monaſterii proprietario jure quidquid voluerint faciendum ſine omni noſtra & heredum noſtrorum contradictione. Quidem exſpondimus atque promittimus nos qui ſupra Enricus & Joanna vir & Uxor una cum noſtris heredibus ad partem predicti Monaſterii ſupraſcriptam offerſionem qualiter ſuperius legitur in integrum ab omni homine defenſare. Quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi nobis exinde aliquid per quodvis ingenium ſubtraere queſiverimus, tunc in duplum eamdem offerſionem ut ſupra legitur in integrum reſtituamus ſicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit ſub extimatione in conſimilibus locis, & nec nobis liceat ullo tempore nolle quod voluimus, ſed quod a nobis ſemel factum vel conſcriptum eſt inviolabiliter conſervare promittimus ut ſtipulatione ſubnexa legitur. Ide. . . . . offerſionis paginam bono Notario tradidimus & ſcribere rogavimus, in qua hic ſubter confirmans teſtibuſque obtulit ad roborandam.

Actum eſt hoc in burgo Civitatis Mantue ſuper ſolarium Eccleſie Sancti Silveſtri que eſt juxta portam monticello in una domo Martini presbiteri ipſius Eccleſie vice predicti monaſterii Sancti Silveſtri.

Signa pro manibus ſupraſcriptorum Enrici & Joanne jugalium qui hanc cartam offerſionis fieri rogaverunt & . . . . ſcribi ut ſupra.

Signa pro manibus raginerii de meliocremone, griſi Joannis de Stiliano, Creſcentii Scar-

(1) Di queſto incendio della Città di Mantova non fanno alcun cenno gli Storici Mantovani; ed eſſa è notizia, che tutta deeſi a queſto pregevole monumento.

(2) Manfredo Veſcovo di Mantova reſſe quella Chieſa dal 1109. fin circa al 1148. (*V. Viſi Stor. di Mant. T. II.*)

Scardevario, Adam Vellano, Ottonis filius Ottonis de Romano. Richardi de Agiraldo de Martha, Joannis boni de Scorzarolo, Ardoini de Achinone not. Amiradi de martino de porto qui ibi fuerunt, rogati ſunt, teſtes interfuerunt Baldus de baldo judice, rodulfus nepos Rodulfi . . . . . .

Ego qui ſupra Bonus not. hanc cartam offerſionis rogatus ſcripſi.

CCLXIV.

Autographum in Archiv. Nonant.

1142.

IN Jheſu Chriſti nomine anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo centeſimo XLII. menſe februario Indictione V. Hoc eſt breve recordacionis, qualiter donnus Andreas abbas monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula in preſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubtus leguntur, inveſtivit johannem ruſum de crevacore pro ſe ſuiſque heredibus in terciam generacionem expletam nominative de una pecia de terra iacenti in burgo crevacore iuris ſancti Silveſtri, cui coherent fines a mane foſſatum, a meridie ſtrada, a ſeta potularius, de ſubtus foſſa; & eſt ſupraſcripta pecia ſeſtarium unum facionatura. Ea vero racione, ut jam dictus johannes una cum ſuis jam dictis heredibus habeant & teneant & ſuperſedeant, & omni anno de menſe martii perſolvant nomine penſionis XII. denarios lucenſes bonos & expendibiles, & unum amiſcere omni anno in feſtivitate ſancti ſtephani ad ſegreſtiam illius eccleſie per manum donni ſigezonis, qui eſt ſegreſtanus, vel ſuorum ſucceſſorum, ad ſuperſedendum, ut ſupra legitur; taliter ſi familiares ſagreſtie habueritis in corte crepacorii ob ejus negocium in eſtivo tempore quod ſupraſcriptus johannes vel ſui heredes recipiant eos in ſua domo & eis lectulum tribuant. Penam vero inter ſe poſuerunt, ut ſi quis illorum vel ſuorum ſucceſſorum hoc pactum non obſervaverit, ut componat pars parti fidem ſervanti promiſſa pene nomine XX. ſolidos denariorum lucenſium, penaque ſoluta hoc pactum in ſua permaneat ſtabilitate. Unde duo brevia uno tenore ſcripta ſunt.

Actum in Nonantula feliciter.

Adſuerunt rogati teſtes grimaldinus, ſigenbaldus, petrus de petro de widone, & belencinus.

Ego Henginulſus tabellio & notarius ſacri palacii ſcripſi.

CCLXV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1142.

IN nomine domini &c. anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo, ſeſto nonas magii, indictione quinta. Peticionibus emphiteocariis annuentes nos in dei nomine ego quidem domnus andreas abbas monaſterii ſancti Silveſtri &c. per hanc cartulam enphiteoſis dono atque concedo vobis alberto atque johanni filii quondam johannis de presbitero Leone habitatoribus in loco cellule veſtriſque filiis &c. ideſt omnibus rebus territoriis &c. quibus vos habetis, & avus veſter habuit per ſcriptum a domina matilda comitiſſa in corte cellula &c. & do vobis hoc quod habetis de terra de ſcariatho in loco ubi dicitur Lamaro, ad reddendum jus dominii, omnia que ſuperius &c. Sic ita tamen ut exinde &c. referatis omni anno de menſe marcio penſionis nomine Lucenſis monete denarium unum &c. Actum in loco cellule libenter.

Rog. Albertus not.

CCLXVI.

CCLXVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1142.

IN nomine &c. anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo centeſimo XLII. menſe Septembris Indictione V. Quia nemo contractus ſine ſcripturarum noticia, teſtiumque preſentia ad memoriam retineri non poteſt, ideo ego Martinus molticius filius quondam johannis boni de paganello de blancanexe in bonorum virorum preſentia & teſtimonio, quorum nomina ſubtus leguntur, trado ſeu offero pro VI. ſoldis denariorum lucenſium precii nomine, & pro anime mee omniumque parentum meorum remedio, tibi Teberto Archipresbitero a parte plebis ſancti Michaelis de Nonantula de qua tu . . . . nominative duo ſeſtaria de terra, que tenet andreas talamaſio pro me in loco Lovolino quicquid mihi pertinet, videlicet penſionem I. denarium lucenſem, & dominium, ſeu etiam quicquid mihi pertinebat in precharia de bodrunciani cum ſuperioribus &c. Et inſuper ſi quis hanc offercionis & obbligationis cartulam infrangere voluerit, primum ira dei omnipotentis ſuper ipſum veniat, & ab omnibus ſanctis & univerſis eccleſiis ſit anathematizatus, & quod reperierit minime lucrari valeat. Actum ſub porticu canonice predicte plebis.

Signum &c.

Interfuerunt rogati teſtes Ubertus potolarius, & Luca, Martinus bagata, Albericus de la mirandola, Gavaſinus.

Rog. Hengioulfus.

CCLXVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1142.

IN nomine domini &c. anno ab iocarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo, menſe decembri, Indictione VI. Et ideo ego domnus Andreas vir venerabilis abbas &c. per cartulam precharie &c. concedo tibi Livaldo . . . . . . ainardo de motina tam pro te quam pro Rainerio dal gazo, & pro guido de fredo ſeu in filiis &c. quicquid petrus Lupus cum ſuis propinquis quondam habuit & detinuit ex parte iſtius Eccleſie in loco qui dicitur caſtellum de mallingallo, & duas partes de hoc quod tenuit in loco ubi dicitur lovo de fraccanis, omnia &c. Et pro omnibus nominatis rebus omni anno de menſe marcii perſolvere debeatis penſionis nomine &c. denarios ſeptem Lucenſes &c. in Nonantula &c. Actum Nonantule feliciter.

Adſuerunt rogati teſtes petrus de adherio advocatus, & adherius ejus filius, Ubertus biaqua, & Albertus Veſconte, & Ubertinus de Uberto judice.

Rog. Henginulfus not.

CCLXVIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1143.

IN iheſu chriſti nomine anno ab iocarnat. ejuſdem milleſimo centeſimo quadrageſimo tercio, menſe madii, indictione ſexta. Sigelfredus filio quondam de ugo usbergo de nonantula pro ſe & pro fratre ſuo girardo cum auctoritate panzi patrui eorum, in cujus tutela erant, pro anima nominati ugonis usbergi patris ſui, & generaliter pro anima omnium ſuorum propinquorum conceſ-

ceſſit oſpitio monaſterii nonantulani per manus donni johannis monachi & oſpiciarii ejuſdem oſpicii in una medietate, & firmarie ejuſdem monaſterii per manus donni auguſtini firmiarii ejuſdem firmiarie in alia medietate, nominative unum campum de terra, quam tenebat a nominato monaſterio ſancti Silveſtri per feodum in loco qui dicitur caſale rubiolo *&c.* Actum in Nonantula feliciter.

Adfuerunt teſtes rogati *&c.* Petrus advocatus & Adigerius ejus filius, Petrus clericus archipresbiter de bodruncio *&c.*

Rog. Henginulfus.

CCLXIX.

Apographum ſæc. XIII. in Arch. Nonant.

1144.

IN nomine ſancte & individue trinitatis Cunradus divina favente clementia Romanorum Rex. Regie celſitudinis eſt eccleſiarum paci ac quieti clementer in omnibus providere, & quod juſticie proprium eſt, ſua unicuique ſine alicujus detrimenti injuria conſervare. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam futurorum quam preſentium induſtria, qualiter vir venerabilis Albertus Abbas Nonantulane Eccleſie miſſo ad nos Petro priore nogarienſis cenobii humiliter petiit, ut bona eccleſie, que diſtracta erant, recolligeremus, & jura ipſius illibata conſervaremus. Nos itaque juſtis ipſius precibus aurem clementie accomodantes, interventu & petitione dilecte conjugis noſtre Gertrudis regine (1) eandem nonantulanam Eccleſiam ſub noſtra defenſione cum omnibus rebus ad ipſam pertinentibus ſuſcipimus, omneſque poſſeſſiones ſuas ſicut in preceptis regum & privilegiis apoſtolicorum continentur, regia auctoritate ei confirmamus. Nominatim vero Curtem nogarie cum plebe & capellis ſuis, ideſt ſalezulis, cum camariſa, coculum, ſazaravonam, ravengnanam, piſcariam, mineram, auriolam, confraxina, Grave, & villa, que dicitur aſpa cum omnibus appendiciis & cum omni utilitate, que inde provenire poteſt preſate Nonantulane Eccleſie reddimus eo modo & eo jure poſſidendam, quo tempore comitiſſe Mathildis habuit & poſſedit. Quinque tantum manſos Turiſendo de Verona conceſſos excipimus. Preterea curtem Wilzacara cum capella ſancti Ceſarii ac ceteris pertinentiis ſuis, nec non caſtellum vetus cum ſuis appendiciis, ac Cellam cum pertinentiis omnibus ſepedicte Nonantulane eccleſie confirmamus; prefato venerabili abbati Alberto ſuiſque ſucceſſoribus nec non fratribus ibidem deo ſervientibus licentiam concedimus, ut & diſtractas poſſeſſiones recolligant, & de hiis poſſeſſionibus que infra CC. annos Eccleſie ablate ſunt noſtra freti auctoritate judicium & juſtitiam curie expoſcant. Hec nos ideo fieri juſſimus, ne vel regnum vel eccleſia Nonantulana detrimentum ſui juris patiatur, ſed conſervato utriuſque regni ſcilicet & Eccleſie Nonantulane jure, ea que preſcripta ſunt omni deinceps tempore rata & firma tam a futuris quam preſentibus obſerventur. Si quis vero, quod abſit, hujus precepti noſtri ſtatutum infringere temptaverit, CC. libras auri componat, quarum partem dimidiam camere noſtre, reliquam vero predicte Eccleſie perſolvat. Ut vero hec ab omnibus credantur & inviolata conſerventur preſentem paginam inde ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione muniri juſſimus, & teſtes idoneos ſubter notari fecimus. Quorum nomina hec ſunt: Heinricus Ratiſpon. Epiſcopus, Reimbertus Patavien. Epiſcopus, Gevehardus Aiſteten. epiſcopus, Heinricus dux bavvarie, Fridericus dux Svvevie, Engelbertus marchio, Tibaldus marchio, Gevehardus comes de Sulcebach, Heinricus Comes, Godefridus de Norinberg, Heinricus

(1) Geltruda figlia di Berengario Conte di Sultzbach moglie di Corrado III.

cus mareſcalcus, Cunradus pincerna, Tibertus camerarius, Arnoldus dapifer, Marquardus de grumbac, Bertolfus de burgo Sancti Donini, Albertus de Nogaria.

Signum domini Conradi Romanorum regis ſecundi.

Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Muguntini Archiep. & archicancellarii recognovi.

Ego Heribertus notarius ſubſcripſi.

Anno dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VI. regnante Cunrado Rom. Rege II. anno vero Regni ejus VIII. (2) actum eſt apud Ratiſponam in Chriſto feliciter.

CCLXX.

Apographum ſeculi XIII. in Archiv. Nonant.

circa 1144.

Conradus dei gratia Romanorum Rex venerabili Epiſcopo V. (1) conſulibus & univerſo populo noſtro tam miooribus quam majoribus gratiam ſuam & bonam voluntatem. Veniens ad nos . . . . . (2) petiir ut quinque manſos io nogaria ei concederemus. Nos itaque ioterveotu fidelium noſtrorum aurem clementie precibus ipſius accomodaotes cooceſſimus ei in feodo V. manſos in dicta curte Nogarie, ſub hac tamen exceptione ne ipſe occaſiooe hujus feudi alias poſſeſſiooes Nogarie pertinentes ſibi uſurpare preſumeret. Ipſe vero neglecta majeſtatis noſtre reverentia totam oogariam cum ſuis pertinenciis ſibi vendicaverat. Porro A. venerabilis Abbas nonantulane Ecclesie miſſo ad nos petro nogarienſis eccleſie priore oeeon A. precepta regum & privilegia Apoſtolicorum in ooſtra preſentia recitari fecit. Nos itaque cognita eiuſdem eccleſie juſticia cortem nogariam cum omnibus ſuis pertineociis eccleſie nonantulane reddidimus . . . . & libertate poſſidendam ſicut tempore avunculi noſtri H. [3] dive memorie ipſa . . . . . . habuit & poſſedit. Quioque vero manſos predicto turiſendo conceſſos excipimus. Mandamus itaque . . . . . . rogantes atque precipientes, quatenus predicto abbati & eccleſie in retinendis ejuſdem poſſeſſiooibus, donec ad noſtrum adventum, fideliter aſſiſtatis, & ſi forte. . . . . ſpiritu ſuperbie ſue abbatem vel ſuos infeſtaverir, ſi gratiam noſtram diligitis, a tanta preſumptiooe eum compeſcatis. Cetera ountius noſter B. vobis referet, cui tamquam literis credatis, & ad peragendam noſtram legationem ram conſilio quam auxilio fideliter & viriliter aſſiſtatis.

Cooradus gratia dei Romaoorum Rex comiti Vviberto gratiam ſuam & bonam voluntatem. Notum eſſe volumus fidelitati tue, quod nos viſis nooantulane Eccleſie privilegiis, cognita etiam certa ipſius iuſticia, curtem nogarie cum omnibus ad eam pertinentibus V. taotum manſis exceptis eidem eccleſie reddidimus. Ea propter ſub obteotu gratie noſtre tibi precipimus, ut ejuſdem eccleſie poſſeſſiones quas tu uſurpaſti venerabili abbati Alberto integre reſtituas, nullamque moleſtiam vel iojuriam donec ad ooſtrum adveotum eis non inferas. Si enim aliquam juſticiam in eiſdem poſſeſſionibus te habere confidis, in adventu ipſo noſtro preſentie noſtre te exibeas cauſam tuam nobis expoſiturus, & iudicio curie noſtre . . . . .

CCLXXI.

(2) Il copiſta ha commeſſo qui qualche errore. All' anno 1144. conviene la VII. e non la VI. Indizione; e l'anno VIII. di Corrado non cominciava che circa la metà dell'anno 1145.

(1) La Lettera è diretta a Teobaldo Veſcovo di Verona.

(2) Dee leggerſi *Turiſendus*, come raccoglieſi dalle parole, che poſcia ſeguono *predicto Turiſendo*.

(3) Corrado era figlio di Agneſe ſorella di Arrigo V. Imp.

CCLXXI.

Autographum in Arch. Nonant.

1144.

LUcius (1) epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Cooveotui Nooantulano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ideo ſumus ad honus ſummi Pontificatus aſſumpti, ut vos & alios religioſos viros, quorum apud diſtrictum judicem petimus precibus adjuvari, ad ea, que ad religionem & ordinis obſervantiam ſpectare ooſcuntur, monitis debeamus & exhortationibus invitare. Sane cum propter deum propria dimiſeritis, & dederitis vos obſequiis cooditoris mundi vaoitate relicta, decet vos taliter ad aoteriora ſemper exteodi, ut ſicut eſtis ex oomine ita & monachi exhibitores operis comprobemini, ut de veſtro booe converſationis odore qui ſunt in ſeculo formam ſuſcipiant & exemplum, & vobis ex hoc cumulus eterue felicitatis accreſcat. Te vero fili Abbas monemus & exhortamur in domino, ut commiſſum tibi gregem verbo ſimul ioſtruas & exemplo, & ad tui monaſterii commodum ita diligenter intendas, ut in temporalibus & ſpiritualibus per tuam ſollicitudinem & providentiam ſuſcipiat iocremeotum. Vos quoque filii Abbati veſtro tamquam patri ſpirituali obediatis humiliter, & eius ſalutaria monita ſuſcipiatis firmiter & ſervetis, quo vos poſſitis de virtute obedieotie merito comendari, & ipſe ſuſceptum honus vobis cooperantibus liberius exequatur. Nos ſane tanto veſtris juſtis poſtulatiooibus curabimus libentius impertiri favorem, quatenus fortius eritis operibus pietatis intenti. Datum Rome apud Sanctum Petrum XIV. Kalendas Januarii.

Sig. avulſum.

CCLXXII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1145.

IN nomioe domini &c. anno ab incarnatiooe ejuſdem milleſimo C. XLV. menſe januario. Et ideo ego donnus Albertus &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi Andree pagano acceptori pro audeurando & alberto germaois filiis tuis de loco gavile &c. rem terriториam iuris ſancti Silveſtri que ſolite fueruot teneri per arimundum per anteriorem prechariam in loco gavile & ubi dicitur ſtrada rupta atque volvulus & a ponte longo, & in loco batithicia atque roocalie, & ubi dicitur peruptus, vel per alia loca & vocabula intra hos fines: a mane foſſa de budrie, a meridie foſſa que vadit ante canitulum, a ſera flumeo quod vocatur fuſculum, de ſubtus limes de zibulioo, omnia &c. Et eidem eccleſie perſolvatis omni anno de menſe marcio ficte peoſionis oomine octo deoarios Luceoſes &c. Actum in loco oonantule feliciter.

Teſtes interfuerunt rogati Vbertus biaqua, & bentivolio &c.

Rog. Petrus.

CCLXXIII.

(1) Queſto Breve non può appartenere, che a Lucio II., o a Lucio III., poichè il I. viſſe nel terzo ſecolo della Chieſa. Al terzo non può adattarſi; poichè ne' quattro anni e poco più, ch' ei ſedette ſulla Cattedra di S. Pietro dal 1181. fino all'anno 1185. non pare che metteſſe mai il piede in Roma, ove il Breve fu ſcritto. Deeſi dunque attribuire a Lucio II. e perciò all' anno 1144. in cui egli fu eletto, poichè nel Febbrajo del anno ſeguente finì di vivere.

CCLXXIII.

Excerpta ex Autographo in Archivio Nonant.

1145.

IN nomine domini *&c. ut ſupra* pridie idus februarii. Et ideo in dei nomine nos quidem ugo, ſicque teuzo atque carnio filii quondam alberici tam pro nobis quam pro aliis noſtris fratribus refutamus tibi domno alberto gratia & nutu dei abbati monaſterii ſancti Silveſtri ſiti in caſtro nonantule tuiſque confratribus & ſucceſſoribus ideſt quod nobis pertinet de illa enphiteuſi, que nos habemus a parte ſancti Silveſtri in loco illo ubi edifficatum eſt caſtrum novum cellule, tantum ut foſſatora circumdent. Et ſimiliter nos preſcripti fratres, ſicut ſuperius legitur, & ego rolandus ferarius pro me & meis nepotibus, & nos azo atque gerardus *&c.* habitatoribus in predicto caſtro novo cellule a preſenti die damus & tradimus tibi predicto domno alberto *&c.* iure proprietatis in perpetuum poſſidendum *&c.* ideſt omnibus pertinentiis, quibus nobis pertinent in preſcripto loco ubi edifficatum eſt incaſtrum, quod eſt infra foſſatis cum ſuperioribus *&c.* Actum in caſtro novo cellule libenter *&c.* A. M. C. XLV. idus februarii indict. VIII. Ego quidem Ugo filius quondam alberici pro me & meis fratribus a preſenti die do & trado tibi domno alberto *&c.* ideſt tanta re in cluſura de wilda, ubi habitat albertus alamannus, quanta eccleſia ſancti Laurentii habet in poio ubi hedifficatum eſt caſtrum novum cellule *&c.* Actum in preſcripto caſtro cellule libenter.

Et ibi erant ✠ albertus de ſala ✠ ubertus biaqua ✠ gerardus vicecomes ✠ azo de marchiſe rogati teſtes.

Rog. Albertus not.

CCLXXIV.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1145.

IN nomine iheſu chriſti. Anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto, menſe aprilis, indictione octava. Recordatio qualiter in bonorum hominum preſentia, quorum nomina ſubtus leguntur, Albertus & Gulielmus germani fratres filii quondam inginulfi de atto de incherbaldo de loco montirone habitatores tamen in caſtro nonantule refutaverunt nomine venditionis in manu domni alberti abbatis monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula pro decem libris denariorum Lucenſium quas ab eodem alberto acceperunt, ideſt nominative unam peciam de terra iacentem in palude cum boſco & gerbidis ſuper ſe habentem, quam ipſi tenebant per prechariam ab eadem eccleſia ſancti Silveſtri in curte ſicci infra hec latera, a mane eſt flumen quod currit per pontem longum, a meridie eſt precharia de hominibus de bodruncio, & presbiter avardus, a ſero argenis, de ſubtus homines qui dicuntur bonici, & eſt *&c.* per latum iuxta argenem perticas ſexaginta, per longitudinem uſque ad predictum flumen.

Adſuerunt teſtes rogati Ubertus biaqua, Gosbertus, Nordilus de alberto de adigerio, Andrea de Anidelda *&c.*

Rog. Henginulfus.

CCLXXV.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1145.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto, menſe aprili, indictione octa-

octava. Ego quidem in dei nomine donnus Albertus Monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula dei gratia abbas una per conſilium *&c.* per cartulam precarie *&c.* concedo vobis iohanni & petro atque Rozo pro vobis & pro rodulfo fratre veſtro germanis quondam filiis petri de rocis *&c.* qui omnes dicimini poloni de ſancta iuſtina, ſeu in filiis *&c.* unam peciam terre iuris ſancti Silveſtri quam habetis per anteriorem emphiteoſim a parte hujus eccleſie ſancti Silveſtri iacentem in runco de la porciula, infra hos terminos: a mane petrus munzo, a meridie fracta donnicata, a ſero pudixie, de ſubtus foſſa, & ab alia parte foſſe vos precarii *&c.* Et pro eadem pecia *&c.* omni anno de menſe marcio perſolvere debeatis penſionis nomine IIII. denarios lucenſes *&c.* Actum in nonantula feliciter.

Rog. Henginulfus.

CCLXXVI.

Autographum in Archiv. Nonant.

circa 1145.

HUgo Dei gratia ſancte Romane Eccleſie presbiter Cardinalis & apoſtolice ſedis Legatus (1) venerabili in chriſto fratri A. nonantulano abbati ſalutem. Nuper iniuncte legationis officium exequendo verona redeuntes in plebe nogarie hoſpitio recepti ſumus, ibique fratres nonantulani conqueſti ſunt nobis, quod poſſeſſionem ſuper ipſa plebe ſuiſque pertinenciis, quam utique conceſſione bone memorie Innocentii patris noſtri & ſummi pontificis eos tenere cognovimus, veronenſis epiſcopus eis inquietaret. Cujus rei veritatem ipſo epiſcopo, qui preſens erat, viva voce confitente certius didicimus. Cum itaque jam dicti fratres veſtri nonantulani nos rogarent, ut predictam poſſeſſionem eis confirmaremus, eorum iuſte petitioni aſſenſum prebentes tam in plebe quam in ejus pertinenciis, ſicut prefatus pater noſter ſancte memorie pater Innocentius papa eis conceſſerat, illam poſſeſſionem eiſdem & nonantulane eccleſie confirmavimus.

Sig. avulſum.

CCLXXVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1145.

EUgenius Epiſcopus (2) Servus Servorum Dei. Dilecto filio A. Nonantulano Abbati ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Que judicii veritate deciſa, vel rationabili concordia terminata ſunt, litterarum debent memorie commendari, ne pravorum hominum in poſterum valeant refragatione turbari. Ideoque qualiter controverſia, que inter te & venerabilem Fratrem noſtrum Teobaldum Veronenſem Epiſcopum ſuper plebe de Nogaria agebatur, in noſtra preſentia terminata ſit preſentibus litteris annotari precipimus. Auditis ſi quidem utriuſque partis rationibus & diligenter inquiſitis ante quam juditium proferremus, pro bono pacis & utriuſque eccleſie quiete optionem paciſcendi vobis indulſimus. Placuit itaque utrique parti, ut Veronenſis Epiſcopus jus Parochiale, Nonantulanus vero Abbas jus fundi in eadem plebe de cetero quiete poſſideat. Super quo habito Fratrum noſtrorum conſilio eidem concordie aſſenſum prebuimus, & ne inter eaſdem Eccleſias aliqua diſcordia de cetero oriatur ipſum jus parochiale hoc modo diſtinximus. Cum Archipresbiter in ipſa ple-

(1) Il Card. Ugo Bologneſe creato Cardinale del titolo di S. Lorenzo in Lucina da Lucio II. l'anno 1144.

(2) Eugenio III. eletto Pontefice a' 27. di Febbrajo del 1145. dovette toſto uſcir di Roma per ſottrarſi alla violenza del Senato Romano, e per otto meſi ſi trattenne in Viterbo. (*V. Murat. Ann. d' Ital. ad h. a.*) Perciò a queſt' anno medeſimo abbiamo fiſſato queſto Breve.

plebe fuerit ordinandus, a clericis ipſius plebis cum Nonantulani Abbatis conſcientia eligatur. Electus autem ſi idoneus fuerit ab Epiſcopo Veronenſi parochie curam ſuſcipiat; & de plebis quidem cura ei reſpondeat, & obedientiam promittat. Abbati vero pro rebus temporalibus manum ſecuritatis & debitam ſubiectionem exhibeat. Conſecrationem vero ipſius plebis, Altarium quoque & Capellarum ad eandem plebem pertinentium, & ordinationes clericorum Veronenſis Epiſcopus habeat, eaſque gratis & abſque difficultate impendat. Eorumdem quoque Clericorum exceſſus canonice corrigat. Cum ad concilium Romani Pontificis venerit, archipresbiter & Clerici ipſius Plebis L. ſolidos Lucenſes ei tribuant. Si vero pro neceſſitate & utilitate veronenſis Eccleſie ad Romanam curiam venerit, XV. ſolidos Lucenſis monete ei prebeant. Quod ſi de crimine impetitus vocatus fuerit, hoc pacto nihil dare cogantur. Ad Synodum vero ipſius de more euntes X. ſoldos ſynodales (*ſic*) Veronenſis monete ſicut conſuetum eſt ſolvant. Cum autem Plebes iuxta conſuetudinem viſitaverit, vel ſi aliquo caſu eum inde tranſire contigerit, ſecundum facultatem ipſius plebis ipſum in hoſpitio honeſte ſuſcipiant. Ab aliis vero gravaminibus vel exactionibus Veronenſis Epiſcopi vel miniſterialium ſuorum eadem plebs omnino libera & quieta permaneat. Datum Viterbii XV. Kalendas Junii.

Sig. avulſum.

CCLXXVIII.

Apographum authenticum in Archiv. Nonant.

1145.

CUrrente anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto, die primo menſis Septembris, Indictione octava. Recordatio qualiter in bonorum virorum preſentia & teſtimonio, quorum nomina ſubtus ſcripta eſſe videntur, Sigezo de petro de guido de nonantula pro ſe ſuiſque heredibus nec non etiam pro omni ſua ſubmiſſa perſona refutavit in manu domini alberti abbati de nonantula nominative omnes illas res territorias, quas dicebat ſibi eſſe datas a donno andrea abbate, quocumque modo ſibi dediſſet, videlicet in curte roncalia, ſive in camurana, vel ubicumque. Et ut nulla lis inde oriatur, ideo promiſit atque ſpopondit jam dictus Sigezo refutator in manu predicti abbatis omni tempore ipſe & ſui heredes permanere tacitus & quietus. Quod ſi fuerit furore tactus, agere aut cauſare contra eccleſiam ſancti ſilveſtri exinde voluerit, tunc cognoſcat ſe compoſiturum pene nomine decem libras denariorum lucenſium in camera donnicata ſancti ſilveſtri; & quod repetierit, vendicari non valeat. Refutatione ut ſupra legitur facta, precibus & interventu Petri advocati, Oderici de bulgaro, Uberti de blaſio, nec non Manfredi filii Alberti, Curtepellis, & Raimundini, Uberti biaqua & aliorum plurium jamdictus Albertus venerabilis Abbas inveſtivit eumdem Sigezonem nomine feudi & ſecundum uſum feudi nominative de una pecia terre jacente in predicta corte Camurana in loco ubi dicitur Albarus infra ſua latera, hoc ſcilicet modo, ſi novem jugera vel minus ipſa pecia fuerit, habere debeat; plus vero ſi fuerit, habere non debeat. Quas res igitur predictus Sigezo refutator promiſit in manu ejuſdem domini abbatis penitus expedire ab omni homine; ceteras alias res refutatas eccleſie, ut ſupra legitur, ſub predicta pena X. librarum. Actum in Nonantula feliciter.

Ego henginulfus tabellio & notarius ſacri palatii ſcripſi.

Et Ego Rogerius Friderici Imperatoris tabellius, quod in authentico inſtrumento henginulfi notarii inveni, illud ſcripſi nihil ad-

addens vel minuens, preſente ibi domino abbate Alberto, & precipiente; nec non alberto de graſulſo & ejus filio, & malaguiſca, & petro de Sigezone, & marcio ſcaleri, & aliis quam pluribus ibidem preſentibus anno domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto Indictione octava ultimo die exeunte menſe decembri, regnante Frederico imperatore, anno imperii ejus XX.

CCLXXIX.

Autographum in Arch. Nonant.

1146.

IN Chriſti nomine. Ea enim que diu tractantur, & bonis moribus ordinantur, neceſſe eſt illa coram teſtibus cum notario ſcriptura innotari, ne oblivioni tradantur, & jurgia exinde generentur. Die martis, qui eſt Kalend. menſis januarii, venerunt domnus amatus monachus & prior nonantulani monaſterii, & domnus johannes archipresbiter de bondeno de burana miſſi & directi a domno & venerabili abbate alberto de monaſterio ſancti ſilveſtri de Nonantula vice ejuſdem abbatis ad plebem ſancti petri de nogaria, & preceperunt ſacerdotibus & clericis ejuſdem plebis ex parte predicti abbatis ſecundum preceptum domni pape & dentis cardinalis (1), qui tunc erat verone, ut ipſi mitterent pro capellanis ſuis, & communiter eligerent archipresbiterum; & ipſi ſic fecerunt preſentia vvilielmi de Litifredo, & otonis de vvalburga, & reliquorum plurium. Sequenti vero die venerunt predicti domnus amatus, & predictus archipresbiter cum marchione, & otone, & vvilielmo, & enrico de cordaveſe, & alberto de alba, & garbello, & cum magna parte populi de nogaria ad eamdem plebem, & cum eorum conſcilio predicti plebani & capellani elegerunt domnum gislimerium ſacerdotem, qui erat Cremone in obedientia nonantulani monaſterii, ideſt ſancte crucis, quia ipſe clericus erat abbatis de nonantula, & placuit omni populo qui ibi erat, & omnes laudaverunt & confirmaverunt; & mox elegerunt clerici domnum catonem ſacerdotem & capellanum ejuſdem plebis de capella de ſalzolo, & laici elegerunt tebaldum notarium, & communiter miſerunt eos cremonam pro eo; erat enim ibi, & conduxerunt eum nogarie. Deinde predictus domnus amatus, & predictus archipresbiter, & domnus Laurentius ſacerdos ejuſdem plebis iverunt veronam, & repreſentaverunt eum ad domnum tebaldum veronenſis eccleſie epiſcopum, qui & ipſe laudavit, & confirmavit eum, & inveſtivit eum de ſpiritualibus, & ipſe promiſit ei obedientiam in eiſdem ſpiritualibus. Deinde venerunt ad nogariam, & perrexerunt ad eamdem plebem, & predictus domnus amatus & predictus archipresbiter inveſtiverunt eum de temporalibus rebus vice domni abbatis. Deinde levarunt omnes clerici & ſacerdotes & predicti miſſi domni abbatis, & poſuerunt eum in ſede coram omni populo, cantantes omnes te deum laudamus, domno amato incipiente. Actum eſt hoc die ſancti Silveſtri Confeſſoris. Sequenti die cantavit ibi miſſam coram omni populo . . . . . Factum eſt hoc anno ab incarnatione domini M. C. XLVI. Indictione VIIII. feliciter preſentia marchionis

(1) Così ſi legge nell'original pergamena. Ma che ſignificano queſte parole? Io non ſo perſuadermi, che qui ſi indichi un Cardinal Dente ſconoſciuto al Ciaconio e all' Oldoini, perciocchè in tal caſo ſarebbeſi premeſſo ſecondo il coſtume la voce *Domini*, e ſarebbeſi ſpiegato il titolo della Chieſa, a cui era ordinato, o almeno il grado di Prete, o di Diacono. Il nome di Cardinale ſi trova nelle Carte di queſti tempi uſato talvolta per nome proprio. Ma ſe queſto Dente Cardinale era perſona privata, perchè ſi nota come coſa degna d' oſſervazione, che allora ei trovavaſi in Verona? e come il precetto qui indicato ſi attribuiſce a lui non meno che al Papa? *Secundum pre.eptum Domni pape, & dentis Cardinalis?* Io confeſſo, che non arrivo a ſciogliere queſto nodo, e deſidero, che qualche altro ſia di me più felice nello ſcifrarlo.

Digitized by Google

nis & oronis, & vvilielmi, & vvarienti, & uberti, & reliquorum predictorum, & aliorum plurium.

Ego Tebaldus ſacri palacii notarius interfui, & hoc breve recordationis rogatus ſcripſi.

CCLXXX.

Autographum in Arch. Nonant.

1147.

HUmana fragilitas preſentibus multum occupata negotiis preteritorum memoriam diu retinere nullatenus valet. Ac ideo ſatis idoneum atque utile fore cognoſcitur, ſi & negotia, quorum memoria plurimum poteſt prodeſſe, ſcriptis mandare curentur. Hac itaque ratione fratres Monaſterii ſancti Silveſtri de Nonantula conventum atque deffinitionem controverſie, que fuerat inter eos & presbiterum bernardum eccleſie Sancti Silveſtri de rufiniano legitime atque Kanonice ſactam, ad perpetuam memoriam ſubſcribi voluerunt. Diffinitio autem talis fuit. Auctoritate atque mandato Domini Azonis Florentini Epiſcopi (1), & Plebani S. Stephani in pane, prefatus presbiter bernardus in manibus Pauli prioris S. Marie in mama & fratris helie ad vicem Domini Abbatis Sancti Silveſtri ſuorumque fratrum firmiter promiſit, quod eos de cetero patronos haberet, & in omnibus que ad jura patronatus clericorum ſpectant eis fideliter obediret; bona quoque ipſius monaſterii ſecundum ſcientiam & poſſe ſuum diligenter cuſtodiret, augmentaret, & accreſceret, ac ſtudioſe nullatenus diminueret, ſalva tamen omni ratione ac iuſtitia, & debita atque conſueta obedientia plebi ſancti ſtephani in pane. Deffinitum eſt etiam, ut prefati monachi ſimul cum populo liberam poteſtatem habeant acquirendi ſacerdotem & eligendi in eccleſia ſancti ſilveſtri de rufiniano. Quo quidem electo preſentent eum Monachi & populus plebano ſuo, a quo utique de eccleſia, ſcilicet de ſpiritualibus, ſicuti eſt de cura animarum ac ceteris talibus ad ſpiritualia ſimiliter pertinentibus, inveſtituram ſuſcipiet, ac debitam obedientiam eidem plebano promittat. Monachi vero inveſtiant eum poſtea in ſuis temporalibus, ſi voluerint. Hoc autem totum actum eſt in preſentia alberti florentini archidiaconi, Kanonicorum Ubaldi, Gualfredi, Olivarii, Vicedominorum Guidonis, rufi, Uguti, Judicum Lichelmi, hogerii, & aliorum plurium. Anno domini milleſimo centeſimo XLVII. VI. Non. Martii.

Ego Azo gratia dei florentinus Epiſcopus, cujus auctoritate hoc factum eſt, confirmavi & ſubſcripſi.

Ego Albertus dei gratia ſancte florentine hecclesie archidiaconus interfui & ss.

Ego Ybaldus diaconus & canonicus interfui & ss.

Ego Ulivarius ſancte florentine Eccleſie indignus ſubdiaconus & canonicus huic diffinitioni interfui & ss.

Ego bernardus celiaule plebanus interfui, & ss.

Ego Guido Vicedominus atque cauſidicus interfui, ideoque ſciens verum ss.

Ego rogerius judex interfui & ideo ss.

Ego Aimericus mandato domini Azonis florentini epiſcopi & alberti archidiaconi hanc memoriam ſcripture tradidi.

CCLXXXI.

(1) Azzo Veſcovo di Firenze occupò quella Sede dall' anno 1143. fino circa al 1155.

Digitized by Google

CCLXXXI.

Apographum in Cod. Rom.-Nonant.

1148.

EVGENIVS Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis univerſis Capitaneis Nonantulen. Monaſterii Vaſſallis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quantum Nonantulanum Monaſterium & in ſpiritualibus & temporalibus floruerit, omnibus Longobardiæ partibus ſatis innotuit. Sed peccatis exigentibus ex perſecutiooe iniquorum in utriſque eſt imminutnm. Quia vos propter bona ejuſdem Monaſterii quibus utimini ei fideles eſſe debetis, & in ſuis illud neceſſitatibus adjuvare, per apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus pro fidelitate quam ei debetis a pravorum illud vexationibus adjuvetis, & ab inimicorum perſecutionibus, quibus opprimuntur, defendatis. Dat. Virduni IIIJ. Kal. Martii.

CCLXXXII.

Apographum in Archiv. Nonant., & in Cod. Eſtenſi.

1149.

C. Dei gratia Romanorum Rex A. Ecclefie Nonantulane Abbati & toto Conventui gratiam ſuam & omne bonum. Detrimentum rerum veſtrarum vos paſſos dolemus. Laudamus tamen, quod quocumque tempore & modo Eccleſiam & ejus patrocinia defenditis viriliter. Itaque agite vos defendendo; nam nuncium noſtrum in brevi pro veſtra tuitione dirigemus. Ipſi vero poſtmodum ad interitum malorum & ſublevationem bonorum veniemus.

C. Dei gratia Romanorum Rex A. Venerabili Abbati de Nonantula, Capitaneis ejuſdem Eccleſie A. (*Alberto*) de Sala (1), B. & O. fratri ſuo, H. & toti populo de Nonantula gratiam ſuam & bonam voluntatem. Audita oppreſſione veſtra Litterarum veſtrarum inſinuatione, ac nunciorum veſtrorum relatione, noo parum turbati ſumus; nam devaſtationem veſtram & hujus Caſtri deſtructionem honori noſtro contrariam eſſe non ambigimus, & quiſquis hoc malum diſſeminavit, eum contra voluntatem noſtram feciſſe cognoſcet tota Italia. In proximis enim duos Principes regni noſtri, viros quidem diſcretos & magnæ auctoritatis Abbatem videlicet Corbejenſem, & A. Cancellarium noſtræ Curiæ ad partes ipſas traoſmittimus, qui negotia veſtra de pace ex noſtro præcepto io melius commutabunt; & de pueris veſtris recuperandis operam dabunt, quos per omnia honorabitis, & verbis eorum tamquam perſonæ noſtræ fidem dabitis. Ut interim vero bene vos habeatis, & viriliter pro caſtro noſtro ſtetis volumus & ſub obtentu gratiæ noſtræ vobis præcipimus. Quæcumque vero vel perſona vel Civitas conſilium & auxilium vobis præſtiterit, nam omnes majeſtatem noſtram offeodere, facilius gratiæ noſtræ ſerenitatem obtinere poterit.

C. Dei gratia Romanorum Rex A. Venerab. Abb. Nonantulano gratiam & omne bonum. Incommoda & gravamina tam Eccleſiæ quam perſonæ tuæ tum per litteras tum per nuncii tui certam relationem cognovimus. Pro debito regiæ excellentiæ, quæ humiles exaltat, ſuperbos humiliat, injuriam tuam propulſare iotendimus. Mittimus autem ad præſens in Italiam Protoootarium noſtrum Henricum virum prudentem & induſtrium, qui ex diſpoſitionis noſtræ decreto negotia terræ illius ſecundum honorem regni

(1) I Cattanei da Sala eran tra' principali Vaſſalli della Badia; e ad eſſi perciò diresse Corrado queſta ſua lettera.

gni ordinabit, & ſtatum terræ ex alto conſilio prudentiæ noſtræ in melius reformabit, & negotia tua plenius audiet, & tamquam a ſecreto conſilii noſtri miſſus ab omnibus incommodis potenter te eripiet.

C. dei gratia Romanorum Rex Mutinenſibus omnibus majoribus & minoribus gratiam ſuam & bonam voluntatem. Qui debitum obſequium & fidelitatem regno ac nobis hactenus impenderunt, digni ſunt, ut patrocinio regiæ majeſtatis defendantur, & ut de proventibus ipſorum promovendis accepta opportunitate ſolliciti eſſe velimus. Univerſitati igitur veſtræ ſub obtentu noſtræ gratiæ mandando præcipimus, ne Abbatiæ S. Silveſtri de Nonantula aliquam injuriam inferatis, imo ſi neceſſe fuerit ad cultum Divinæ Religionis pro poſſe veſtro eos defendatis, & quiete eam noſtro amore noſtrique fidelitate eſſe de cetero permittatis, alioquin gratiam noſtram irrecuperabiliter offendetis.

CCLXXXIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1152.

IN nomine domini noſtri jheſu Chriſti anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo LII. temporibus Conradi Imperatoris die XXIII. menſis Januarii Indict. XV. Nos quidem in dei nomine Albericus & ugo filius ejus & Oſtia uxor ſupradicti Vgonis noſtra propria ac ſpontanea voluntate damus & concedimus nomine permutacionis ut ita dicam cambii tibi domno Mauro receptori pro eccleſia ſancte marie de farneto, & pro tuis fratribus ac ſucceſſoribus eidem eccleſie ſervientibus, ideſt infra plebem ſancte Marie montis ſillaris in curte caſalicli in loco qui vocatur Farnetum iuxta cluſuria ſupradicte Eccleſie peciam unam terre vineate & aratorie &c. fines ejus eſſe videntur a duobus lateribus via, a tercio cluſura ſupradicte Eccleſie, a quarto latere riolo &c. Similiter concedimus tibi in grimolini due tornature terre aratorie, que ſunt iuxta terram veſtre eccleſie, quia tu domnus maurus dediſti nobis due tornature in pojo, & una tornatura iuxta traſtrum (*f. caſtrum*) & due alie tornature ibidem pro due quas dedimus tibi in grimolini &c. Actum in burgo novo oſpitalis ierusalem &c. (1).

Rog. Petrus not. S. P.

CCLXXXIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1153.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti amen. anno dominice incarnationis milleſimo C. LIII. XIIII. die introeunte menſe Januario Indict. prima. Et ideo vos domnus Albertus vir venerabilis abbas &c. conceſiſti rem predicte Eccleſie per paginam libelli affiĉti in annis advenientibus XX. novem ad renovandum mihi archipresbitero Gregorio Eccleſie de roncalliis vice Johannis fabri ſuiſque filiis & heredibus, ideſt iugerum unum poſitum in camurana terre aratorie, a mane & ab alio latere vos idem conceditor, a meridie malaſtreve, a ſera flumen ſicle &c. & pro hac re debet vos ſuſcipere & albergare honorifice, & omni menſe marcio penſionem perſolvere, ideſt XII. Lucenſes &c.

Rog. Ugo not. & cauſidicus.

CCLXXXV.

(1) Negli Elenchi delle Chieſe Bologneſi pubblicati dal P. Melloni (*Atti de' Ss. Bologn. T. II. p. 368.*) tralle Chieſe ſoggette agli Spedalieri di S. Giovanni Geroſolimitano ſi nomina *Ecleſia S. Johannis de Burgo novo*. Queſta è la qui indicata, e le parole *Oſpitalis Jeruſalem* indicano appunto la Caſa de' ſuddetti Spedalieri. E queſto documento ci moſtra l' antichità dello ſtabilimento de' Cavalieri medeſimi in Bologna.

CCLXXXV.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1153.

IN Chriſti nomine anno ab incarnat. ejuſdem milleſimo centeſimo LIII. menſe Octubris Indictione prima. Ego quidem in dei nomine donnus Albertus Monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula dei gratia abbas &c. per cartulam precharie &c. concedo tibi bono Johanni qui vocaris malcorteſe de Civitate feraria acceptori pro te & pro uxore tua bonaſante, ſeu in filiis &c. uſque in terciam generationem expletam, ideſt nominative omnes illas res territorias quas habent & tenent bonus homo cum fratre ſuo a parte ſancti Silveſtri, que fuerunt de manſo quondam bricii iacentes in curte nogarie, & unum caſamentum iacens in ripa tartari, & ſunt &c. viginti & due bovulce &c. Et omni marcio perſolvere debeatis penſionis nomine duos denarios Lucenſes bonos &c. Et hoc ideo quia tu cum predicta uxore tua dediſti Eccleſie ſanct. Johannis de caſtro tedaldi nomine commutacionis hoc quod habebas in comitatu & in epiſcopatu Ferarie ſive per prechariam ſive per uſum ſive per proprium, excepta caſa in qua habitas, & excepto hoc quod Oto pes bovis habet per feodum, & excepto hoc quod habes in bondeno, & promiſit donnus Amatus prior auctorizare ei ipſam rem, & ſi auctorizare non potuerit, inutilis habeatur.

Rog. Henginulfus.

CCLXXXVI.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1154.

IN dei nomine anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, quartadecima Kal. genuarii, indictione ſecunda feliciter. Conſtat me nicholaum dei gratia venerabilem priorem & rectorem eccleſie & monaſterii ſancti Silveſtri cum conſenſu monachorum fratrumque meorum ſecundum convenientiam noſtram &c. libellario nomine dare & firmare providi vobis davizino & meliorello germanorum quondam filiis petri & illorum heredibus, videlicet unam petiam terre & caſe infra capellam ſancti bartholomei in florentia, que ſic decernitur: a duobus lateribus eſt caſa moculi, a tertio latere eſt veſtra germanorum & in aliquanto monakini, claſſis in medio, a quarto autem latere via recurrit &c. Et vos vel veſtri heredes vel miſſus annualiter mihi predicto priori vel meis ſucceſſoribus dare debeatis penſionem quattuor denarios de Lucca annualiter in nativitate domini &c. Actum in clauſtro ſancti felicis feliciter.

Rog. Inghilbertus iudex & not.

CCLXXXVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1154.

ANaſtaſius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis A. priori & univerſo conventui Nonantulani Monaſterii ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Super contritione ac deſtitutione monaſterii veſtri paterno vobis affectu compatimur, & de ipſius relevatione pro noſtri officii debito, in quan-

IN nomine domini noſtri Jheſu Chriſti anno ab incarnacione eiuſdem milleſimo centeſimo ſexageſimo tercio, menſe marcio Indictione XI. Sigezo Radaldus filius quondam Alberti radaldi de Nonantula pro remedio anime ſue omniumque ſuorum parentum conceſſit & dedit per hanc preſentem cartulam offerſionis eccleſie ſive plebi ſancti michaelis de Nonantula per manum dominici archipresbiteri eiuſdem plebis, videlicet unam peciam de terra vineata quam habet per emphiteoſim in villa Corte vecla, cui ſunt fines, a mane viazola, a meridie gena nova, a ſero filii de berga, de ſubtus heredes prandi medici. Ea ratione *&c.* Actum in clauſtro predicte plebis feliciter.

Adſuerunt teſtes Cavedone *&c.* & Oddo de bentivolio, & gavaſ. . . . . .
Rog. Henginulfus.

CCCXVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1163.

IN chriſti nomine anno ab incarnac. eiuſdem milleſimo centeſimo ſexageſimo III. die primo intrante menſe Iulio Indict. XI. Ego quidem donnus Albertus *&c.* per cartulam precharie *&c.* concedo tibi petro ferrario filio qu. dam Enrico de Stavele de loco prati albini accipienti pro te & pro inrico filio q. iohannis fratris tui nunc modo habitatoribus in caſtro auliveti, ſeu in filiis *&c.* uſque in terciam generationem expletam ideſt nominative omnes illas res territorias iuris ſancti Silveſtri quas habetis *&c.* per ſucceſſionem ex parte matris veſtre, & quicquid vobis reſutaverunt homines qui dicuntur barini de prato albino, iacentes ipſe res in curte prati albini, & in curte pragatuli, & tres minas de terra *&c.* in loco qui dicitur piſina de marchiſe iacentes ſuper totum intra hos terminos, a mane foſſa de brondilano, a meridie Eccleſia ſancte marie in fagnano (1), a ſero rivus gambararo, de ſubtus locus qui dicitur ſplezanum. Et unam peciam in loco qui dicitur caſſiano in plebe ſancti Laurentii (2), cui ſunt fines a mane & de ſubtus conſortes, a meridie & a ſero bonifacii *&c.* Et omni anno de menſe marcio perſolvatis penſionem duos denarios Lucenſes. Actum in nonantula feliciter.

Rog. Henginulfus.

CCCXVIII.

(1) Sembra queſta medeſima Chieſa, che nell'Elenco pubblicato dal P. Melloni (*Atti de' SS. Bologn. T. II. p.* 387.) diceſi *S. Maria de Fagnano* appartenente alla Pieve di Monteveglio.

(2) Cioè nella Pieve di S. Lorenzo in Collina.

CCCXVIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1165.

IN nomine domini noſtri Iheſu Chriſti anno eiuſdem Mill. C. LXV. Indictione XIII. Regnante invictiſſimo Imperatore Friderico anno regni eius XIII. Imperii vero X. IIII. Non. April. die ven. ſancto in preſentia & teſtimonio domini Sigezonis nonantulane Eccleſie prioris & domni bruni & aliorum quorum nomina hic ſubtus leguntur. Oprandinus de Spezano mandato ſoceri ſui ropizonis, qui mandavit antequam monachus eſſet, & eo preſente tranſtulit omne ius & omnem actionem, quam ipſe ropizo habebat in caſamento uno poſito in caſtro nonantule, eccleſie ſancti michaelis de Nonanotula, quod ipſe ropizo ab Eccleſia Sancti Silveſtri de Nonantula per prechariam tenebat, ita ut ſupraſcripta Eccleſia Sancti Michaelis habeat & teneat atque poſſideat ſupraſcriptum caſamentum ſine omni penſione, & heredes ropizonis totam penſionem integre pro precharia ſolvant, quam ropizo ſolvere ſclitus fuerat ſupraſcripte Eccleſie ſancti Silveſtri de Nonantula. Et hoc in manibus Canonicorum ſupraſcripte Eccleſie ſancti Michaelis, videlicet ade & martini diaconi nomine ſupraſcripte Eccleſie ſancti michaelis recipientium. Si quis vero de heredibus ropizonis contra hanc cartam agere preſumpſerit nomine pene XL. ſolidos imperiales ſupraſcripte Eccleſie ſancti Michaelis perſolvat, & pena ſoluta hec cartula rata permaneat, quia ſic inter eos diſpoſitum fuit. Cui caſamento tales coherent fines, a mane viazola, a meridie zenella, a ſero Rodulfus gualbirtinus, de ſubtus murus predicti Caſtri de Nonantula.

Actum in Civitate Mutine in preſentia & teſtimonio Turclii de Campilio, Rainerii de Vitriola, & filiorum muſonis, manfredi, & fante, Azonis & filiis donandi Zibelli, Raimundini de Panciano, Zupholi de Calcaria, & aliorum quamplurium.

Ego Blaſius Sacratiſſimi Imperatoris Frederici notarius interfui & rogatus ſcripſi.

CCCXIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1165.

IN nomine ſancte &c. anno domini M.C. ſexag. V. regnante F. Imperatore Romanorum, X. anno imperii eius, idus auguſti Indictione XIII. Ego donnus Albertus &c. per cartulam precarie &c. concedo tibi martino accipienti pro te & pro fratre tuo iohanne filiis quondam aldeprandi de coſta de caſtrovetere & in filiis & in nepotibus veſtris maſculinis legitimis uſque in terciam generationem expletam videlicet omnes illas res territorias, vineatas, prativas &c. quas habetis & tenetis per anteriorem prechariam in tota curte caſtri veteris per hec loca, ſcilicet in villa que dicitur azanus, & in guvignano, & in mazape, & in valle de ſcotto, ſeu in ſpinalamberto, atque in magnanello, & in cruce de ſpangna, & in ruviliano, & in loco qui vocatur caſolarius, atque in ſazeto, ſeu in oliva de oliverto, & in loco qui vocatur Lutte, & in coſta de ceu'a, atque in baſino, ſeu in monte de terre, & in rivacava, & in varrone, & in pratore, atque in roncatello, ſeu in pozo, & in varola, & in loco qui vocatur ripa Werii, & da ſancta maria, & da caſa de tribus calzariis, ſeu da pratis natalibus, atque in valle & in loco qui vocatur carubius, & in garſentarino, ſeu in piſcina, atque in riolo, & in pratoris majoribus, & in vignolis, & in aliis locis ubicumque ſint &c. Et nomine predictarum rerum &c. penſionis nomine XXI. ſeſtarium vini tempo-

pore vindemie omni anoo &c. perſolvatis oonaotule &c. Actum in caſtro oonantule &c.

Rog. Ildeprandus qui voc. Albertus.

CCCXX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1165.

IN nomine ſancte &c. anni domini M. C. V. (*l. MCLXV.*) regnante F. Imperatore Romaoorum X. anno imperii eius VII. Kal. Septemb. Indict. XIII. Ego Donnus Albertus &c. concedo tibi andruioo de loco ficci ſeu in filiis & nepotibus tuis &c. caſamentum unum terre, in quo facere caſam debeas extra caſtrum oonantule iuxta murum de ſubto, fines cuius ſuot, a meridie murus predicti caſtri, a ſero gena, de ſubtus foſſatum iam dicti caſtri, & eſt per longum XXIIII. brachia; ea ratione, ut tu oominatus emphyteocarius & heredes tui iam dictum caſamentum &c. tenere, ſuperſedere, ac meliorari debeatis &c. & omni anno in menſe marcio perſolvatis penſionem I. denarium Lucenſem eccleſie ſancti Silveſtri &c.

Rog. Ildeprandus qui voc. Albertus.

CCCXXI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1168.

IN oomine ſancte &c. aooo domini Milleſimo Ceoteſimo Sexageſimo octavo, die decimo intrante Martio Indict. prima. Ego quidem Guilielmus filius ricardi de ceula hoc conceſſionis inſtrumento preſenti die do & coocedo tibi ricardo filio figizonis de ceula & acarice & aſſignante fratribus tuis veſtriſque heredibus omni iure & accione que ego habeo, & mihi pertioet in feudo & in precariis comitum de Lamola (1), & de eccleſia ſancti Silveſtri de Nonaotula, omnia ut predixi in integrum &c. Actum in porta ſterii indictione predicta.

Rog. Albertus oot. filius Ugoois not.

CCCXXII.

Autographum in Archivio Nonant.

1168.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Alberto Abbati & fratribus Monaſterii S. Silveſtri de Nonantula ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ea que auctoritate Apoſtolice Sedis fine congruo terminantur, nullius debet preſumptio infringere, quominus proprium robur obtineant firmitatis. Quum igitur olim inter Nonantul. & Mutinenſes multe ſimultates & guerre fuerunt, taodem pro bono pacis inter utriuſque loci habitatores huiuſmodi conveotio eſt ſtabilita, ut videlicet Mutin. Epiſcopus Eccleſiam Caſtri veteris cum Capellis ſuis, Eccleſiam Sclopani cum Capellis ſuis, Eccleſiam Fanaoi cum Capellis ſuis, Eccleſiam Camurane cum Capellis ſuis, Eccleſiam Trecentule cum Capellis ſuis, & Eccleſiam Cortiole cum Capellis ſuis rogatu Abbatis Nonantul. conſecrare deberet, & earum clericos promovere. Poſt hec vero pace a Mutinenſibus non ſervata, Ribaldus Mutio. Epiſcopus incooſulto & invito Ab-

(1) Due luoghi col nome di Amola o Lamola ha il Bologneſe, uno nel piano nella Pieve di S. Giovanni in Perſiceto, l' altro nella Montagna nella Pieve di S. Lorenzo in Collina. Sembra, che quì debba intenderſi quello della Collina, poichè quel Guglielmo quì nominato era di Zola. Da queſto documento perciò ſi raccoglie, che nel ſecolo XII. Lamola avea i ſuoi proprj Conti.

Digitized by Google

bate uoam de ſupradictis Eccleſiis per violentiam cnoſecravit, pro quo factn bone memorie Ildebrandus quondam Abbas preſcripti Mnoaſterii ad Concilium veoiens, quod felicis recordationis predeceſſnr noſter Iooncentius PP. in Lateran. baſilica celebravit, adverſus eumdem Epiſcopum in anteceſſores noſtri preſentia querimoniam depoſuit. Qui oimirum ante ipſos & fratres ſuns cooſtitutus, cum ſuper obiectis ſe defendere non valeret, huiuſmndi ſententiam ſubiit. Cum enim pactum illud contra multorum Rom. Pootificum privilegia Monaſterio Nonantulano indulta factum eſſe cooſtabat, predictus anteceſſor ooſter id ipſum viribus carere decrevit, & prorſus in irritum duxit, eidem Mutin. Epiſcopo precipiens, oe quid ſimile ulterius tractare preſumeret, quin potius veſtrum Monaſterium ſemper & ubique conceſſa ſibi quiete permitteret perfrui libertate (1). Nns igitur eiuſdem anteceſſnris noſtri veſtigia ſubſequentes preſcriptam ſententiam auctoritate apoſtolica cnofirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatueotes ut nulli omninn homioum liceat vos vel ſucceſſores veſtros ſnper his ullatenus infeſtare, vel hanc ooſtre confirmationis pagioam infringere vel mutare, ant aliquam exinde vobis contrarietatem inferre. Si quis autem auſu temerario id attemptare preſumpſerit, niſi reatum ſuum congrue emendaverit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius iocurrat, & excommunicatiooi ſubiaceat. Cunctis autem iſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Iheſu Chriſti, quatious & hic fructum bone actinnis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveoiaot. Ameo. Benevalete.

Sig. Alex. III.

Egn Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus ss.

Ego hubaldus Oſtienſis Epiſc. ss.

Ego Bernardus Portuen. & S. Rufine Epiſcop. ss.

Ego hubaldus presb. Card. tit. S. Crucis in Ieruſalem ss.

Ego Iobaooes presb. Card. Ss. Jo. & Pauli tit. Pamachii ss.

Egn Iohannes presb. Card. tit. S. Anaſtaſie ss.

Ego Boſo presb. Card. S. Pudentiane tit. Paſtoris ss.

Egn Theodinus presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtine ss.

Ego Iaciotus Diac. Card. S. Marie in Coſmydin. ss.

Ego Ardicio diac. Card. S. Theodori ss.

Ego Cynthius Diac. Card. S. Adriani ss.

Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum ss.

Ego Hugo diac. Card. S. Heuſtachii iuxta templum Agrippe ss.

Ego Petrus diac. Card. S. Marie in Aquiro ss.

Dat. Beneventi per manum Gratiani S. Rom. Eccleſie Subdiacooi & Notarii V. Idus Iunii. Indict. . . . . . . MCLXVIII. Pontificatus vero domini Alexandri PP. III. anno VIIII.

CCCXXIII.

Apographum authenticum in Archiv. Nonant.

1168.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Alberto Abbati Monaſterii S. Silveſtri de Nonantula eioſque fra-

(1) La Bolla d'Innocenzo II. accennata qui, e confermata da Aleſſandro III. appartiene all'anno 1139., e l'abbiam pubblicata a ſuo luogo. Amendue queſte Bulle furono poſcia dal Pontefice Pio IV. con ſoa Bolla, che trovaſi nell'Archivio della Badia, de' 10. di Febbrajo del 1561. noovamente confermate inſieme con tutti i privilegj e le eſenzioni e la totale indipendenza da qualunque Veſcovo alla Badia medeſima già concedute.

fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum ſalutem & apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolice ſedis auctoritate debitoque compellimur pro univerſarum Eccleſiarum ſtatu ſatagere & earum quieti, que ſpecialius eidem Sedi adherent, auxiliante Domino ſalubriter providere (1). Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus benignitate debita duximus annuendum, & prefatum Nonantulanum B. Silveſtri Monaſterium, cui auctore Deo divino eſtis obſequio mancipati, quod utique ab Aſtulpho Longobardorum Rege eiuſdem loci fundatore Beato Petro oblatum eſt, predeceſſorum noſtrorum fel. mem. Leonis, Alexandri, Paſchalis, Calixti, Innocentii, Eugenii & Anaſtaſii Romanorum Pontificum veſtigiis inherentes ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & apoſtolice ſedis privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & B. Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, ipſum vid. Caſtellum Nonantulanum, Caſtellum vetus, & Eccleſiam cum capellis ſuis, Gallianum, Catilianum (2), Fananum, & Eccleſiam cum Capellis ſuis, Lizanum (3), Sclopanum, & Eccleſiam cum capellis ſuis, Samonum, Campilium (4), Maranum (5), Montem Oliveti (6), Pratum Albini, Monaſterium S. Lucie cum Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Eccleſiam SS. Trinitatis de Samogia (7), Manzulinum (8), Tavialum (9), Raſtellinum (10), Sanctam Mariam in grumulo, Spinam Lamberti (11), Solariam (12), Roncaliam & Eccleſiam cum Capellis ſuis, Camuranam & Eccleſiam cum Capellis ſuis, Curtiolam & Eccleſiam cum Capellis ſuis (13), Siccum (14), Caſtellum pelavi (15), trecentulam & Eccleſiam cum Capellis ſuis, Bondenum (16), Nogariam (17), Caſtellum Cellulam, & Marchaliam cum pertinentiis eorum (18); preterea Caſtrum Cellule, Curtem Raguſe, & Caſtellum Tedal-

(1) Queſta Bolla fu poi confermata da Celeſtino III. con altra ſua Bolla dell' anno 1191. di cui nell' Archivio Nonantolano ſi ha una copia del ſecolo XIV. e nell' Eſtenſe un' altra copia autenticata in Bologna l' anno 1280., ed è anche ſtampata, ma con molti errori, dopo il Sinodo del Card. de Angelis. Eſſa è ſoſtanzialmente la ſteſſa che quella, che or pubblichiamo di Aleſſandro III. Ma molte coſe vi ſono aggiunte in ciò che appartiene a' poſſedimenti della Badia, onde laſciando di darla nuovamente in luce, verrò ſolamente notando ciò che intorno ad eſſi vi ha di variante.

(2) *Cæl.* Catinianum.

(3) *Cæl.* Lizanum & plebem cum Capellis ſuis.

(4) *Cæl.* Campilium cum Eccleſia ſua.

(5) *Cæl.* Maranum cum Eccleſia ſua, Eccleſiam S. Mariæ in tortilian.

(6) *Cæl.* Montem Oliveti cum Eccleſia ſua.

(7) *Cæl.* S. Trinitatis de Savigno.

(8) *Cæl.* Manzulinum cum Eccleſiis ſuis.

(9) *Cæl.* Tavialum cum Eccleſia ſua.

(10) *Cæl.* Raſtellinum cum Eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis.

(11) *Cæl.* Spinam Lamberti cum Eccleſia S. Bartholomei.

(12) *Cæl.* Solariam cum Eccleſiis ſuis, Sorbariam cum Eccleſia S. Laurentii.

(13) *Cæl.* *add.* Cellam S. Mariæ de bruſadicia cum pertinentiis ſuis.

(14) *Cæl.* Siccum cum Eccleſia S. Johannis & cum capellis ſuis, plebem de bondeno cum capellis ſuis, Eccleſiam S. Marie de Canetulo, que dicitur Prabovino.

(15) *Cæl.* Caſtellum Pelagi, Caſtellum quod dicitur Crepacor cum Eccleſia S. Johannis.

(16) *Cæl.* Bondenum cum Eccleſiis & omnibus pertinentiis ſuis.

(17) *Cæl.* Nogariam cum Eccleſiis & pertinentiis earum.

(18) *Cæl.* Caſtellum Cellulam cum Eccleſia S. Silveſtri, & Marzaliarum cum pertinentiis ſuis.

daldi (19), cum omnibus allodiis, que in Comitatu Ferrarienſi Booifacius Marchio adquiſita poſſedit, veſtro in perpetuum Mooaſterio confirmamus, que Comitiſſa Matildis de oblatiooe quam Sancto Petro & Romaoe Eccleſie dederat, vobis olim dediſſe cognoſcitur ſub cenſu ſcilicet unius aurei annuo. In Papienſi Civitate Eccleſiam Saocti Quilici, io Placeotio. Eccleſiam S. Silveſtri, in Montecelli Eccleſiam S. Georgii, in Cremona Eccleſiam S. Silveſtri, Eccleſiam S. Crucis, & Eccleſiam S. Benedicti, in Parmen. Eccleſiam S. Silveſtri (20), in ſuburbio Vincentie cellam S. Silveſtri, & Cellam S. Marie in Fabrica, in Libertioo Eccleſiam S. Silveſtri, in Monte ſilice Eccleſiam S. Danielis cum omoibus ad ipſam pertineotibus, in ſuburbio Padue Eccleſiam S. Leonardi a bone mem. Belioo Paduaoo Epiſcopo canonice vobis cooceſſam (21), in tervifina Giviiate Eccleſiam S. Marie & S. Fuſce cum libertate & Capellis & omoibus ad eam pertinentibus (22). Saoe oec Mutinenſi omnioo nec alicui cuicumque Epiſcoporum vel Principum ſeu alicui Eccleſiaſtice ſecularive perſone liceat ſupradicto Monaſterio aut eius cellis vel Eccleſiis aliiſve poſſeſſionibus gravamen inferre, exactiooes imponere, placitum atque colloquium preter Abbatis ac Fratrum voluntatem indicare vel tenere. Sepulturam qooque ipſius Monaſterii liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni ac extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, oullus ibi qualibet ſubreptione aſtutia ſeu violeotia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars cooſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & D. Benedicti regulam providerint eligeodum, qui nimirum ad Apoſtolice Sedis Preſulem cooſecraodus accedat. Criſma vero, oleum Sanctum, Coofecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promoveodi, ſive Clericorum eiuſdem Monaſterii cellis vel Eccleſiis pertioentium, a quo malueritis Catholico ſuſcipiatis Epiſcopo, ſi quidem gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate exhibere voluerit. Non enim Epiſcoporum cuiquam permittimus iovito Abbate in Monaſterio veſtro vel Monaſterii cellis ſeu Eccleſiis ordinatiooes facere, Miſſas publicas celebrare, vel earum decimas ven-

(19) *Cal.* Caſtellum Tedaldi cum Eccleſia S. Johannis.

(20) *Cal. add.* In Mantua Eccleſia S. Silveſtri, in Verona Eccleſia SS. Silveſtri & Pauli.

(21) *Cal. add.* S. Silveſtri de Miſtrino cum omnibus pertinentiis ſois.

(22) *Cal. add.* In territorio Motinenſi Eccleſiam S. Salvatoris de Monterione, Eccleſiam S. Johaonis de gajo, Eccleſiam S. Ambroſii, Eccleſiam S. Johannis de runco, Eccleſiam S. Johannis de panario, Eccleſiam S. Aotonii, Eccleſiam de bagazano, Eccleſiam S. Petri de Rubiario, Eccleſiam S. Marie de Riedoto, Eccleſiam S. Martini in Cotian, Eccleſiam S. Damiani de Raverioo, Eccleſiam S. Marie de ſolio, Eccleſiam S. Nicolai de palata, Eccleſiam de rooco prepoſiti, Caſtellum Verax cum Cella S. Gregorii. In Civitate Bonon. Eccleſiam S. Georgii prope burgum novum, Eccleſiam S. Silveſtri de boſco, & Eccleſiam S. Marie in Farneto cum omnibus pertioentiis ſuis. In Thuſcia apud Florentiam Eccleſiam S. Felicis cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Michaelis, Eccleſiam S. Marie io Mamma in caſtro S. Mariani cum omnibus Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Curtem de Avena cum Eccleſiis & pertinentiis ſuia, Eccleſiam S. Marie in Valle fabrica cum Caſtellis & omnibus Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Caſtrum Saſſiferrati cum Eccleſiis & omnibus pertinentiis ſois, Eccleſiam S. Petri de Agillon. cum omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum Venatoris cum Eccleſiis & omnibus pertioentiis ſois, Eccleſiam S. Habundii cum omnibus pertinentiis ſuis, Collem gaudicli cum Eccleſia S. Marie & cum omoibus pertinentiis ſuis, Ferbola cum Eccleſia S. Marci cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Marie in Gotan. cum omnibus pertinentiis ſuis, S. Marie in portum cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Aogeli in Caſale cum pertinentiis ſois, Caſtellum de Mare cum pertinentiis ſuis, Caſtellum quod dicitur Cooca cum pertinentiis ſuis.

vendicare, nec de ipſo Monaſterio vel eius rebus reſcriptum ſubripere, aut quolibet modo impetrare cuique perſone facultas ſit. Quod ſi forte preſumptum fuerit, irritum penitus habeatur. Nec Epiſcopis facultas ſit Monaſterii veſtri clericos ſine tui conſenſus deliberatione interdictionis aut excommunicationis ſententia cohercere. Porro illa dignitatis inſignia, quibus predeceſſores tui inter Miſſarum ſolemnia uſi noſcuntur, nos perſone tue ex Apoſtolice Sedis benignitate concedimus, ut videlicet in diebus ſolemnibus ad Miſſarum officia celebranda Dalmatica, Mitra, Cerothecis, & ſandaliis induaris. Ad hec adiicientes decernimus, ut nulli omnino hominum fas ſit prefatum cenobium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut iniuſte datas ſuis uſibus vendicare, minuere, ſeu temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ut in omnibus ſemper Apoſtolice Sedis, cuius eſt proprium, munimine ac protectione congaudeat, ſalva eiuſdem ſancte Sedis Apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetua iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

✠ Sig. Alex. PP. III.

Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus SS.

Ego hubaldus Oſtienſis Epus SS.

Ego Bernardus Portuen. & S. Rufine Epus SS.

Ego Iohannes Presb. Cardin. SS. Io. & Pauli tit. Pamachii SS.

Ego Iohannes Presb. Card. tit. S. Anaſtaſie SS.

Ego Theodinus Presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtine SS.

Ego Yacintus Diac. Card. S. Marie in Coſmydyn SS.

Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori SS.

Ego Cynthius Diac. Card. S. Adriani SS.

Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum SS.

Ego Hugo Diac. Card. S. heuſtachii juxta templum Agrippe SS.

Ego Petrus Diac. Card. S. Marie in Aquiro SS.

Dat. Beneventi per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii V. Id. Iun. Indict. I. Incarn. Domin. anno MCLXVIII. Pontificatus Domini Alexandri PP. III. anno VIIII. (23).

CCCXXIV.

(23) Le ſottoſcrizioni alla Bolla di Celeſtino III. ſon le ſeguenti.

Ego Celeſtinus Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus SS.

Ego Johannes Preneſtinus Epiſcopus SS.

Ego Gandulfus Presb. Card. Baſilice XII. Apoſtolorum SS.

Ego Petrus tit S. Cecilie Presb. Cardinalis SS.

Ego Petrus Presb. Card. S. Petri in Vincula tit. Eudoxie SS.

Ego Jordanus Presb. Card. S. Pudentiane tit. Paſtoris SS.

Ego Rufinus tit. S. Praxedis Cardin. Ariminenſis Epiſcopus SS.

Ego Romanus tit. S. Anaſtaſie Presb. Card. SS.

Ego Johannes tit. S. Stephani in Celio monte SS.

Ego Cynthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. SS.

Ego Bernardus S. Marie Nove Diaconus Card SS.

Ego Gratianus SS. Coſme & Damiani Diac. Card. SS.

Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card. SS.

CCCXXIV.

Autographum in Archiv. Nonant.

1169.

IN nomine domini noſtri Iheſu Chriſti Indictione ſecunda undecimo die intrante menſe Aprilis regnante frederico imperatore anno imperii eius quartodecimo. Ea quidem que geſta eſſe videntur prolixis temporibus memoriter retineri non poſſunt; ideo ſcripture vinculis annotari equum eſt. Et ideo in dei nomine ego Ildebrandus ſancte romane eccleſie presbiter Cardinalis atque Legatus controverſiam habitam inter abbatem albertum Nonantulanum & Epiſcopum henricum mutinenſem, qui lovoletum de Solaria iuris & proprietatis Nonantule Eccleſie invaſiſſe dicebatur, ſcriptis mandari precepimus. Ipſe predictus abbas nobis per generalem Legacionem quam in Italia habemus de jam dicto epiſcopo conquerebatur: unde eum ad racionem faciendam vocavimus, qui impedimentum pretendens ad nos tunc venire ſcripſit non poſſe. Abbas vero hoc audiens per Legatos ſuos ſummum Pontificem adivit, & de iam dicto lovoleto & de ſacerdote capto conqueſtus eſt. Unde Apoſtolicus Epiſcopo mandavit, quatinus vel poſſeſſionem relinqueret & denarios ablatos ſacerdoti redderet, vel plenam iuſticiam de utroque coram nobis abbati faceret. Nos vero domni Apoſtolici mandato ad hoc faciendum iterum mandavimus, & certum terminum & locum ei prefiximus. Ille tamen ſuas occaſiones pretendens ad nos venire diſtulit; quare ei ſub debito hobediencie precipiendo mandavimus, ut viſis noſtris litteris infra octo dies denarios ſacerdoti redderet, quod non fecit; & nobis cum ſciret apud placentiam vel parmam eſſe, occurreret, abbati de lovoleto racionem facturus. Interim domnus Apoſtolicus litteras ſuas nobis direxit, ut infra XXX. dies eum racionem faciendi abbati vocaremus; quod ſi venire contemneret, fretus domni Apoſtolici auctoritate ſine apellacionis remedio abbatem nonantulanum in poſſeſſionem intromitteremus. Noſque magis miſericordiam quam ſeveritatem ſequi volentes non ſolum XXX. verum & ultimum ſexaginta dierum ſpacium ei indulſimus; qui tandem ad curiam veniens querimonie libellum contra abbatem factum nobis porrexit. Nos vero alium terminum ſtatuentes ad controverſie locum cum iam dicto epiſcopo & abbate ivimus, Abbaſque, qui primo propoſuerat, primo agere volebat. Ille vero contra. Ad eius tamen improbitatem convincendam abbatem ſatiſdare compulimus ut abbatis atque epiſcopi permixtim ratione audita, primo poſſeſſoris abbatis cauſa diffinita plenam racionem ei factarum. Nec tamen hoc volens epiſcopus ad romanam ſedem appellavit, & apoſtolos peciit. Sed cum non a nobis, ſed a domno apoſtolico videatur appellaſſe, cum ab exſecutore non ſit appellandum niſi in caſu, freti domni apoſtolici auctoritate atque mandato, ei poſſeſſionem reddidimus, & per miſſum noſtrum buccadeferro in predictam poſſeſſionem introire fecimus. Hoc actum fuit in Canonica Sancte marie de Solaria.

Et rogavit predictus dominus Ildebrandus ſancte romane eccleſie Cardinalis atque Vicarius omnes ibi adſtantes huius rei teſtes eſſe, quorum nomina ſunt hec ideſt Magiſter Petrus de ſangemino clericus & ſubdiaconus romane eccleſie Prepoſitus epiſcopatus Ferrarie, Gilius de novis, Magiſter Conradus de carpo, Conradus Cremomenſis, Man-

Ego Soffredus S. Marie in via lata Diac. Card. SS.
Ego Gregorius S. Marie in Portico Diac. Card. SS.
Ego Gregorius S. Marie in Aquiro Diac. Card. SS.
Ego Gregorius S. Georgii ad velum aureum Diac. Card. SS.
Ego Nicolaus S. Marie in Coſmedin Diac. Card. SS.
Dat. Rome apud S. Petrum per manum Egidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. VI. Id Ian. Anno Incarn. Domin. MCXCI. Pontificatus vero D. Celeſtini PP. III. anno primo.

Digitized by Google

Manfredus Cardinalis Camerarius, presbiter adam de nonantula, Magiſter daiſerius de benevento, Cattanus iudex piſanus, Aldigerius iudex Nonantulanus, Guidotus iudex, Azo iudex Nonantulanus, Tebertus de ſalſabrina & anfoſſius frater eius, Guidotus de panzo, Girardo de monaſterio, Bulgarus de Bulgaris, Presbiter adigerius de ſregnano, Teuzo de Alberico de ceula, Lanfrancus de roardo, Buccadeſerro inveſtitor & teſtis.

Ego Ildebrandus ſancte romane Eccleſie presbiter Cardinalis baſilice XII. Apoſtolorum & apoſtolice ſedis Legatus.

Et ego Rogerius ſacri palacii & nonantulane Eccleſie tabellius mandato domini Cardinalis hec omnia ſcripſi.

CCCXXV.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

circa 1170.

ILdebrandus dei gratia ſancte Romane Eccleſie presbiter Cardinalis apoſtolice Sedis legatus omnibus in noſtra legatione conſtitutis ad quos littere iſte pervenerint ſalutem & benedictionem. Quantum ad peccatorum veniam promerendam eleemoſinarum largirio . . . . dominus ac redemptor noſter oſtendit in evangelio dicens. *Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*. Et alibi: *Date eleemoſinam & ecce omnia munda ſunt vobis, quia ſicuti aqua extinguit ignem, ita eleemoſina extinguit peccatum*. Et ubi eſt maior neceſſitas ibi propenſiori ſtudio adhibenda eſt largitas. Noſtis enim Monaſterium Nonantulanum tantis quondam divitiis fuiſſe auctum, quod quelibet eccleſia de italia ejus comparacione videbatur pauperrima. Procedente tamen tempore tam ab imperatoribus quam a ducibus nec non ab Epiſcopis circumſtantibus & ab eiuſdem eccleſie vaſſallis eſt in tantum aſſicta, quod antiquitatis comparacione videtur ipſa domus quaſi deſtructa. Preſentialiter tamen non modicam eiſdem aſſlictionem porrexit . . . . . . quod omnes eiuſdem monaſterii ceciderunt in terra triphune(1). Cum igitur . . . . . deſtructas eccleſias reedificare quam de novo edificare, fraternitati veſtre . . . . in peccatorum veſtrorum remiſſionem vobis iniungimus, quatenus de facultatibus vobis a deo preſtitis ad illius eccleſie reſtaurationem veſtras eleemoſinas mittatis, ſcientes, quod quicumque ſibi eleemoſinam fecerit, his qui vere penitentiam acceperint, ex parte dei & beatorum apoſtolorum petri & pauli eiuſdem . . . . XL. dies de criminalibus & tertiam partem de venialibus indulgemus.

CCCXXVI.

Fragmentum proceſſus Autograph. in Arch. Nonant.

circa 1170.

BRuno Monachus iuratus dixit, quod Abbas Albertus nonantulanus, qui fuit monachus fructuarienſis, miſit eum cremonam dicens: vade ad monaſterium ſancti benedicti, & dicas ſanctimonialibus, quod volo ei dare abbatiſſam Luciam, mortua enim erat abbatiſſa earum; qui cum veniſſet illuc, & dixiſſet eis quod abbas mandaverat, dixerunt ſanctimoniales: Domine rogamus dominum abbatem, rogamus vos, ut non detis nobis extraneam abbatiſſam, neque incognitam dominam, ſed unam de nobis preficiatis nobis, & intimaverunt ei, quod volebant habere anaſtaſiam. Qui cum rediſſet ad abbatem, & retuliſſet verba earum, remiſit eum iterum abbas ad eas dicens;

(1) Deeſi intendere che tutte le caſe, e anche la Chieſa medeſima di Trifune (*V. l'Indice Geograf.*) erano rovinate.

cens; vade illuc, & ſi concordes fuerint in electione illius, confirma electionem earum. Qui rediens illuc, ſanctimoniales elegerunt anaſtaſiam concorditer, & ipſa anaſtaſia electa, & domina berta, & quedam alie ſeniores promiſerunt obedientiam in manu ipſius Brunonis vice abbatis. Dixit etiam, quod quando revertebatur ab imperatore de papia, venit illuc, & queſivit ab eadem abbatiſſa & a berta, que gratanter receperant eum ſicut dominum ſuum: Quid eſt hoc, quod vos rebellaſtis ita Eccleſie nonantulane? Et ille dixerunt: non eſt hoc, domine, noſtre voluntatis, ſed papa octavianus vocavit nos ad ſe, & precepit nobis in virtute ſpiritus ſancti, ut non obediremus abbati & eccleſie nonantulane (1). Sed ſi dominus dederit pacem eccleſie, nos erimus ad voluntatem domini abbatis. Dixit, quod quando fuit in electione abbatiſſe anaſtaſie, moram fecit apud ſanctam crucem, & ibat illuc, & cantabat ibi miſſam, & ſerviebant ille ſibi ſicut domino ſuo. Interrogatus ſi vidit obertum (2) ponere ibi abbatiſſam, dicit: ita; quia poſtquam fuit electa anaſtaſia in preſencia ipſius, & poſtquam ipſe firmavit electionem eius, ſanctimoniales dixerunt ei: domine vellemus, quod dominus epiſcopus veniret huc, & venirent cum eo multi, & ſentiret eccleſia iſta beneficium de adventu eius; & ipſe dixit: timeo, ne quandoque noceat eccleſie nonantulane, & ipſe dixerunt; numquam potuerunt nocere. Et ita conſenſit eis, & ipſe vocaverat eum, & ipſe preſens erat in eccleſia quando ipſe erat in choro, & commonuit abbatiſſam & ſanctimoniales, & facta commonicione honeſte ſatis & bene, ſicut iſte dicit, avoluit caput abbatiſſe palla altaris. Interrogatus ſi vidit ibi presbiteros poni per eumdem epiſcopum, vel alia fieri ibi per eum, dixit, non. Factum abbatiſſe fuit citra XX. annos.

Oddo Monachus & presbiter iuratus dixit, quod ipſe morabatur apud ſanctam crucem, & vidit, quod ipſe & alii monachi, qui erant ibi, tenebant monaſterium ſancti benedicti ſicut ſuum pro abbacia nonantulana, & recipiebant ſervicium ſanctimonialium ſicut converſarum ſuarum; & iſte & alii celebrabant ibi divina, unuſquiſque viciſſim in ſeptimana ſua. Dixit quod ſigezo, qui erat prior dicte ſancte crucis, rogatus a ribaldo de fredellando velavit filiam predicti ribaldi, & fecit eam ibi monacham vice abbatis Nonantulani. De electione abbatiſſe anaſtaſie & de adventu epiſcopi in eodem loco dicit id quod bruno. Interrogatus, ſi vidit ibi Epiſcopum cremone ponere abbatiſſam, non niſi quod dictum eſt. Set presbiter intruſus fecit ibi abbatiſſam filiam fredelandi nobis contradicentibus ſibi ex parte dei & domini pape & eccleſie nonantulane, & non dimiſit propter hoc, & hanc eamdem, que modo eſt, & dicit eſſe ibi poſitam per eumdem intruſum.

Presbiter Iohannes iuratus dixit, quod ipſe erat puer apud ſanctam crucem, & ipſe ibat cum eis ad celebranda ibi divina officia, & ille ſerviebat eis de veſtimentis eorum, & vidit, quod prior Gregorius intrabat capitulum earum cum eis. Dicit quod filia boni pellizarii fuit ibi recepta in converſam preſentibus monachis ſancte crucis. Interrogatus, ſi vidit ibi ponere abbatiſſam vel presbiteros per epiſcopum obertum, dixit, non.

Reverſus Oddo Monachus dixit, quod fuit cum priore ſancte crucis in colloquio quodam cremone apud ſanctum Laurencium,

& ibi

(1) Il Card. Ottaviano fo eletto Antipapa nel tempo ſteſſo in cui fu eletto il vero Pontefice Aleſſandro III. cioè l'anno 1159. Ei preſe il nome di Vittore III. e coll'appoggio dell'Imp. Federigo I. ebbe in ſuo favore molti Veſcovi e molte Città Italiane, e fralle altre Cremona; ove queſto documento ci moſtra, ch'ei trattenneſi per qualche tempo. Ei finì poſcia di vivere l'anno 1164.

(2) Intendeſi il Veſcovo Oberto, che reſſe la Veſcovil Sede di Cremona dall'anno 1117. fino al 1167.

& ibi erant archidiaconus & prepoſitus & plures de canonicis maioris ecclesie, & abbas ſancti Laurencii, & alii multi, & cum tractarent de ſtatu ecclesie, & quomodo deberent eſſe in unitate contra ſciſmaticos, dixit prior ſancte crucis: Quomodo poſſumus nos eſſe vobiſcum & laborare vobiſcum? Vos abſtuliſtis nobis monaſterium ſancti benedicti, & facitis nobis inde iniuſticiam. Et iſte, qui modo eſt epiſcopus (3), & abbas ſancti Laurencii dixerunt: Satis cognovimus iuſticiam veſtram. Si Deus dederit pacem ecclesie, faciemus vobis, quod iuſtum erit, eiicietur iſte de epiſcopatu (4), & facta ſua non ſtabunt. Et dicit quod epiſcopus cantavit miſſam, quando vocatus fuit pro anaſtaſia, & quod bruno monachus accepit anaſtaſiam per manum, & poſuit eam in ſede preſente epiſcopo, & cantaverunt: te deum laudamus.

Lanfrancus monachus iuratus dixit, quod abbas veniens de pergamo acceſſit ad ſanctum benedictum, & intravit capitulum, & iſte intravit cum eo, & abbatiſſa promiſit obedientiam abbati, & omnes alie ſanctimoniales ſimiliter. Interrogatus de nomine abbatiſſe, dixit ſe neſcire nomen eius, ſet circa XV. annos ſunt, quod hic fuit, & dixit, quod dedit tunc ei abbatiſſe VI. ſolidos pro procuratione abbatis. Interrogatus de queſtionibus, dicit, non.

Presbiter bonus iuratus dixit, quod cum eſſet in etate quaſi XV. annorum prior Gregorius ſancte crucis poſuit eum ad monaſterium ſancti benedicti, ut haberet ibi victualia; & fuit ibi tempore abbatiſſe cecilie pluſquam per annum, & plus XXX. anni ſunt; & videbat, quod illi de ſancta cruce & de ſancto ſilveſtro ſerviebant in divinis officiis ecclesie ſancti benedicti, & vidit, quod prior ſancte crucis intrabat capitulum ſancti benedicti, & commonebat eas & diſciplinabat eas; & avorum, & communis fama erat, quod ecclesia illa erat monaſterii nonantulani, & abbatiſſa & priores ſue ita obediebant priori ſicut domino ſuo. Interrogatus de queſtionibus, dicit, non.

Presbiter Giſlimerius iuratus dixit, quod cum eſſet puer ibat cum priore ſancte crucis ad ſanctum benedictum, & cantabant ibi divina, & videbat quod abbatiſſa & ſorores ſerviebant eis tamquam dominis ſuis, & vidit, quod prior Gregorius intrabat capitulum cum eis, & monebat eas. Vidit etiam, quod abbatiſſa Cecilia venit ad abbatem andream apud ſanctam crucem, & miſit ei piſces & alia. Interrogatus de queſtionibus, dicit, non.

Donnus albertus monachus iuratus dixit, cum ipſe eſset prior ad ſanctam crucem, ivit ad ſanctum benedictum; cum eſset ibi, poſt multa verba peciit ſervicium ab eis, dicendo quod mirabatur, quod non ſerviebant ei, ut ſolite erant & debebant, que reſpondentes dixerunt: nos non audemus, quia papa octavianus interdixit nobis in virtute ſpiritus ſancti, ne obediamus vel ſerviamus Ecclesie Nonantulane, neque parando fictum, neque alio modo, niſi prius redierit ad mandatum Ecclesie Romane, & ſemel exigent ſervicium . . . . . . ipſa anaſtaſia reſpondens dixit: ſi alter eſset . . . . jam ei reſponderem, quod non facimus iſta ſervicia ex debita ſubiectione, ſed ex propria voluntate. Et cum perveniſset ad mortem, ivit ad eam, & manus ſuas manibus prioris impoſuit. Et defecta venit, & miſsam maiorem cantavit, & cum intruſus ea defecta . . . . precepit monachis, ut electionem facerent, ſed ſtatim cum audiſſet . . . . . . ad ecclesiam nonantulanam, eandem contradictionem fecit ſalvius alduinus, nec tamen propter hoc dimiſerunt, imo venturam elegerunt: ea defecta vicini duo

(3) Cioè Offredo, che in queſt'anno 1170. fu eletto Veſcovo di Cremona, e che vedrem nominato altre volte.

(4) Pare, che debbaſi intendere dello ſteſſo Veſcovo Oberto, il quale eſſendo ſeguace di Federigo I., dovea perciò eſſere conſiderato come ſciſmatico.

Digitized by Google

duo venerunt ad eom, ut veniret ad faciendas ei obſequias; ſed ille ooluit venire, & ea ſepulta elegerunt martam, que ounc eſt, cui ſequenti die per ſuos nuncios contradixit. Poſtea veniente feſto ſancti benedicti & eſtate, vocatus eſt ab ipſa, & ivit illuc cantaodi . . . . . . divina officia ſecundum conſuetudinem ſuorum anteceſsorum, qui accitus ivit, & divinum celebravit . . . . . poſtea comedit in refectorio, & in loco abbatiſse ſedit (5).

CCCXXVII.

Apographum vetus in Archiv. Nonant.

1170.

Ego Odo dei gratia ſancte Romaoe Ecclesie diaconus Cardinalis & apoſtolice Sedis legatus (1) notum fieri volo tam preſentibus quam futuris, quod cum eſſem briſie cauſa que vertebatur inter Albertum Abbatem Nonantulanum & Offredum Cremonenſem Epiſcopum ſuper eccleſia Sancti benedicti de cremona Dominus PP. Alexander mihi cognoſcendam terminandamque contulit. Partibus itaque in preſentia mea conſtitutis poſtulavit Abbas & pars ſua predicti Monaſterii poſſeſſionem ſibi reſtitui que quidem intertuibata & ablata ſibi videbatur a tempore octaviani ſciſmatici & hereſiarche, qui Cremonam venieos interdixit Abbatiſſe & ſanctimonialibus eiuſdem Monaſterii S. Beoedicti, ut Abbati Nonaotulano de cetero oon obedirent, quia abbas Nonaotulanus obedientiam predicti ſciſmatici recuſabat. Dicebat etiam abbas & pars ſua, quod Monaſterium Nonantulanum & Abbates, qui pro tempore ibi fuerunt, predictum Monaſterium S. Benedicti a quinquaginta annis & a longiſſimis retro temporibus tamqnam proprium poſſederant per inſtitutiooem Abbatiſſarum, per ordioationem ſanctimonialium, & per inſtitutionem in eodem monaſterio converſorum & converſarum, per obedientiam ab abbatiſſa & a ſanctimonialibus Abbatibus & nuotiis eorum exhibitam, per correctiooem ab Abbatibus & ipſorum nuntiis in abbatiſſam & io ſorores factam, per receptionem que ipſi Abbates & nuntii eorum ab Abbatiſſa & conventu recepti ſunt, & quia procurationes ab abbatiſſa & ſorores (*ſic*) abbatibus Nonantulaois Cremonam venientibus exhibuerint, & quia divina officia Abbates & nuntii eorum per ſe ipſos & presbiteros ab eiſdem inibi conſtitutos populo exhibuerant. Et ad hec omnia comprobanda Abbas teſtes ſuos produxit. Epiſcopus vero & pars ſua contra reſpodit ſe hec omnia ignorare; ſet dicebat ſe poſſediſſe predictum monaſterium a quatraginta annis & amplius per inſtitutionem abbatiſſarum & ſanctimonialium & converſorum & converſarum & etiam presbiterorum, per auctoritatem preſtitam venditioni rerum monaſterii, per eremitorium ſua auctoritate iuxta monaſterium inſtitutum & deſtructum, & quia iure communi tamquam intra epiſcopatum ſuum conſtitutum predictum monaſterium ad ſe pertinere dicebat; & hec omnia predictus Epiſcopus teſtibus ſuis comprobare nitebatur. Abbas vero ſe ſupradicta oeſcire profitebatur, ſet ipſum Monaſterium S. Benedicti in ſuodo ſuo edificatum dicebat, inducens in argumentum ceoſum publicum, quem uſque ad tempora noſtre cognitionis perceperat, & quia circumquaque terra monaſterii ſuit eſſe dicebatur, & quia inſtrumentum quoddam publicum in medio producebat, quod a ſeptuaginta annis confectum erat, quod quidam viri & femine omnia ſua monaſterio S. Silveſtri cootulerant, quia in eodem monaſterio S. Be-

(5) Si aggiungono altre depoſizioni, nelle quali però non ſi fa che ripetere le coſe già dette.

(1) Egli è il Card. Oddone di Breſcia, di cui ſi è detto più ſopra.

Benedićti tamquam in propria Eccleſia S. Silveſtri ſe reddiderant. Auditis itaque & diligenter inſpećtis allegationibus utriuſque partis, epiſcopi videlicet Cremone & Abbatis Nonantulani, talem inter eos de eodem monaſterio ſententiam promulgavimus. Reſtituimus enim poſſeſſionem de ipſo Monaſterin Abbati Nonantulano, & per ipſum monaſterio ſuo, que per Oćtavianum ſciſmaticum & hereſiarcam monaſterio nonantulano ablata ſeu interturbata fuerat, quando Cremnnam veniens, ſicut teſtibus comprobatum eſt, precepit abbatiſſe & ſororibus, ur de cetero Abbati & Eccleſie Nonantulane non obedirent, & eum in hunc modum poſſeſſorem dićti Monaſterii conſtituimus, & ut de cetero Abbates Nonantulani ipſum Monaſterium S. Benedićti in pace poſſideant iudicamus, ita videlicet ut Abbatiſſa que pro tempore eligenda fuerit a conventu Sanćtimonialium conſilio Abbatis ſeu nuntii ſui, quem ad curam illius Monaſterii deſtinaverit, eligatur: ſimiliter & ſorores, converſi & converſe, que pro tempore ibi ſubſtituende fuerint, ab Abbatiſſa & aliis ſororibus cum conſilio & aſſenſu Abbatis ſeu nuntii ſui eligantur & recipiantur. Elećta autem Abbatiſſa domino Cremonenſi Epiſcopo repreſentetur, qui eius elećtionem ſine difficultate & procraſtinatione confirmet, & ei manum benedićtionis impertiat: ſimiliter & ſanćtimonialibus velum & benedićtionem impendat. Si de elećtione abbatiſſe inter ſorores contentin oborta fuerit, per Abbatem ſeu per nuntios ſuos ſopiatur. Abbatiſſa autem cum ordinata fuerit obedientiam Abbati ſeu nuncio ſuo promittat. Similiter & ſanćtimoniales cum interpellate fuerint ab Abbatibus ſeu nunciis eorum ipſis Abbatibus vice Abbatis obedientiam promittant. Statuimus etiam ut Abbatiſſa & Sanćtimoniales in diſciplina & correćtione Abbatibus ſeu nunciis eorum vice Abbatis ſubiaceant. Abbates illuc venientes tamquam domini hnneſte recipiantur, & reverentiam & devotionem eis tamquam patribus ſuis abbatiſſa & conventus cum conſilio Abbatis ſeu nuntii ſui & ſanćtimoniales exhibeant, & ad procuratinnem eorum debita & conſueta obſequia conferant. Hec omnia ita expoſuimus, quia ita teſtibus Abbatis comprobata eſſe videntur. Presbiter autem qui ad exhibenda populo divina obſequia pro tempore in Eccleſia S. Benedićti ponendus fuerit ab Abbatiſſa & conventu cum conſilio Abbatis ſeu nuntii ſui inveniatur talis, qui merito vite & ſcientie non debeat refutari. Inventus autem domino Epiſcopo repreſentetur, qui elećtionem presbiteri ſine difficultate & moleſtia confirmet, & eum in Eccleſia S. Benedićti Capellanum conſtituat, & de cura animarum eum inveſtiat, niſi, quod abſit, talis fuerit, qui evidenter repudiandus eſſe videatur. Et ipſe presbiter ei tamquam Epiſcopo ſuo obediat, & de cura animarum ei reſpondeat. Aćtum eſt hoc Briſcie apud S. Petrum in Oliveto temporibus dumini Alexandri pp. tertii anno pontificatus eius undecimo, anno Dominice Incarnationis MCLXX. menſe Martii die quinta.

CCCXXVIII.

Apographum in Cod. Rom. Nonant.

1170.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilećtis filiis Alberto Abbati & fratribus Monaſterii Nonantulani ſalutem & apoſtolicam benedićtionem. Ea que ab Apoſtolice Sedis legatis ordine judiciario ſunt terminata & congruo fine deciſa, perpetua debent firmitate muniri, & apoſtolice tuitionis munimine roborari. Inde eſt quod nos veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, diffinitionis ſententiam, quam dilećtus filius noſter Oddo S. Nicolai in carcere tuliano diaconus Cardinalis apoſto-

Digitized by Google

ſtolice ſedis Legatus inter vos & venerabilem fratrem ooſtrum Offredum Cremonenſem Epiſcopum ſuper Eccleſia Sancti benedicti de cremona ordioe judiciario pronuntiavit, ſicut in ejus autentico ſcripto exinde facto continetur, ratam & firmam habemus, & eam auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut oulli omnioo hominum liceat hanc paginam noſtre coofirmationis iofringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & pauli Apoſtolorum ejus ſe ooverit incurſurum. Dat. Verul. VI. Kal. Mad.

CCCXXIX.

Autographum in Arch. Nonant.

1170.

IN nomioe ſancte & individue Trinitatis aooo Domioi milleſimo centeſimo ſeptuageſimo regnante Domno Federico Imperatore Romanorum tempore domini pape Alexandri oono Kal. Jul. Iodictiooe tertia in preſeotia domioi Oderici Leg. Doctoris (1), & Mag. Oddi romaoi hujus cauſe aſſeſſoris, & guilielmi goſia (2), & heorici de baila legum doctores, & mag. Aldriei (3), & galitiaoi (4), & Mag. Oddi Romaoi, & Iohanois fil. guaſcoois, & Ildebrandini filius balbi, & golli de panigo, & prioris filius Taocredi, & Aldebrandi de Monte ſpecelo & petri de caſaleclo, & alberti vicecomes & not. de ſavingno, & bernardi de butardo de paoigo, & presbiteri Alberti de monte panigo, & presbiteri rolandi S. Thomaſii, & presbiteri Iohannis de monte paſtori & aliorum, ego Wido prior Congregationis S. Marie de reno (5) ex mandato domini Pape Alexandri cognitor coottoverſiarum, quas donnus Martinus Monacus Nonantulane Eccleſie & adminiſtrator S. Trinitatis faciebat contra donnum gualfredum plebannm S. Laurentii de panigo, videlicet de Eccleſia S. Silveſtri, & de quibuſdam poſſeſſionibus in loco frontignani, & de quibuſdam decimis & penſionibus, utriuſque partis allegationibus recognitis & diligeoter pro poſſe inſpectis, & quorumdam ſapieotum habito conſilio, prefatum plebaoum a petitione dicte Eccleſie abſolvo, in hoc tantummodo iure patronatus reſervato, ut cum donnus Martinus vel alius nuntius Abbatis ad colligendas peoſiones venerit, in predicta Eccleſia S. Silveſtri honeſte recipiatur uno die & nocte tantum cum alio. A petitione quoque decimarum, quam faciebat donnus Martinus, predictum plebanum abſolvo, & ut in futurum libere ſine omni inquietudine iure plebis liceat predicto plebano recipere, exceptis his ſuis poſſeſſionibus, quas donnus Martinus vel eius ſucceſſores proprio labore & ſumptu excoluerint. Inſuper a petitione pene, quam exigebat donnus Martious predictum plebanum abſolvo, & deinceps de precariis, quas ab ioitio habuit, vel poſtea acquiſivit prefatus plebanus, & penſionem predicto doooo Martino & alii eius ſucceſſori ſine inquietudine perſolvet. De decimis vero a prefato donno Martino ablatis, quas plebanus petebat, & de penſionibus a plebano non ſolutis, quas donnus Martinus ab ipſo plebano petebat, ab utraque parte libero arbitrio mihi commiſſo ex voluntate partium & conventionaliter ioter eos ſic ſtatuo, ut al-

(1) Egli è quel medeſimo Oderico ſoprannomato Buonconſiglio, di cui parla il P. Ab. Sarti (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. I. p. 71.*)

(2) Guglielmo figlio di Martino Goſia uno de' primi e de' più celebri Giureconſulti Bologneſi (*V. Sarti l. c. p. 38. 41.*)

(3) Di Arrigo da Baila e di Aldrico parla il medeſimo P. Sarti (*l. c. p. 63.*)

(4) V. Sarti *p. 48.*

(5) Di Guido primo Priore di S. Maria di Reno parla a lungo il dottiſſimo P. Ab. Trombelli (*Mem. di S. M. di Reno p. 277.*)

alter alterum compenſatiooe hinc inde habita ſe ſe nullo modo inquietet. Et inſuper dictus donous Martinus promiſit per ſtipulationem penam decem libr. ſi umquam ipſe vel eius ſucceſſores movent queſtionem de preteritis penſionibus non ſolutis, & e converſo ſi predictus archipresbiter vel eius ſucceſſores moveot queſtionem de fructibus decimationum a doono Martino ablatis promiſit per ſtipulationem dare ei vel eius ſucceſſori ſimiliter penam decem libr. luc.

Actum in clauſtro S. Salvatoris indictione predicta preoomioatus prior hanc ſententiam ſcribere mandavit.

Rainerius pinxit regiſque tabellio finxit
Hoc inſtrumentum ratiooe docente ſcientum.

CCCXXX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1170.

IN oomioe domioi ooſtri Iheſu Chriſti anoo ab iocarnatione eiuſdem milleſimo centeſimo ſeptuageſimo Iodictione tertia ſextodecimo die intrante meoſe augoſti regnaote Frederico imperatore anno Imperii eius ſextodecimo. Et ideo in dei nomine ego Doonus Albertus &c. per cartulam precharii &c. cencedo tibi martino villano & mannino germanis fratribus filiis qu. zamboni maoni de loco crevacore, & in filiis & in oepotibus &c. omnes res territorias quas habetis & tenetis per anteriorem precariam & pro veſtro acquiſito in his videlicet locis, in caſtello veclo, & in villa ſancti theodori, que eſt in braida de maldrito, & in roſpetulo, & ubi dicitur portus de Lupo &c. & diviſim concedo tibi martioo villano unam peciam terre vineate prope caſtrum crevacorii coofines cuius a maoe terra ſagreſtie, a meridie marro, a ſero & de ſubtus carpeſani &c. Et omni anno io menſe marcii penſionis nomioe ſex denarios Lucenſes &c. in caſtro oonantule dare debeatis &c. Hoc actum fuit nonantule feliciter.

Teſtes presbiter martinus da crevacore, Beozo de carpo, Saſſo ejus frater, Marcius de Scalero &c.

Rog. Rogerius.

CCCXXXI.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1170.

ANno ab incarnatione domini noſtri Iheſu Chriſti Milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo die Sabbati ſecundo intrante madio indictione quinta. Preſentia bonorum hominum quorum nomina ſubter leguntur, Dominus Sycardus Dei gratia Cremonenſis Epiſcopus & dennus Bergondius monaſterii Sancti Laurentii de Cremona abbas cognoſcentes ex delegatione domini Urbani Pape de cauſa que vertebatur inter presbiterum anſelmum plebis de polegnano archipresbiterum ipſius plebis nomine ex una parte, & abbatem nonantulanum ex altera parte per donnum bonum eccleſie ſancte Crucis de Cremona priorem pro eccleſia ſancti Georgii de monticello, talem in ſcriptis tulerunt ſententiam, ita dicens predictus dominus epiſcopus in concordia prefati domini abbatis, qui etiam abbas infraſcripto modo abſolvit & condempnavit. In nomine Domini. Nos Sycardus Epiſcopus & Abbas Sancti Laurentii Cremone cognoſcentes ex delegatione domini Pape Ur-

(1) Vi ſono ſette altri ſomiglianti ſtromenti del giorno medeſimo, ne' quali tutti ſi eſprime il conſenſo de' Maſſari quì nominati. Ma nelle altre carte di queſt' anno ſteſſo, che ſono oltre a XL. non vedeſi eſpreſſo che in due n tre altre.

Urbani de cauſa, que vertitur inter archipresbiterum de polegnano ex una parte & inter abbatem nonantulanum per priorem ſancte crucis de cremona ex altera parte pro ecclesia ſancti georgii de monticello, que cauſa talis erat. Dicebat enim prefatus archipresbiter eccleſiam ſancti georgii de monticello eſſe capellam ſue plebis, & debere ei obedire in ſpiritualibus tamquam capella ſue plebis, qnia hedificata erat jn epiſcopatu placentino & in plebatu polegnani, & conſecrata per epiſcopum placentinum; & quia per triginta annos continuos & plus populus illius eccleſie & ſacerdotes in eadem eccleſia commorantes ſoliti erant ire ad baptizandum & ad letanias ad predictam plebem, & ſacerdotes illius eccleſie baptizare ibi pueros plebatus, & parochiani illius eccleſie repreſentari per archipresbiterum de polegnano placentine eccleſie pro penitentiis publicis & cauſis matrimoniorum. Et quia decimaria illius loci ex maiori parte & etiam ſediminum eccleſie ſancti georgii erat plebis de polegnano, & alia multa allegabat. E contra dicebat prior ſancte Crucis pro nonantulana eccleſia prefatam eccleſiam ſancti georgii nullo modo in prefatis vel aliis ad predictam plebem pertinere; ſed eſſe cellam eccleſie ſancte crucis, & per ipſam eccleſiam ſancte crucis ad nonantulanam ſpectare eccleſiam, quia hedificata erat ſuper allodium ſancte crucis, & priores qui pro tempore in prioratu eccleſie ſancte crucis fuerunt, poſuiſſe ibi per quadraginta annos continuos ſacerdotes monacos clericos & converſos & converſas ſine contradictione archipresbiteri prefate plebis, & abſque repreſentatione eorumdem eidem archipresbitero facta, & per eadem tempora abſtuliſſe; nec criſma vel oleum ſanctum a prefata plebe ſacerdotes eccleſie ſancti georgii accepiſſe, imo ab eccleſia ſancte crucis; nec archipresbiterum debere canere miſſam publicam in eccleſia ſancti georgii, nec ad feſtum eiuſdem eccleſie venire abſque voluntate priorum ſancte crucis ſive nonantulane eccleſie. Viſis teſtibus utriuſque partis, & inſtrumento & privilegio productis ex parte eccleſie nonantulane pro priore ſancte Crucis, & aliis omnibus rationibus utriuſque partis diligenter inſpectis, & habito conſilio multorum ſapientum tam clericorum quam Laicorum, Condempnamus priorem ſancte crucis pro nonantulana Eccleſia & per eundem priorem factum ſeu conſtitutum ſyndicum ſuper prefata cauſa ab abbate predicto conſenſu & voluntate prioris & fratrum atque maſſariorum nonantulani monaſterii, condempnamus abbatem nonantulanum ut non impediant capellanos ſacerdotes eccleſie ſancti georgii de monticello ire ad plebem de polegnano ad baptizandum in ſabbato ſancto, ſed faciat eos ire ad baptizandum in ſabbato ſancto ad predictam plebem, & faciant eos & alios clericos eiuſdem eccleſie ſancti georgii preter monacos ire illuc ad letanias more illius plebis; nec impediant ſed moneant per prefatos capellanos parochianos eccleſie ſancti georgii qui ſunt ex parte nure verſus cremonam portare ad baptizandum pueros ſuos ad plebem iam dictam, & dare plebi debitam decime portionem, nec impediant eoſdem parochianos ire ad plebem predictam vel ad placentinam eccleſiam pro penitentiis publicis & cauſis matrimonii, ſed moneant & inducant. Et hec dicimus quia credimus eccleſiam ſancti georgii fore hedificatam in epiſcopatu placentino & in plebatu polegnani per ea que vidimus. Et abſolvimus ſupraſcriptum priorem pro nonantulana eccleſia & per eum abbatem nonantulanum, ut non teneantur ſacerdotes clericos monacos converſos converſas ponendos ſeu ponendas in eccleſia ſancti georgii archipresbitero de polegnano vel placentine eccleſie repreſentare, ſed abſque parabola & contradictione archipresbiteri prefate plebis vel placentine eccleſie ponant ſacerdotes clericos monacos converſos & converſas in eccleſia ſancti georgii de monticel-

cello, & auferant pro ſua voluntate, & eidem eccleſie provideant in temporalibus. Abſolvimus etiam ſupradictum priorem, ut non teneatur archipresbiterum vel ſuum nuntium pro eccleſia de polegnano recipere in feſto ſancti georgii, nec permittere ſupradictum archipresbiterum canere miſſam publicam in eadem eccleſia. Oleum ſanctum & Criſma & Conſecrationes altarium & ordinationes clericorum eiuſdem eccleſie non teneantur a plebe vel eccleſia placentina recipere, ſed a quocumque catholico epiſcopo maluerint recipiant. Et hec dicimus quia credimus per ea que vidimus eccleſiam ſancti georgii de monticello eſſe ſitam in allodio ſancte crucis & eſſe exemptam in his, in quibus eam abſolvimus a plebe prefata & eccleſia placentina a iure parochiali tum tempore longiſſimo tum etiam privilegio.

Datum eſt hoc in palatio epiſcopali cremone feliciter. Signa pro manibus predictorum domini epiſcopi & donni abbatis, qui hanc ſententiam ex privata forma in publicam deduci iuſſerunt; hancque meam cartam ut perlegi ſcribi rogaverunt. Ibi interfuerunt dominus boſo maioris cremonenſis eccleſie archidiaconus, & Presbiter Ubertus de monticellis, & presbiter albertus, & presbiter bernardus, & donus benedictus, & donus iohannes de abiatico urſone, & magiſter presbiter de madelbertis, & capellarius de parma, & gaimarius de burgo, & petrus canevarius, & ſozzus de oſpitali, & Iohannes Stanga, & bonvicinus de Fontanella, & bonominus, & quamplures alii rogati teſtes.

✠ Ego Sychardus Cremonenſis Epiſcopus hanc ſententiam dedi, & propria manu ſubſcripſi.

✠ Ego Bergondius Sancti Laurentii Cremone dictus Abbas hanc ſententiam cum domino Cremonenſi Epiſcopo dedi, & propria manu ſubſcripſi.

Et ego Anſelmus Sacri palatii notarius interfui & hanc cartam rogatus ſcripſi.

CCCLXIV.

Autographum in Archiv. Nonant.

1187.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem MCLXXXVII. Ind. V. ſecundo nonas Iulii regnante Invictiſſimo Imperatore Frederico die Lune. Cum lis & controverſia verteretur inter presbiterum tebertum de caucino nomine eccleſie Sancti Martini de eodem loco & magiſtrum iohannem yconomum plebis ſancti michaelis de nonantula de tota decima, quam plebs ſancti michaelis habebat & tenebat inter beſentulum & flumen ponti longi & limitem muſonem & panarium vetus & cenoſam, & de XX. modiis blave, & de quadam pecia terre in villa ſancti theodori, infra hos fines: a mane habent capitanei, a meridie eccleſia ſupraſcripta de caucino, a ſero ſanctus ſilveſter, de ſubtus eccleſia ſancti Michaelis de nonantula, ambe partes compromiſerunt in domnum michaelem abbatem ſancti petri de mutina, & magiſtrum rollandum brixienſem, qui ex delegatione domini urbani tercii dei gratia ſummi pontificis de predicta lite & controverſia cognoſcebant; & promiſerunt predicti presbiter tebertus & magiſter iohannes yconomus ſupraſcriptis domino michaeli abbati & magiſtro rollando ſtipulantibus XX. libras imperiales nomine pene, ſi eorum arbitrio non parerent. Preterea presbiter tebertus promiſit XX. libras imperiales ſupraſcripto magiſtro iohanni yconomo, ſi non pareret arbitrio ſupraſcriptorum arbitrorum, & magiſter iohannes & archipresbiter henricus de nonantula promiſerunt ſupraſcripto presbitero teberto nomine pene XX. libras imperiales, ſi non parerent arbitrio ſupraſcriptorum arbitrorum. Ibidem voluntate & precepto ſupraſcriptorum arbitrorum fecit finem & reſutationem nomine tranſactionis,

& pactum de non petendo nomine eccleſie ſancti martini de caucinn ſupradictus presbiter tebertus preſato magiſtro iohanni yconnmo recipienti nomine eccleſie ſancti michaelis de nonantula de tota illa decima & blava & terra. Actum Mutine feliciter io Mnnaſterio ſancti petri. Ibidem ſupraſcripti archipresbiter de nonantula & magiſter iohanoes ycnnomus promiſerunt de voluntate ſupraſcriptorum arbitrorum ſolvere pro ſupraſcripta tranſactione & pacto presbitero teberto XL. ſnlidos imperiales.

Teſtes interſueruot Domious inrdanus de piſis, dominus pilius medicineoſis (1), presb. . . . . ſorbaria, presbiter albertus de panzano, npizo bergamenſis, bernardus de S. . . . . bas clericus de rubiann, martinus clericus ſancti ſeoeſii, Gibertinus de monte . . . . gaſtaldio ſancti petri, pultronus, dominus Soterius de campilio, dominus . . . . aſſeſſor huius cauſe.

Ego berardus ſacri palacii & invictiſſimi imperatoris frederici notarius rogatus ſcribere ſcripſi & emendavi.

CCCLXV.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1187.

IN nomine domini *&c.* anno ab iocarnacinne eiuſdem milleſimo centeſimo octuageſimn VII. regnante Federico Imperatnre die VIII. ingrediente menſe Septembri Iodict. V. *&c.* Ego domnus Boniſacius *&c.* per conſilium & conſenſum Monachorum fratrum eiuſdem Monaſterii precbario & emphitentico iure coocedo tibi videlicet magiſtro Archipriſtinn de Civitate bnnonia accipienti pro te in qua portione vnlueris & pro Guidone ſtorti & Aymerico fratribus filiis qu. ſave, & pro arduino filio qu. IIII. paoum, in qua parte eis deſignare volueris, veſtriſque filiis ac nepotibus *&c.* omnes illas res territorias iuris ſancti Silveſtri, quas haboit & teouit Presbiter Boniſacius filius qu. Martioi de parbono de loco montebellio *&c.* Et omni anno tempore vindemie *&c.* mihi *&c.* unum modium vini ſecundum aotiquam menſuram in loco ubi cnnſuetudo predicti presbiteri boniſacii & fratrum ſuorum erat, ſolvere debeatis, *&c.* Actum in loco ſancti Iohannis io Perſeceto in Canonica Saocti Clementis libenter.

Dominus yrricus Archipresbiter nonaotule, dnminus Ottn, Otonellus Clericus, Sellarius de Bonnnia, Egidius de Peritooe, buvalellus, bonus iohannes, Albertinus de Nordillo, & dnmnus Anſelonus monachus fuit ioveſtitor huius rei eſſe teſtes rogati ſuerunt.

Ego Petrus qui vocor tabellinus ſacri palatii notarius ſcripſi hec utrinque rogatus.

CCCLXVI.

Autographum in Archivio Nonant.

1187.

VRbanus Epiſcnpus ſervus ſervorum Dei dilectn filio henrico Archipresbitern Nonantulano ſalutem & Apoſtolicam benedictiooem. Cum controverſie ab apoſtolica ſede commiſſe iudicio vel concordia finiuntur, ut io ſuturo valeant in cooteotionem adduci, ipſarum ſeotentie in ſcriptum ſunt autenticum reducende, & ſedis apoſtolice patrocinio roborande. Cum autem inter plebem Sancti Michaelis tue cure commiſſam & Eccleſiam Sancti Martini de caucin. controverſia verteretur ſuper tota decima, quam plebs ipſa tenebat inter Biſentulum & flumen

men

(1) Ecco ſempre più confermata l' opinione del P. Ab. Sarti intorno alla patria del celebre Giureconſulto Pilio, cui egli ha gioſtamente creduto natio di Medicina (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. I. p. 72.*)

men pontilongi limitem Muſonem & Panarium vetus ac Cenoſam, & ſuper viginti blave modiis de quadam terra in villa ſancti Theodori poſita, a cuius orientali parte quidam capitanei ſua predia poſſident, a meridiana vero preſcripta ſancti Martini eccleſia, ab occidentali eccleſia ſancti Silveſtri, a ſeptentrionali preſata veſtra Sancti Michaelis Eccleſia, tandem dilecti filii noſtri Abbas Sancti Petri Mutinenſis & Magiſter Rolandus Brixienſis Canonicus idem ex delegatione veſtra ſuſceperunt negotium finiendum, in quorum arbitrium partes ſtatuta pena unanimiter convenerunt. Vnde iudices ipſi auditis rationibus hinc inde propoſitis ſtatuerunt, ut plebs veſtra totam decimam illam & blavam & terram de cetero pacifice poſſideret, Procuratori Eccleſie ſancti Martini nomine ipſius Eccleſie ſuper his perpetuum ſilentium imponentes. Vt igitur ſententia ipſa inviolabilem obtineat firmitatem, eam ſicut rationabiliter lata eſt, nec legitima appellatione ſuſpenſa, auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum petri & pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Ferrarie VIII. Id. Octob. (1).

Sig. avulſum.

CCCLXVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1188.

IN nomine domini noſtri Iheſu Chriſti M. C. LXXX. VIII. Indict. VI. intrante Februario. In Vincentina Civitate in Cenobio Monaſterii Sancti Silveſtri his teſtibus preſentibus martino Iudice, & iohanne Aſinelli de Vincentia, & Iacobino Agnetis, & Manfredo bernardi, & litirino quondam Preſbiteri Vitalis & aliis, Domnus Bonifacius dei gratia monaſterii Beati Silveſtri de Nonantula abbas una cum conſilio domni Vincencii Prioris ſupraſcripti monaſterii ſancti Silveſtri de Vincencia & aliorum Confratrum iure precario ſeu emphiteotico nomine inveſtivit ubertinum de loco & caſtro qui dicitur montagnone recipienti pro ſe & pro fratre ſuo danerrigoto, & pro nepte ſua domina Canora filia fratris ſui Gerardini vedei, & pro nepotibus ſuis Vitachio & Iohanne & Odone & Odelrico filiis fratris ſui Guidotus, ſimiliter & pro germanis conſanguineis ſuis Grimaldello & Folco & Angelerio, nominative de maſſaricia una iuris ſupraſcripti monaſterii, que iacere videtur in comitatu paduano, & in iudiciaria montis ſcilicis, & in loco & fundo ubi dicitur pernumia &c. Inſuper inveſtivit iam dictum Vbertinum ſimiliter eodem modo & iure nominative de medietate omnium rerum iuris ſupradicti monaſterii, que iacere videntur in loco & fundo ubi dicitur Ciſternula & Regula, que eſt terra arabilis infra hanc deſſignationem & terminationem videlicet a mane eſt via antiqua, a meridie flumen quod dicitur dorſone, a ſero eſt foſſa. Item inveſtivit eumdem Vbertinum ſimiliter & eodem modo & iure nominative de quinque maſſariciis terre iuris ſupraſcripti monaſterii, que iacere videntur in comitatu vicentino in loco & fundo dicto cogollo, & in alio loco dicto moxone, & in alio loco dicto Senadore &c. cum curtis & ortis &c. Caſtellariis, rivis, rupinis, paludibus, molendinis, piſcationibus, venationibus &c. & uſibus aquarum, aquarumque ductibus, & cum omni iu-

(1) Era il Pontefice Urbano III. paſſato poco prima da Verona a Ferrara, e in queſta Città a' 19. di queſto ſteſſo meſe d' Ottobre finì di vivere. Queſto breve d. Urbano III. fu poſcia l' anno ſeguente a' 21. di Novembre confermato con altro Breve di Clemente III.

iure & ratione ac actione reali & perſonali in omnibus pertioentiis ſupraſcriptorum locorum &c. Et pro omnibus frugibus ipſarum rerum debeant fictum & penſionem ſolvere per unumquemque annum ſemel io anno in meoſe marcio denar. monete veronenſis ſolidos XII. &c. in loco & cella monaſterii ubi dicitur Livertino &c.

Rog. Bellellus Fred. Imp. Not.

CCCLXVII. 2.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1188.

IN Chriſti nomine anno eiuſdem Mill. C. LXXXVIII. Indict. VI. Regnante invictiſſimo imperatore Fr. VIII. Idus Maii die dominico. Breve recordationis ad memoriam retineodum, qualiter iuratores dal ficcho, videlicet presbiter ſtephaous, poxus, marchiſius, arneginus, grippus de vaccaro, martinus buralle, petrus dal terixo, manzinus, andreas poxus, petrus de iohánoe, neger tamagni, petrus peoazo, Gracianus, tediſius, ſtephanus catalus, girardus bocc. Arduinus de orteveclo, iohannes cavezarius, Albertinus gotefredi, Winizellus, presbiter Achariſius, iſti iuraverunt in preſeotia domini Abbatis & catániorum & multorum bonorum hominnm, quod ipſi debent monſtrare & deſignare terram domini Abbatis & cataoiorum, & dividere inter domnum abbatem & catanios, & deſignare terram inter curtapellos & bulgaros bona fide ſioe fraude in curte ficci in plebatu bodroncii. Io primis dicunt quod maxo de gregoro eſt donicatum Eccleſie Sancti Silveſtri, a ſubtus via ſabbata, a meridie teonta cazaxorixi, a ſero via maior; Maxus de cazaxorixis eſt dooicatum &c. in teonta ſcardavini habent curtapelli unam peciam, a mane gatto, a meridie via, a ſero via maior, de ſubtus Scardavinus: tenuta ſquarſaci dooicata. &c. tenuta de reſtani donicata, bulgari habent de ea tenuta quartum, & amexere: de tenuta de omicis bulgari habent quartum & Eccleſia ſancte marie habet unum iugerum io ea tenuta, Iuxta teoura de omicis eſt braida de bulgaris, iuxta braidam de bulgaris habent mathei uſque ad teoutam calzavache. Tenuta calzavache donicata: tenuta ſpiabixe donicata. Ardengi habent dictum. Tenuta de tortilianis ibidem que ſunt due pecie, donicata. Ardengi habent dictum &c. tenuta de caſalis donicata: bulgari habent unum denarium &c. Tenuta cavicli eſt donicata; bulgari habent ibi prope: Eccleſia de bodrontio habet ibidem: Curtapelli habent ibidem &c. Caxolus tenet ibidem pro ſancto ſilveſtro, & pro Eccleſia de bodrontio. Teouta cazoli eſt de avocatis &c. Eccleſia ſancte iuſtine habet in eodem maxo IIII. ſextaria iuxta viam. Curtapelle tenent ibidem, petrus mandulus ibidem, quam habet curtapellata &c. campus de more tenetur pro Eccleſia. Manfredi habent quartum &c. Tota illa terra que eſt a mane tenute penazi, trabuci, zanetini uſque ad vallem oriam tenetur pro ſancto ſilveſtro, & manfredi habent quartum. Dominus Luſcus & domious Albertus habeot dictum de maxo de caſalis &c. A tenuta bonici uſque ad foſſam de ariſeodis domnus abbas & curtapelle dividunt per medium; a foſſa de ariſeodis uſque ad foſſam petenati & uſque ad teoutam reſtani eſt terra donicata, & Eccleſia de bodruncio habet ibi unam peciam terre. Et ipſi iuratores bona fide fecerunt deſignatum inter domnum Abbatem & cataoios, & ſicut ſupra ſcriptum eſt pronunciaverunt & definierunt & deſignaverunt in preſentia domini Booiſatii Abbatis, domini Luſci de advocatis, Oderici de curtapelle, Vderici de bulgaris, curtapellata, omoibus conſeotientibus & promittentibus iſti deſignationi ſemper contenti ſtare, & non contravenire pro ſe & ſuis heredibus in perpetuum.

Actum

Actum in loco bodruncio in Eccleſia ſancte Marie feliciter.

Teſtes interfuerunt Archipresbiter Rainerius, presbiter Andreas, petrus remita, iohannes diaconus, petricinus de Montebelio, Arderiginus, & multi alii.

Ego Petrus bonus ſacri palatii notarius interfui & rogatus ſcripſi.

CCCLXVIII.

Apographum autenticum in Archiv. Plebis Nonant.

1188.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Sigifredo Archipresbitero & univerſis Canonicis Eccleſiæ S. Michaelis juxta Nonantulæ caſtrum ſitæ tam præſentibus quam futuris canonicam vitam ducentibus in perpetuam memoriam. Monet nos Apoſtolicæ Sedis, cui licet immeriti deſervimus, auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu provida circumſpectione ſatagere, & ne malignorum rapinis vel moleſtiis exponantur Apoſtolicum ipſis patrocinium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, præfatam Eccleſiam S. Michaelis, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Alexandri & Urbani PP. prædeceſſorum noſtrorum ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti communivimus privilegio. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtaote Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis ducimus exprimenda vocabulis; locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, & terris tam cultis, quam his quæ ad cultum pervenerint, Eccleſiam quoque S. Mariæ de la Banzola, Eccleſiam S. Laurentii, Eccleſiam S. Salvatoris, Eccleſiam S. Nicolai, Eccleſiam S. Mariæ del Cantone, Eccleſiam S. Seneſii, Eccleſiam S. Mariæ de Reduto, Eccleſiam S. Petri de Rubiaro, Eccleſiam S. Michaelis de Senaida, Eccleſiam S. Joannis de Gazo, Eccleſiam S. Ambroſii, Eccleſiam S. Johannis de Runco, Eccleſiam S. Mariæ de Bagazzano, Eccleſiam S. Johannis de Panaro, Eccleſiam Ss. Coſmæ & Damiani de Ravarino, Eccleſiam S. Agnetis de Ronco de Prepoſo. Decimas quoque a bon. mem. Rodulfo quondam Abbate Nonant. Monaſterii cum conſilio & aſſenſu capituli ſui a ſtrata Claudia uſque ad Portiolam, & a Mucia uſque ad Panarum flumen, & ultra Panarum uſque ad Foſsam ſcuram, quidquid & quantum ab hominibus villæ prædicti fluminis ſeu Nonantulæ habitatoribus laboratur vel laborabitur Eccleſiæ veſtræ conceſsas, quemadmodum in privilegiis prædeceſſorum noſtrorum felic. record. Sergii, Alexandri, & Urbani Romanorum Pontificum noſcitur rationabiliter contineri, & decimas terrarum de Curte de Sicco & Crepacore poſitarum ſcilicet juxta fluvium currentem per pontem longum inferius, ſuperius vero infra foſſam, quæ dicitur Rabioſa, ex altera parte infra Biſentulum, & foſſam quæ dicitur cenoſa, prout eas rationabiliter acquiſiſtis, has ſiquidem omnes ſicut in præſentiarum canonice & pacifice poſſidetis vobis veſtriſque ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica confirmamus; ſtatuentes & penitus inhibentes, ne laicis perſonis a quoquam in beneficium concedantur. Præterea Villa, quæ dicitur Salicetum, ſicut pro ſolicitudine & cura, quam in divinorum celebratione officiorum, in receptione hoſpitum, in luminarium & Architecturæ proviſiooe, in decimis & oblationibus inter fratres dividendis, præ ceteris habere dinoſceris, Archipresbitero ejuſdem Eccleſiæ conceſſa eſt, tibi tuiſque ſucceſſoribus illibata permaneat. Porro ne cordi contrito & hu-

& humiliato atque de ſuis exceſſibus ſatisfacere volenti exhibere condignam pœnitentiam denegetur ad exemplar jam dictorum prædeceſſorum noſtrorum ſuper criminalibus culpis illorum, qui ad jus præſati monaſterii pertinent, & nulli Epiſcopo ſubjecti ſunt ligandi & ſolvendi, cum conſilio tamen alicujus Religioſi & diſcreti Epiſcopi ſi neceſſitas incubuerit, liberam tibi concedimus facultatem. Antiquas quoque ac rationabiles conſuetudines & libertates ſeu & dignitates in Eccleſia veſtra hactenus obſervatas, ratas habemus, eaſque perpetuis temporibus illibatas permanere cenſemus, & ne quis vos vel Eccleſiam ipſam novis aut indebitis exactionibus aggravare præſumat auctoritate Apoſtolica prohibemus. Decernimus ergo, ut nulli omnino homioum liceat præſatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur pro quorum guberoatiooe & ſuſtentatiooe conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Nonantulani Monaſterii Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſooa haoc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens cootra eam temere veuire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divioo judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguioe Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultiooi ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domioi noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.

Ego Iohanoes presb. Card. tit. S. Marci.

Ego Albious tit. S. Crucis in Jeruſalem Presb. Card.

Ego Rodulſus tit. S. Praxedis Presb. Card.

Ego Bobo tit. S. Anaſtaſiæ Presb. Card.

Exo Alexius tit. S. Suſannæ Presb. Card.

Ego Bobo Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Ego Gregorius Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Ego Johaones S. Theodori Diac. Card.

Ego Bernardus S. Mariæ Novæ Diac. Card.

Dat. Laterani per manum Fratris Moiſi Lateranen. Canonici S. Rom. Eccl. ſubdiacoo. vicem agentis Caocellarii X. Kal. Decemb. Ind. VII. Incaroationis Domini anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero D. Clementis PP. III. anno primo.

CCCLXIX.

Apographum in Arch. Nonant.

1151.

IN nomioe ſancte & individue trioitatis anni domini noſtri Iheſu Chriſti Mill. C. nooageſimo I. imperante domino Enrico dei gratia Romanorum Imperatore & ſemper auguſto V. Kal. Iuoii indictione VIIII. Conſtat me quidem ieronimus prior Eccleſie ſancti Apolenaris (1) tutor Enrici & Botoncini, atque bonifacius de filiola, & Aimericus qui dicor cozo de predicto loco filiola, per hoc permutacionis ioſtrumentum in preſentiarum perfecto dominii & proprietatis ac poſſeſſionis iure permutaſſemus & huius . . . . . tradidiſſemus tibi gibolo ſin-

dico

(1) Cioè di S. Apollinare di Vallata nella Pieve di Monteveglio Monaſtero di Canonici Regolari. V. il più volte citato Elenco del P. Melloni (*Atti de' SS. Bologn. T. II. p. 387.*)

dico & acceptori pro Eccleſia ſancti Silveſtri de Nooanrula, ideſt oomioative tres pecie terre aratorie poſite in curte montis ieorgii (2). Prima pecia eſt poſita iuxta Eccleſiam ſancti donati (3) pro alia pecia quam tenet Raimundus. II. pecia iacet io bibano pro alia pecia quam habet Albertious & martellus fratres. Tercie pecie in clauſura paterni pro alia pecia quam tenet Azones io predicto paterno cum introitu & exitu earum in viis pubblicis, & cum omnibus ſuper ſe & infra ſe habeotibus io integrum: fines quarum tales ſunt: prima pecia que eſt iuxta Eccleſiam ſaocti donati tales habet fines: a maoe poſſidet eccleſia ſancti petri de burgo montis ieorgii (4), a meridie poſſidet eccleſia ſaocti fabiaoi (5), a ſero corrit ſtrata, ab Aquilooe poſsidet vilanus. Secunda pecia que iacet in bibaoo tales habet fines; a maoe poſsider ugo dal fero, a meridie poſsidet Eccleſia ſancti dooioi (6), a ſero poſsidet guizardus, ab aquilooe poſsidet Eccleſia ſancti Fabiani. Tercia pecia in clauſura paterni pro alia pecia quam teoet azones equali meoſura, vel ſi qui alii adfines ſunt. Omnia que iotra hos fioes nobis pertinent in integrum io preſenti die permutamus & concedimus tibi preoomioato permutatori tuiſque ſucceſſoribus io perpetuom ad habeodum, tenendum, & poſsidendum, & quicquid tibi & predicte Eccleſie ſucceſſoribus deioceps placuerit faciendum, ut nullam litem nullamque controverſiam a nobis ſupradictis permutatoribus vel a ooſtris heredibus tu predictus acceptor vel predicte Eccleſie ſucceſſoribus deinceps ſuſtioeatis eo modo quo de predicta terra, ſicut de illa que vendidimus albertino & maoello atque raimundo & azooi conſtitutam penſionem, & quicquid in precaria continetur, facturi erimus. Nos vero predictas res ab omoi homine ſemper legitime defeodere & auctorizare pro oobis & pro noſtris heredibus tibi & predicte Eccleſie ſucceſſoribus promittimus. Et ſi oos vel ooſtri heredes predicta omnia firmiter ſemper obſervare noluerimus, peoe oomine predicte rei duplum eiuſdem bonitatis extimacionis tibi & predicte eccleſie ſucceſſoribus promittimus, & ioſuper hoc permutacionis inſtrumentum ſicut ſuperius legitur ſemper incorruptum teoere ſpondimus.

Actum iuxta Eccleſiam ſaocti apollioaris indiciooe predicta: prenomioatus prior, & booifacius & aimerius hoc permutacionis inſtrumentum ſicut ſuperius legitur ſcribere rogaverunt.

Hujus permutacionis guizardus de punciano, & albertious, & enrigitus, & Lithuigus, & Sigiſredus, & Raimundus ſunt rogati teſtes.

Ego Taocredus Enrici Imperatoris ootarius hoc permutacionis ioſtrumentum ſicut ſuperius legitur ſcripſi & firmavi.

CCCLXX.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1191.

IN Chriſti nomioe anno a nativitate eiuſdem M. C. oonageſimo I. Indictiooe VIIII. Regnante invictiſsimo Domino imperarore Heorico, die iovis XII. intraote meoſe Decembri. Domnus Bonifacius *&c.* precario atque emphiteoticario iure conceſſit Girardo de Bazano, & eius filiis *&c.* quamdam terre peciam que eſt tria iugera, & octa-

(2) Nella ſteſſa Pieve.

(3) S. Donato di Ponzano nella medeſima Pieve.

(4) V. il citato Elenco p. 388.

(5) Non trovo il nome di queſta Chieſa nella Pieve di Monteveglio nel citato Elenco ſcritto nel ſecolo XIV. forſe perchè eſſa era allora diſtrutta.

(6) Doe Chieſe di S. Donnino trovanſi indicate nella Pieve di Monteveglio, quella de *Bragla*, e quella di Caſtelfranco.

Digitized by Google

& octavam partem cuiuſdam molendini in eadem ıerra, & dedir ei domnus abbas poreſtatem ducendi per terram ſuam aquam ad hoc ut non noceat antiquis edificiis, que terra eſt in loco qui diciıur Inſula, & his finibus rerminatur: a mane Eccleſia Sancti Silveſtri & iohannes Lupus, a meridie & a ſero Eccleſia Sancti Silveſtri, de ſubtus curte de ſancto Vincentio (1) *&c.* Reddentes pro omni fructu & redditu ipſius terre ſingulis annis in menſe marcii penſionis nomine II. imperiales bonos *&c.* Actum Nonantule in palacio domni abbatis feliciter.

Rog. Alexinus Sereniſsimi domini Imperatoris henrici Notarius.

CCCLXXI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1192.

IN nomine domini *&c.* Anni domini M. C. nonageſimo ſecundo IIII. Maii Indictione X. Regnante Henrico Imperatore. Donnus Boneſacius *&c.* per cartam precarii *&c.* conceſsit Henrico pico recipienti pro ſe & pro fratribus ſuis Ubertino, Lanfrancho, Zanne, & eorum filiis & nepotibus *&c.* omne quod habent in curia montis marui in loco ubi dicitur paſteno, ſcilicet I. peciam rerre aratorie que fuit de precharia ravageſe, quam habebat a parıe ſancti Silveſtri in predicto loco, & alibi ubicumque invenire poterinr de ipſius precaria *&c.* dando pro omni fructu & redditu ipſius terre *&c.* ſingulis annis in menſe marcii I. imperialem bonum *&c.* Actum in loco, in quo pax Fregnanenſium facta fuit & eodem die, unde due carte uno tenore ſcripte ſunt.

Interfuerunt teſtes Raimundinus de Curtapelle, Widotus frater abatis, albertocius de Oliveto, Henricus filius Rolandi fabri, & Bernardinus montiſcuculi dator tenute & alii plures.

Rog. Petrocinus.

CCCLXXII.

Ex Membrana Archivii S. Mariæ Majoris Tarviſii.

1192.

ANno Domini 1192. ind. 10., die Dominico . . . . . madio, pręſencia Noſadini *&c.* Alexandrinus de Rovero nomine permutationis, & concambii inveſtivit ad proprium Domnum Silveſtrum Priorem Eccleſię S. Marię de Tarviſio, & Domnum Preſbirerum Gerardum S. Theoniſti de Poſſagno recipientis nomine Eccleſię S. Theoniſti de Poſſagno, quę eſt de obedientia Monaſterii S. Silveſtri de Nonantula, de ſedimine uno quod iacet in Poſſagno in loco, qui dicitur Capud vinearum, & de ſorte una in monte Poſſagni, & de duabus partibus nemoris caſtegnedi quod iacet in colle Valdraıę, & de uno prato qui iacer in planellis de colle Valdrado & de quinque petiis terrę, que iacenr in rerritorio & pertinentiis Poſſagni, una quarum iacet in loco, qui dicitur Nozoredum: coheret ei a mane via Nozaredi, & ab ambobus lateribus poſſidet Eccleſia S. Theoniſti de Poſſagno, & a ſero eſt terra Ioannis filii quondam iacobi de Cavacio;

fe-

(1) La Corte di S. Vincenzo preſſo Bazzano era del Monaſtero di Leno nella Dioceſi di Breſcia, tra' poſſedimenti del quale è nominata in tutti i documenti pubblicati dall' Ab. Zaccaria nella ſua Storia di Leno, tra' quali è notabile quello del 1212. io cui Oneſto Abata del Monaſtero medeſimo venda a Martino Veſcovo di Modena e alla Chieſa medeſima tutta la Corte di S. Vincenzo preſſo Bazzano, trattene le Chieſe, pel prezzo di 341. lire (*Storia della Badia di Leno p. 189.*). Dee perciò correggerſi il Dizionario Corografico della Collina e Montagna Bologneſe, ove parlandoſi di queſta Corte ſi afferma (*T. I. p. 322.*) che preſſo Nonantola eſiſtava un Monaſtero detto del Leone, di cui quella Corte era propria, e diverſo da quello di Leno.

Digitized by Google

ſecunda vero iacet in loco qui dicitur Coniale: a mane eſt terra Acili filii quondam Vdivigi, a ſero & a monte eſt terra ſupradictę Eccleſię S. Theoniſti, & a meridie ipſe Alexandrinus poſſidet: tertia enim iacet in loco, qui dicitur Vallis de ſubpalada, a mane eſt terra ſupradicti Aceli, & a ſero via publica vadit, a meridie eſt terra S. Theoniſti, & a latere ſuperiori eſt terra iamdicti Alexandrini: & quarta quidem iacet in loco, qui dicitur maſeria, cohęret a monte terra filii quondam Valperti de Caraſio, & a ſero eſt terra Vidonis de Poſſagno, & ambobus lateribus preſatus Alexandrinus poſſidet: quinta vero iacet in loco, qui vocatur freza, cui a mane Aldivrandus de Caſtegnedo poſſidet, & Odor ligatus filius quondam Teuponis ſimiliter, a ſero via publica vadit, & a latere ſuperiori ipſe Aldivrandus de Caſtegnedo poſſidet, coherentiis prędicti duobus partibus nemoris Caſtegnedi, quas Alexandrinus eis dedit, Caſtegnedum ipſius Alexandrini, & a meridie ſimiliter poſſidet, & verſus ſero eſt terra Communis Poſſagni, coheret *&c.* Et e converſo iamdictus Prior & Domnus Gerardus una nomine iam dictę Eccleſię Beati Theoniſti, & permutationis nomine & concambii prędictę proprietatis, quam Alexandrinus eis dederat, inveſtiverunt ipſum Alexandrinum ad proprium de clauſura una, quę iacet in Poſſagno, & de pecia una terrę ad libellum in perpetuum, quę iacet in clauſura iam dicti Alexandrini, quę dicitur de manſo Teuponis, ad cenſum reddendum omni anno denarium unum in feſto S. Stephani ipſi Domno Girardo, vel ejus ſucceſſoribus nomine libelli *&c.* Et adiunxerunt iam dicti, ſcilicet Domnus Prior Silveſter, & Domnus Gerardus 106. libras denariorum dicto Alexandrino pro ſupradicta permutatione, de quibus clamavit ſe bene pacatum *&c.* Actum in Poſſagno in Porticu Eccleſię Beati Theoniſti.

Ego Leonardus Clericbella Sac. Pal. Not. rogatus ex utraque parte interſui, & ſcripſi.

CCCLXXIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1194.

ANno a nativitate domini noſtri iheſu chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo quarto, VI. Kal. Marcii Indict. duodecima. Ego quidem domnus Boniſacius abbas monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula nomine ſimplicis donationis dono & concedo & trado tibi domno Boniſacio priori Eccleſie ſancti Silveſtri de nogaria accipienti in honore dei & predicte Eccleſie de nogaria & tuorum ſucceſſorum in perpetuum omnes videlicet terras poſſeſſiones & fictum rationes & actiones, quas predictum monaſterium ſancti Silveſtri habet ultra lacum garde verſus brixiam in epiſcopatu veronenſi & brixie, in ſcovalo, & in aliis locis ultra lacum & etiam in tridentino Epiſcopatu. Ita videlicet quod tu iam dictus boniſacius prior ſancti Silveſtri de nogaria habeas & teneas predicta omnia pro ipſa Eccleſia Sancti Silveſtri de nogaria cum ingreſſu & egreſſu ſuo uſque in viam publicam, & cum omnibus ſupra ſe & infra ſe habentibus in integrum cum omni ſuo iure & actione cunctiſque ſuis pertinentiis ad uſum debitorum ſolvendorum ipſius Eccleſie de nogaria, quibus debitis ultra modum dicitur eſſe aggravata, & in alios uſus eius Eccleſie adminiſtrandum, diſponendum, & pro debitis eius eccleſie ſolvendis alienandum. Ego vero predictus Abbas promitto per ſtipulationem me ratum habiturum, & nullo modo impediturum, & quod non veniam contra, & quod capitulum ſeu conventum monaſterii ſancti Silveſtri de Nonantula confirmare ſaciam, tibi ſpondeo, & pro te & ſupraſcripta Eccleſia ſancti Silveſtri de nogaria me preſidem maniſeſto, & quod tu intres in tenutam tibi precipio. Et predictus dominus Abbas dedit Armenardum fratrem prioris, qui da-

daret ipſi priori tenutam. Actum eſt Verooe in palacio verooeoſis epiſcopatus coram domioo ſidantio Cardinali & Italie Legato (1) ipſo ratum habente & coofirmante ſuamque auctoritatem dante. Prenominatus dominus Abbas hoc inſtrumentum fieri rogavit. Dominus Eoricus mantuanus electus (2) & Veroneoſis Caoooicus, Domnus Vgo abbas Monaſterii ſancti Zenoois de verona, domnus Iſnardus prior ſancti Silveſtri de verona, domnus placitus monachus ſancti Silveſtri de Nonantula, domnus Ventura mooachus ſancti Zeoonis, magiſter Wibertus, magiſter oegredus, Pagaoellus de Nonantula, bonincontrus mulinarius, Girardus maraboti, Grecus, Vgo de ſano notarius & alii ſunt huius rei teſtes rogati.

✠ Ego Adam frederici Imperatoris notarius rogatus interfui, & hoc inſtrumentum ut ſupra legitur ſcripſi.

CCCLXXIV.

Autographum in Arch. Nonant.

1194.

IN Chriſti oomine die Iovis ſecundo intrante iuoio domous boneſacius eccleſie ſancti Silveſtri de nonaotula Abbas coram domino henrico dei gratia mantuaoo electo conſenſu & preſeotia domni beoedicti ſaocti iohanois eccleſie de ferraria prioris, & ſacerdotis Thome, qui Eccleſiam ſancti Silveſtri de Mantua in cura habebat, inſtituit atque ordioavit dominum iohannem booum de munciis de voluntate & preſentia coovicinorum ſancti Silveſtri, videlicet Alberti de donino, domni bulſi de pultrooo, ſcanabeci becarii & aliorum, ſyndicum Eccleſie ſancti Silveſtri in omoi eo quod habet & habere deberet io epiſcopatu maotuano, io inſula revere, & marcharegia, & ſpecialiter io bagnolo veronenſi, ut ita poſſit agere, cauſari, excipere, defendere, & litem movere, quemadmodum ipſe poſſet. Qui Iohannes boous iuravit omnia iura & rationes preſate Eccleſie conſervare & manutenere bona fide, & illas rationes quas iam dicte Eccleſie iuris eſſe vel fuiſſe vel debere eſſe ſciverit & cognoverit, bona fide recuperare & conſervare operam dabit. Actum Milleſimo C. nonageſimo IIII. Indict. XII. in Camera domini Electi Maotuani. Interfuerunt dominus Bartholomeus iudex, dominus ugo pegoloti, dominus Wielmus axandrorum, domious buccadebos de gratiaoo, & magiſter Anſelmus Cremenſis rogati teſtes.

Ego Airaldus Sacri Palacii notarius hic interfui, & rogatus ac domini abbatis mandato ſubſcripſi.

Ego domous Abbas boniſacius manu mea ſubſcripſi.

Ego Fr. bonus dictus Prior m. m. ss.
Ego Fr. Alexius m. m. ss.
Ego Fr. Servus Dei m. m. ss.
Ego Fr. Iacintus m. m. ss.
Ego Fr. Placidus m. m. ss.
Ego Fr. Iohannes m. m. ss.
Ego domnus Michael Monachus m. m. ss.
Ego Fr. Beoedictus Prior Ferrarienſis m. m. ss.
Ego Fr. Amatus m. m. ss.
Ego Fr. Tebaldus m. m. ss.
Ego Fr. Sigelfredus m. m. ss.
Ego Fr. Bartholomeus m. m. ss.
Ego Fr. Girardus m. m. ss.
Ego Fr. Conſtantinus m. m. ss.
Ego Donous Seneſius m. m. ss.
Ego Fr. Vitus ss.
Ego Fr. Thomas ss.
Ego Fr. Chriſtianus ss.
Ego Fr. Martinus m. m. ss.
Ego Fr. Ray. m. m. ss.

Ego

(1) Di queſto Cardioale vedi il Ciacooio e l' Oldoino oel Pontificato di Celeſtino III.

(2) L' Ughelli ha fatto uſo di queſto documento da lui veduto, mentre abitava nel Monaſtero di Nonantola, per fiſſare il tempo della elezione di queſto Veſcovo di Mantova.

Digitized by Google

Ego Fr. Iohannes m. m. ss.
Ego Fr. Maiolus m. m. ss.
Ego Fr. Lucas m. m. ss.
Ego Fr. Ieronimus m. m. ss.
Ego Fr. Sigezo m. m. ss.
Ego Fr. Deodatus m. m. ss.
Ego Fr. Bricius m. m. ss.
Ego Fr. Matheus m. m. ss.
Ego Fr. Stephanus m. m. ss.
Ego Fr. Silveſter m. m. ss.
Ego Fr. Guilielmus ss.
Ego Fr. Vggo ss.
Ego Fr. Oddo ss.
Ego Fr. Rainerius m. m. ss.

CCCLXXV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1194.

IN Chriſti nomine anno ab incarnatione eiuſdem M. C. nonageſimo IIII. Indictione XII. regnante invictiſſimo domino Imperatore Enrico die martis VIIII. exeunte menſe Novembris Domnus Bonifacius &c. precario atque emphiteotecario iure conceſſit manfredino infanti de civitate Mutina & eius filiis & ex eis nepotibus &c. videlicet Muntironem cum tota curte eius, & cum omni eo quod Eccleſia ſancti Salvatoris babet in plebatu ſancti felicis intra & extra, ita ſcilicet quod &c. & reddanr omni anno in feſto ſancti Laurentii III. modia frumenti pulcri ad modium mutine, in feſtivitate vero ſancti michaelis XII. quartaria boni vini ad quartarium Mutine, & III. modia melice ad modium ſancti felicis, in feſtivitate quippe beati martini X. ſolidos imperiales bonos & duo plauſtra feni, quando ibi ſecabitur, dicto domno Abbati & ejus ſucceſſoribus aut illorum miſſo in dicto loco. Et inſuper quicumque monachus vel ſacerdos, qui in dicta Eccleſia conſtitutus habeat facultatem pro ſe & pro familia ibi conſtituta bragolandi & buſchizandi. Et ſi hec omnia, ut ſuperius legitur, predictus dominus manfredinus pro ſe ſuiſque heredibus integraliter non ſervaverit &c. totum allodium quod habet in loco ſancti felicis de maſſa &c. integraliter amittat &c. Actum Nonantule in Clauſtro ſancti Silveſtri feliciter.

Rog. Aliſinus.

CCCLXXVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1195.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem M. C. nonageſimo V. Indictione XIII. regnante invictiſſimo domino Imperatore Henrico die mercurii intrante menſe Aprilis Dominus Bonifacius &c. precario atque emphiteotecario iure conceſſit presbitero Iohanni Canonico Plebis Nonantulane recipienti pro ſe & pro fratre ſuo Hengenulſo & eorum filiis, & ex eis neporibus &c. quicquid ipſi & pater & avus eorum habuerunr & tenuerunt per anteriorem prechariam a dicto Monaſterio, quod dicitur contineri in XXXV. peciis terre, prima quarum iacet in plebatu ſancte agathe iuxta locum qui dicitur ſcazagola, a mane ſcazagola, a meridie orbetula, a ſero & de ſubtus eccleſie ſancti blaſii de grulio II. pecia eſt ibidem, a mane malmenagus &c. IIII. pecia iacet in caſali ſablono &c. VIIII. pecia iacet in mignazolo &c. XI. pecia eſt iuxta boſcum maiorem &c. XIII. pecia eſt in caminata &c. XV. pecia iacet in prato de foſſa &c. a meridie Eccleſia ſancte Agathe, a ſero Eccleſia ſancti Laurentii &c. XVI. pecia eſt in prato de pirlo &c. XVIII. pecia eſt in liorgo &c. Reddentes autem pro omni fructu &c. penſionis nomine IIII. denarios imperiales & dimidium &c. Actum Nonantule feliciter.

Rog. Alixinus.

Digitized by Google

CCCLXXVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1196.

CEleſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri S. Cremonenſi Epiſcopo (r) ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conquerentibus dilectis filiis abbate & conventu Nonantulano ad noſtram audientiam eſt delatum, quod cum Eccleſia Sancte Crucis de Cremona ad eos ſpecialiter & de iure pertineat, & priorem & monachos & capellanum uſque ad hec tempora inſtituere ac deſtituere conſueverint in eadem, patroni & vicini eiuſdem Eccleſie reverentia Eccleſiaſtica pretermiſſa in eorum preiudicium ipſam eccleſiam detinere pro ſua voluntate conantur; & priorem & capellanum in ea contra iuris ordinem ordinare. Adiectum eſt etiam quod quandam vineam eiuſdem Eccleſie contra voluntatem ibi manentium pignori obligarunt. Quia igitur iſta ſi vera ſunt non debent clauſis oculis pertranſiri, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus dictos preſumptores, ut eccleſiam ipſam memoratis Abbati & Conventui Nonantulano in ea libertate dimittant, qua conſueverunt, ſine contradictione cuiuslibet ordinandam, & de bonis propriis vineam redimant ſupradictam, moneas efficaciter & inducas; & ſi opus fuerit eccleſiaſtica cenſura ceſſante appellatione compellas. Datum Laterani II. Nonas Iunii Pontificatus noſtri anno ſexto.

Sig. Cæleſtini V.

(r) Cioè Sicardo altre volte nominato.

CCCLXXVIII.

Autographum in Arch. Non.

1196.

CEleſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. fratribus Ravennati Archiep. & Suffraganeis eius ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam Apoſtolatus noſtri dilectis filiis B. Abbate & Conventu Monaſterii Nonant. conquerentibus eſt delatum, quod Cives Mutinenſes nullum ad Eccleſiarum cultum reſpectum habentes eorum Eccleſias libris & paramentis aliis, & earum homines bobus & univerſa ſupellectili cuiuſdam occaſione collecte per violentiam ſpoliarunt. Volentes igitur ab Eccleſiarum moleſtationibus & miniſtrorum earum ex debito adminiſtrationis nobis iniuncte laicalem violentiam fortius propulſare fraternitati veſtre per apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus, quatenus prefatos Cives Mutinen. ut que nequiter dictis Eccleſiis abſtulerunt, prefatis Abbati & Conventui ſine difficultate reſtituant, moneatis & efficaciter inducatis. Quod ſi forte in contumacia duxerint perſiſtendum, principales ipſius iniquitatis auctores omni appellatione ceſſante anathematis ſententia feriatis, & terram ipſam interdicto Eccleſiaſtico ſupponentes ſingulis Dominicis & feſtivis diebus accenſis candelis & pulſatis campanis per univerſas Eccleſias veſtrarum Diœceſum ipſas ſententias innovari publice faciatis, & tamdiu ab omnibus obſervari, donec de predictis omnibus ſatisfactionem preſtiterint competentem. Dat. Lateran. XVIIII. Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno ſexto.

Sig. avulſum.

CCCLXXIX.

Digitized by Google

CCCLXXIX.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1197.

CELESTINVS Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Abbati & Conventui Nonantulanis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicut ea que ad commodum & Eccleſiarum profectum deliberatione provida ſtatuuntur firma debent & illibata manere, ita ea que ad diminutionem ipſarum verguntur vel diſpendium per aliquorum inſolentiam attemptata abolenda ſunt & penitus extirpanda. Pervenit ſi quidem ad audientiam noſtram quod vos cuidam prave conſuetudini ſatis enormiter inherentes conductore vivente poſſeſſiones Monaſterii que ipſius conductori prius locate fuerant alii locationis titulo nequaquam tradere dubitatis, ita quod ſi primus locator abſque herede diſceſſerit poſſeſſiones que ad ipſum monaſterium poſt illius obitum deberent de iure devolvi per ſucceſſionem ad alios tranſeunt, etſi dictum monaſterium maximum inde patiatur detrimentum, cum tam Sanctorum Patrum auctoritatibus quam ſpeciali mandato fel. recor. Vrbani Pape predeceſſoris noſtri vobis huiuſmodi fuerit adempta facultas. Volentes igitur honeſtati veſtre conſulere & indemnitati veſtri monaſterii precavere univerſitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus atque precipimus, quatenus ab huiuſmodi locationibus & alienationibus penitus abſiſtentes ſepe dictum Monaſterium onere debitorum de cetero nullatenus aggravetis. Vobis etiam & Prioribus obedientiarum veſtrarum arctius inhibemus, ne penſiones ſeu poſſeſſiones ad ipſum Monaſterium vel ad eius obedientias pertinentes vendere ſeu alienare quomodolibet preſumatis. Si vero contra prohibitiones tam dicti predeceſſoris noſtri quam noſtras fuerit aliquid attentatum, iam predictas locationes, quam poſſeſſionum alienationes in irritum penitus revocamus, & nullas vires decernimus obtinere. Dat. Lateran. II. Non. Iunii. Pontif. noſtri anno VII.

CCCLXXX.

Autographum in Arch. Nonant.

circa 1197.

CLariſſimo viro Ferrar. Epiſcopo V. ſuo honorando domino ac venerabili patri Marchiſinus & Mallavacha nepotes quondam marchiſini de nogaria, Otolinus & Becarius fratres, albertus de gone de bagnolo, atque Naimerinus de rainerio buzello, omnes iſti fideles Eccleſie ſancti Silveſtri habitatores nogarie ſinceri ſervitii prerogativam & ſalutem. Plurima veſtra clemencia per hec ſcripta indubitanter cognoſcat, nos omnes & noſtros predeceſſores ſemper & nunc ad preſens circa monaſterium ſancti Silveſtri & res & perſonas . . . . laudabiliori fide extitiſſe. Vnde vobis ſignificare non dubitamus, quemadmodum eccleſia ſancti Silveſtri de nogaria & male & perperam tractata eſt in hoc tempore. In primis enim iſte prior, qui habet regimen huius eccleſie, ſcilicet Donnus Bonifacius, poſt ſuſceptam procurationem & adminiſtrationem iſtius domus alienavit & vendidit tantam terram & poſſeſſionem in epiſcopatu briſienſi, unde habuit ſexcentas libras denariorum Veronenſium, que pecunia in utilitate eiuſdem eccleſie non proceſſit; item alienavit & vendidit in epiſcopatu verone intra nogariam tantam terram & caſamenta zenobi de bozono de verona, unde habuit mille ducentas libras illius monete, nec hec pecunia poteſt doceri in utilitate divine domus proceſſiſſe. Item vendidit nuper quoddam caſamentum cum vineis, unde habuit XLV. libras eiuſdem monete. Rurſum vendidit Zenoni de artuſio tantam terram, un-

unde habuit XXXV. libras prediƈte monete. Demum tantam aliam terram vendidit ad minutum, unde habuit ducentas libras. Hec autem tota ſupraſcripta pecunia neque pars in utilitate divine domus proceſſiſſe oſtendi poteſt. Quod autem afferit vobis, ſe lucratum fuiſſe in ipſa domo, dicimus, quia nullum lucrum fuit. Verumtamen quidem vaſſallus eccleſie nomine griſſolinus deceſſit ſine heredibus, unde illud feudum ad eccleſiam apertum eſt. Inſuper hec omnia debet creditoribus VII. centum libras Veron. ſicut audivimus, & recognovimus per confeſſionem oris eius & eius fratrum. Hoc autem ſi inficiatus fuerit, ſufficienter parati erimus ante veſtram preſenciam probare. Inde eſt quod veſtram paternitatem ſuppliciter deprecamur, ut deum pro oculis habentes conſilium ſuper his, que ad veſtrum officium pertinent, imponatis, & digniori & benigniori perſone procuracionem ipſius domus committere feſtinetis. Quod autem dicit, ſe emiſſe molendina, hoc non conſtat; quia ſemper ea molendina prediƈte domus fuerunt, & nullam emptionem in his fecit niſi in ducentis libris denariorum Veron. Hoc autem totum faƈtum eſt & eventum a proximis IIII. annis.

CCCLXXXI.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1197.

IN nomine dei eterni. Anno ab incarnatione eiuſdem milleſimo centeſimo nonageſimo VII. regnante Henrico . . . . ingrediente menſe Ianuario Indiƈtione XV. *&c.* Ego Donnus Bonifacius dei gratia vir venerabilis *&c.* precario ac emphiteotecario iure concedo tibi videlicet Baruſaldo de Frignano tuiſque filiis ac nepotibus *&c.* totum illud quod habeo in ſamone & in eius diſtriƈtu in caſtrum & extra caſtrum & in totam curiam, etiam totum illud quod habeo in granarolo & in eius curia & cum eius diſtriƈtu, & totum aliud quod habeo in brayda de ſanƈto ruſello, & habere & invenire poteris cum ratione quod fuiſſet de feudo de ſamone. Nominative concedo tibi medietatem illius de brayda, quam fuit de petrizanis de monte bellio, & etiam totum illud de ea ubicumque habere & invenire potueris cum ratione in terris arabilis, in vineis, in nemoribus & etiam in paſcuis . . . . in molendinis, vel in uſibus aquarum. Et domina Elica uxor tua ſit uſufruƈtuaria totis diebus vite ſue *&c.* Et omni anno menſe marcio tu prediƈtus Baruſaldus *&c.* II. ſolidos denar. imper. de illa de ſamona, & de granarolo & de ſanƈto ruſello diviſe de illa brayda & denarios XII. imperiales bonos, & expendibiles penſionis nomine perſolvatis *&c.* Aƈtum in Eccleſia Sanƈti Bartholomei de manzolino.

Iacobus Grimaldi, Guidotus frater domini Abbatis *&c.* teſtes.

Rog. Petrus bonus not.

CCCLXXXII.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1197.

HEnricus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper auguſtus & Rex Siciliae fideli ſuo Salinguerre gratiam ſuam & bonam voluntatem . . . . nonantulanum dive recordationis predeceſſores noſtri Romani imperatores magnifice dotaviſſent; unde quod eidem monaſt. . . . . imperio ſervire tenetur, ſuſtinere nolumus nec debemus, quod per improbitatem Abbatum monaſterii iura depereant; ideoque alienaciones manentum vel poſſeſſionum a preſenti ipſius eccleſie abbate, vel predeceſſoribus

eius

eius in damnum eiuſdem eccleſie factas imperiali auctoritate caſſamus, & mandamus tibi diſtricte precipientes, quatenus predictos manentes vel poſſeſſiones, quas taliter diſtractas repereris, ad dominium eccleſie revoces . . . . . . facias poſſidere, non obſtante ulla conſuetudine civitatis. *&c.* (1)

CCCLXXXIII.

Autographum in Arch. Capitul. Mutin.

1198.

ANno Domini M. C. nonageſimo VIII. Nullo regnante in imperio Romano die XVI. ingrediente menſis Aprilis Indictione prima. Scriptura recordationis. Qualiter Dominus Egidius ſancte Mutinenſis Eccleſie epiſcopus in cimiterio ſancti Severi poſito prope villam crevacorii erexit crucem ad honorem dei & beati geminiani intromittendo totam curtem prefati ſancti ſeveri, que eſt alodinm beati geminiani. Ibidem quoque precipiente domino boniſatio ſancti Silveſtri abbate Reduſſus Lumbardus eius iurator in corte crevacorii iuravit ſe oſtenſurum totam curtem ſancti ſeveri, vel ſi quid aliud habet Eccleſia Sancti Geminiani in partibus illis predicto domino Epiſcopo vel eius certo nuntio. Idem Petrus Lumbardus frater eius iuravit. Et Iohannes guaytaſolia iuravit ſimiliter. Iohannes etiam panza de caſtro ſancte agathe iuravit ſe oſtenſurum domino Epiſcopo iam dicto vel eius certo nuntio quidquid Eccleſia ſancti geminiani habet in plebatu ſancte agathe, & hec omnia fuerunt acta iuxta prefatam crucem ereptam (l. *erectam*) in preſentia iam dicti Abbatis, Aichipresbyteri petri de rocca ſancte Marie, Paganelli Conſulis Mutine, Presbiteri Loperti, Egidii Clerici, Iacobi de grimaldo, Alberti de pregenaro, Oderici de Bulgaro qui huius rei fuerunt teſtes rogati.

Ego Petrus qui vocor tabellinus notarius interfui & ſcripſi.

CCCLXXXIV.

Autographum in Archiv. Nonant.

1198.

ANno a nativitate domini milleſimo centeſimo nonageſimo octavo Romanorum imperio ſine imperatore exiſtente pridie nonas Iunii Indictione prima in Civitate bonon. in porta nova ſub porticu domus domini Cazanimici que collateralis eſt cum Eccleſia ſancti Martini. In preſentia ipſius domini Cazanimici, Gerardini Gerardi taudeſchi, Prendepartis quondam domini Lambertini de Landulſo, Arrardi de Turclo, Martini de Zochis de crepalcore, nec non & Roberti matrucoli teſtium ad hoc ſpecialiter rogatorum, Albrigettus quondam alberti ugonis alberici & Vgolinus eius frater atque Amedeus quondam Amedei dederunt & ceſſerunt Berno de Crepalcore & ejus heredibus pro decem octo libris bon. quas fuerunt confeſſi ab eo ſibi eſſe ſolutas omne ius & actionem & rationem & petitionem quam quodve habebant in caſtro crepalcori per caſtellantiam, & in terris arabilibus prativis & buſcivis, que per prechariam ab Eccleſia ſancti Silveſtri nonantule tenebant in pertinenciis crepalcori, & in omnibus aliis rebus, & eidem Berno finem & refutationem & diffinitionem fecerunt & eius heredibus de omni iure & actione & ratione & petitione, quam habebant vel habere putabant adver-

(1) Queſta lettera è anneſſa a un decreto del medeſimo Salinguerra, uomo allora di grande autorità in Ferrara, di cui fu poſcia quaſi aſſoluto Signore, col qual decreto cita un gran numero di *Manenti* del Monaſtero di Nonantola; e comanda, che il Monaſtero ſia rimeſſo al poſſeſſo di tutti i beni da eſſi occupati. Il decreto è ſegnato a' 10. di Giugno del 1197. tre meſi in circa prima che l'Imp. Arrigo VI. veniſſe a morte.

Digitized by Google

verſus Eccleſiam ſancti Michaelis de Nonantula, & adverſus ipſum bernum, vel adverſus aliquam aliam perſonam de predictis rebus, occaſione venditionis predictarum rerum, quam ipſi predicte Eccleſie ſancti Michaelis de Nonantula fecerant, aſſeverantes ſe fore deceptos in ipſa vendicione ultra dimidiam iuſti pretii, unde ab ipſo berno predictam rem poſſidente vindicare volebant. Quem finem & refutationem & iuriſdationem predicti fratres & Amedeus per ſe ſuoſque heredes recipienti predicto Berno nomine ſuo & nomine procuratorio pro predicta Eccleſia Sancti Michaelis de Nonantula in perpetuum ſe obſervaturos promiſerunt ſub pena quiſque eorum in ſolidum C. lib. bonon. ſtipulatione interveniente, renuntiantes in hoc facto beneficio nove conſtitutionis & omni legi & uſus auxilio, neque contravenire occaſione quod predicta res valeat pluſquam dimidium iuſti pretii, nec aliqua alia occaſione iuſta vel iniuſta, & pena ſoluta omnia predicta in ſua remaneant firmitate. Preterea predictus Vgolinus, quia minor erat, corporaliter iuravit predictam finem & refutationem & iuriſdationem per ſe & per ſuos heredes in perpetuum firmam tenere, & nullo tempore contravenire occaſione minoris etatis, neque occaſione rei valentis ultra dimidium iuſti pretii, neque alterius rei occaſione.

Ego Iohannes Cremus dei nutu Ceſaris aule notarius interfui, & rogatus ſubſcripſi, & fere in medietate huius carte interlineavi, ſcilicet *in pertinentiis crepalcori*.

CCCLXXXV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1198.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem milleſimo C. XCVIII. Indict. I. die dominico VII. Kal. aguſto. Dominus Chiſus eccleſie ſancti Iohannis de Sico venerabilis Archipresbiter ſuorum fratrum eiuſdem Eccleſie canonicorum conſilio & conſenſu conceſſit albertino caraparola recipienti pro ſe & pro uxore ſua roberga in ſe & in eorum heredibus in maſculino & feminino genere quamdam peciam terre poſitam in rocheta his finibus terminatam, a mane calvello, a meridie caruzani, a ſero iohanne & andruzolo, de ſubtus de chelde iure libelli ſecundum prechariam ſancti Silveſtri de nonantula &c. & penſionis nomine dare debeant ſupraſcripto archipresbitero aut eius miſſo ſingulis annis menſe marcio I. mediatinum bonum & expendibilem &c. Actum in porticu canonice Eccleſie ſancti martini de ſicco feliciter.

Rog. Stephanus.

CCCLXXXVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1198.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio . . . . . Abbati monaſterii Nonantulani ordinis ſancti benedicti Mutinenſis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod nonnulli monaſterii tui monachi & converſi pro violenta iniectione manuum in ſe ipſos, & quidem pro detentione proprii, alii etiam pro denegata tibi & predeceſſoribus tuis obedientia, ſeu conſpirationis offenſa, in excommunicationis laqueum inciderunt, quorum monachorum quidam divina celebrarunt officia, & receperunt ordines ſic ligati. Quare ſuper hiis eorum provideri ſaluti a nobis humiliter poſtulaſti. De tua itaque circumſpectione taliter plenam in domino fiduciam obtinentes, diſcretioni tue preſentium auctoritate concedimus ut eoſdem excommunicatos hac vice abſolvas ab huiuſmodi excommunicationis ſententiis iuxta

ta

Digitized by Google

ta formam eccleſie vice noſtra, iniungens eis quod de iure fuerit iniungendum, proviſo ut mannum iniectores, quorum fuerit gravis & enormis exceſſus, mittas ad ſedem apoſtolicam abſolvendos. Cum illis autem, qui facti immemores vel iuris ignari abſolutionis beneficio non obtento receperunt ordines, & divina officia celebrarunt, iniuncta eis pro modo culpe penitentia competenti, eaque peracta, liceat tibi de miſericordia, que ſuperexaltat iudicio, prout eorum ſaluti expedire videris diſpenſare. Si vero preſati excommunicati ſcientes, non tamen in contemptum clavium, talia preſumpſerunt, eis per biennium ab ordinum executione ſuſpenſis, & impoſita ipſis penitentia ſalutari, eos poſtmodum ſi fuerint bone converſationis & vite ad gratiam diſpenſationis admittas. Proprium autem ſi quid habent dicti monachi vel converſi in tuis facias manibus reſignari in utilitatem dicti monaſterii convertendum. Dat. Laterani V. Id. Decemb. Pontificatus noſtri anno primo.

Sig. avulſum.

CCCLXXXVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1199.

IN Chriſti nomine amen. Anno a nativitate eiuſdem M. C. Nonageſimo VIIII. Indictione II. die martis IIII. intrante menſe madii. Domnus Bonifacius monaſterii ſancti ſilveſtri ſciti Nonantule abbas, preſentibus & conſencientibus Donno Silveſtro & Donno Ieronimo in dicto monaſterio maſſariis conſtitutis per domnum Vg. Ferrarienſem Epiſcopum a Domino Papa Celeſtino ad relevacionem eiuſdem monaſterii ab onere debitorum & uſurarum delegatum, & preſentibus etiam & conſencientibus fere omnibus monachis in dicto monaſterio tunc temporis commorantibus ſcilicet Donno Milone, Donno matheo, Donno Vito, Donno Chriſtiano, Donno iohanne, Donno Odone, Donno Conſtantino, Donno Tebaldo, Donno Girardo, Donno Amato, Donno Adriano, Donno Alberto, Donno Michaeli, Donno Lanfranco, & Donno Nicolao, conceſſit Donno Zenello de Verona filio quondam artuſii de civitate verone & eius heredibus in perpetuum XVI. campos terre aratorie in pradella, & XVI. campos in palazolo de vinea, & tria caſamenta cum ſuperextantibus domibus & edificiis iacentia in dicta civitate verone in porta Sancti Zenonis, & tres manſos terre in nogaria, & totum id quod dictum monaſterium habet in laceze, ubicumque ſit & inveniri poterit, ad annum fictum reddendum dicto monaſterio mille libras olei cum vegete ad libram Mutinenſem vel Bononienſem in nogaria in Purificatione Sancte Marie vel infra octavam, & centum L. libras caſei de Verona pulcri & optimi in feſto ſancti Silveſtri vel infra octavam ſingulis annis &c. ſalvo afficto, quod dictus dominus Zenellus reddebat Eccleſie ſancti Silveſtri de Nogaria pro predictis manſis de nogaria &c. Actum Nonantule feliciter.

Ad hec interfuerunt teſtes rogati Dominus Petrus Luſchi de advocatis, Dominus Marchiſius Malcambii, Dominus Iacobus de Minerva, Sigilfredus Gualtrude, Sigembaldus Rubertini, Iohannes Gaſtaldio de manzulino, & alii quamplures.

Ego Bonifacius abbas imeritus manu mea ſubſcripſi.

Ego Fr. Milo m. m. ss.

Sequuntur ſubſcriptiones omnium Monachorum paullo ante memoratorum.

Ego Aliſinus Sereniſſimi Domni Imperatoris Henrici notarius interfui, & rogatus ſcripſi.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti anno dominice nativitatis M. C. Nonageſimo VIIII. tempore Innocentii Pape & nemine in Italia imperante, die octavo exeunte menſe auguſti Indictione ſecunda in Civi-

vitate ferrarie in palatio domni Epiſcopi in preſentia domni Salinguerre tunc Ferrarie Poteſtatis, Iacobi trotte, Cipriani, Bartholomei, & Prioris Sancti Iohannis de Ferraria, ibique domnus Vgicio dei gratia Ferrarienſis Epiſcopus viſa cartula facta Zenello filio qu. Artuſii de Civitate Verone ab Abbate Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula & ſuis fratribus in concordia, & audita voluntate donni Ieronimi tunc maſſarii predicti monaſterii, qui ibi erat preſens, quicquid in ea carta ſcripta per manum Alexini Notarii continetur predictus domnus Epiſcopus confirmavit atque laudavit, & credidit bene facere.

Et ego Peregrinus dei gratia domni Henrici Imperatoris ferrarienſis Notarius interfui, rogatus a predicto Epiſcopo ſcribere ſcripſi.

CCCLXXXVIII.

Autographum in Arch. Vatic.

1199.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem milleſimo centeſimo nonageſimo nono Indictione ſecunda die dominico quinto intrante decembri Donnus Lanfranchus Abbas Sancti Felicis de bononia fecit finem & refutationem & pactum de non petendo donno Ieronimo & donno Silveſtro nomine Eccleſie Sancti Silveſtri de Nonantula de omni iure ratione & actione, quem vel quam habet vel ſibi pertinet in eccleſia ſancte crucis de cremona & in eius poſſeſſionibus tam in civitate cremona quam extra civitatem in toto diſtrictu cremone, promittens nullam rationem in predicta eccleſia vel in eius poſſeſſionibus amplius petere. Actum Mutine feliciter domno Guidone Oldefredi, Girardo Codagnelli, Bernardino rabitte, preſbitero mattheo, & albertono de cremona preſentibus & rogatis teſtibus.

Ego Iohannes ſacri palatii notarius interfui, & rogatus ſcripſi.

CCCLXXXIX.

Excerpta ex Apographo authentico in Archiv. Nonant.

1200.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo Indictione III. die veneris ultimo exeunte menſe martio Domnus Bonifacius Monaſterii ſancti Silveſtri ſiti nonantule Abbas preſentibus & conſencientibus donno geronimo & donno Silveſtro in dicto Monaſterio maſſariis conſtitutis per dominum Vgolinum Ferrarienſem Epiſcopum a domino papa Celleſtino ad relevationem eiuſdem monaſterii ab honere debitorum & uſurarum delegatum, precario atque empbiteocario iure conceſſit Iohannino Rozii & Iohanni de Luzia conſullibus de loco purtiule recipientibus pro ſe & pro convicinis ſuis ſcilicet pro Gandulſino marani in duobus caſamentis, Petro de ſicco in tribus caſamentis, Rodulſo marani, Gandulſo marani, & Roverſo marani in uno caſamento, Iacopo & Synexio qu. filiis de tidixio in duobus caſamentis &c. & eorum filiis & heredibus &c. uſque ad octuaginta annos completos, quibus completis renovetur per duodecim ſolidos imperiales &c. omnia caſamenta que ſunt in loco, qui dicitur Caſtellare arripalis in integrum &c. preter id quod filii domini Alberti de Addigerio vel aliqui pro eo habent & tenent, & preter Eccleſia que eſt ibi cum omnibus his, que ad eamdem Eccleſiam pertinent; quod caſtellare infra hec jacet latera; a mane panarius, a meridie marani, a ſero filii qu. domini Alberti de Addigerio, de ſubtus dicti filii qu. domini Alberti de Addigerio, & dicitur quod dicta caſamenta ſunt quadraginta & tres &c.

Red-

Reddant autem pro omni fructu & redditu ipſius terre ſingulis annis in menſe martii penſionis nomine duos ſolidos imperiales bonos ſupradicto domno Abbati &c. Actum Nonantule feliciter (1).

Rog. Alixinus.

CCCXC.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1200.

IN Chriſti nomine anno ab incarnatione eiuſdem M. ducenteſimo Indictione III. die Lune XII. intrante menſe Iunio Domnus Bonifacius &c. *ut ſupra* prechario atque emphiteoticario iure conceſsit domino Lamberto filio qu. Gandulfi de Caſtellerano & eius filiis & ex eis nepotibus &c. quicquid terre dictus dominus Lambertus cum dicto fratre ſuo Rainerio acquiſivit per libellum ab Oxello de Caſtroveteri in tota Curte montegibii per loca & vocabula ubicumque de predicto libello inveniri poterit, in manſo de Lalbaga, in manſo de buriano, & in manſo benedicti &c. Reddat autem pro omni fructu & redditu ipſius terre ſingulis annis menſe marcio penſionis nomine II. denarios imperiales &c. Actum Nonantule feliciter.

Rog. Alixinus.

CCCXCI.

Excerpta ex Apographo in Arch. Nonant.

1200.

IN Chriſti nomine anno eiuſdem M. ducenteſimo Indict. tertia die Martis XI. intrante Menſe Iulio. Dominus Bonifacius monaſterii ſancti Silveſtri ſiti nonantule abbas communi concordia voluntate & parabola fratrum ſuorum eiuſdem cenobii monachorum, dompni Hieronymi & domni Silveſtri dicti monaſterii maſſariis, Donni Petri, Donni Honeſti &c. profitentes quod infraſcripta conceſsio &c. fiebat pro utilitate dicti monaſterii, & nominatim pro utilitate eccleſie ſancti Silveſtri de nogaria, ſcilicet pro ſolvendo eiuſdem Eccleſie debito &c. nomine locationis & conductionis uſque ad XXII. annos completos inveſtivit per ſe ſuoſque ſucceſſores Dominum Bonazuntam filium qu. Dentelli de Nogaria & dominum Zenonem de Verona & eorum heredes de omnibus terris vineatis, prativis &c. quas dicta Eccleſia habet &c. in tota curte ſeu pertinentia nogarie, & in toto Epiſcopatu & diſtrictu Verone, &c. cum venationibus, piſcationibus &c. excepta medietate IIII. molendinorum pro indiviſo eiuſdem Eccleſie, & exceptis vineis de ceretana, totis vineis de Deodato, totis decimis de runchis, totis caſamentis, totis oblacionibus, & totis poſſeſsionibus quoquo modo ob donicatum devenientibus exceptis, que remanent apud eamdem Eccleſiam de nogaria in victu & veſtitu illorum, qui ibi deo & eidem Eccleſie ſerviverint &c. ad fictum omni anno reddendum ſupraſcripte Eccleſie de nogaria X. ſolidos denarior. Veron. in feſtivitate dicte Eccleſie. Et inſuper ſupraſcriptus dominus abbas una cum ſupraſcriptis fratribus confeſsi fuerunt ſe accepiſſe a ſupraſcriptis dominis Bonazunta & Zenone mille & ducentas libras denar. Veron. pro hac locatione &c. Actum Nonantule feliciter.

Rog. Alixinus.

 CCCXCII.

(1) Altra ſomigliante Inveſtitura di caſe nel luogo medeſimo fu data a' 2. di Agoſto del 1204.

CCCXCII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1200.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem M. ducenteſimo Indict. III. die martis primo intrante menſe Auguſti domnus Bonifacius *&c. ut ſupra XII. intrante Iun.* precario atque emphitenticario iure conceſsit Coſe uxori vecli de runcalia recipienti pro ſe & pro filiis ſuis Gulfirolo Rainerio & Albertinn & eorum filiis & ex eis nepotibus *&c.* unam peciam terre iacentem in Curte Runcalie in contrata que dicitur Caxare infra hec latera, a mane Cavezali de Capitaneis, a meridie dicti precarii, de ſubtus idem, a ſero flumen Situle, & dicitur qnod eſſe debet dicta terra V. ſtaria *&c.* Reddant autem pro omni fructu *&c.* in menſe marcio penſinnis nomine III. denarios imperiales *&c.* Actum Nnnantule feliciter.

Rog. Alixinus.

CCCXCIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1200.

IN Chriſti nomine *&c. ut ſupra.* XI. exeunte menſe Aug. D. Bonifacius *&c.* conceſſit Pizoni filio qu. Malpontis de loco Runcalie in tercia parte, & Alturio filio qu. Pici de Campogagnano recipienti pro ſe & pro uxnre ſua Marcha in alia tercia parte, & Zannno filio qu. Siſmundi de eodem locn Runcalie recipienti pro ſe & pro fratre ſuo mozo in alia tercia parte & eorum filiis *&c.* X. ſextaria de ratione iacentia in duabus peciis terre, prima quarum iacet in caſariis (1), a mane cavezali, a meridie Coſa & Bolfirolus, a ſero flumen ſitule, de ſubtus Eccleſia ſancti Egidii, alia pecia a mane Cavezali, a meridie ricius de Caſariis, a ſero flumen ſitule, de ſubtus Coſa cum dictis filiis ſuis *&c.* Reddant antem *&c.* penſionis nomine IIII. denarios imperiales *&c.* Actum Nonantule.

Rog. Alixinus.

(1) In un'altra Carta de' XVII. Giugno MCCIV. ſi nominano tre pezze di terra in *Caxarlis in Curta Runcalie*, la prima e ſeconda delle quali ha *a meridie flumen ſitule antico*, la terza *a ſero flumen ſitule dicto*.

CCCXCIV.

Fragmentum Autograph. in Arch. Nonant.

circa 1200.

POſtquam dominus Bonifacius fuit factus Abbas Monaſterii ſancti Silveſtri de Nonantula vendidit de poſſeſſionibus ſeu de manſis & caſamentis eccleſie triviſine tantum, unde accepit mille quingentas libras veronenſium, quos denarios dedit per dotem cuidam domine ſ. palmere. Item quandn dnminus abbas ivit ultra mare, accepit licentiam a fratribus, & promiſit ſe nnn amplius exigere, nec accipere aliquid ab aliqua eccleſia ſancti ſilveſtri. Ivit ad predictam eccleſiam triviſinam, & ſuis ſuaſionibus dedit illi prior nicolaus libras veronenſium L. inter denarios & alias res de eadem eccleſia. Item pro debito ſuo, quod fecerat ultra mare, quando venit, dedit nicnlaus XXX. libras in denariis aliiſque rebus. Pnſt parvum tempus venientibus fratribus iuſſion. . . . . tis ad monaſterium petiit auxilium ab eodem nicnlao, & interrogavit ab eo, quantum poſſet dare. Et ille reſpondit ſe poſſe dare . . . . magno gravamine ſue domus XX. libras. Abbas vero cum inſtaret, quod plus vellet, & ille negaret ſe non plus poſſe dare ſine deſtructinne eccleſie, ſurrexit quidam mnnachus,

chus, & promiſit quod daret ducentas libras veronenſium, ſi daret ſibi eccleſiam triviſinam. Qui gaviſus de promiſſione . . . . . eccleſiam priori nicolao, & dedit alii qui ſolvit abbati C. viginti octo libras veron. Item in eccleſia noſtra de vicentina civitate ſtabant ho. . . . . quattuor Monachi, quinque, ſex cum Capellano & ſervientibus & equitaturis, cum factus fuit abbas; nunc vero ad nihilum ita redacta eſt, quod . . . . monachus vel clericus in ea poteſt vivere, quod omnes poſſeſſiones illius eccleſie & poſſeſſiones capellanorum eiuſdem eccleſie fuerunt pignori obligate. Item monaſterium noſtrum de Nogaria, quod eſt ſitum in epiſcopatu verone, & quatuor monachi cum capellano & ſervientibus & equitaturis honorifice ſtabant ibi, cum factus fuit abbas; nunc vero ad nihilum redactum eſt, quia quatuor manſos iſtius monaſterii in perpetuum alienavit; & XII. manſos alios eiuſdem monaſterii ſub pignore uſque ad viginti annos tradidit. Item . . . . . noſtra noviter facta in civitate veronenſi poſſeſſiones quaſdam vendidit; & inſuper LXXX. libras Veronen. ſuper poſſeſſionibus eiuſdem eccleſie ſub. . . . . accepit. In eccleſia de mantua, in qua ſtabant duo monachi, cum factus fuit abbas, vendidit tantum de poſſeſſionibus eiuſdem eccleſie, unde accepit octoginta libras veronen. & modo in ea nullus poteſt ſtare. Item in comitatu briſienſi erant poſſeſſiones, & iſtas dedit pro vigintiquinque libris imperialium, que valebant & valent hodie ducentas libras imperialium. Item eccleſia noſtra ferrarienſis habebat poſſeſſiones, que extendebantur per tria miliaria continue & plus, & eas dedit . . . . Item Eccleſia noſtra in regina civiate habebat curtem, que dicebatur cella, quam vendidit cum eccleſia in ea manente regino epiſcopo, & quatuor viginti libras imperialium de ea accepit. Item eccleſia noſtra in civitate mutina, que, cum abbas factus eſt, pauper erat, & de voluntate ſua & omnium fratrum ditata eſt in poſſeſſionibus, ita quod quattuor fratres, quando tres manebant, poſt parum temporis venditis omnibus poſſeſſionibus, quas eidem eccleſie contulerat, expoliavit, & in . . . . quas habebat illa eccleſia, antequam eſſet abbas, vendidit. Item quidam frater noſter martinus nomine emit ab ipſo abbate poſſeſſiones eccleſie ſancti . . . . de ſolaria, quas ipſe abbas poſt parum temporis abſtulit, & cuidam ſervo iohannis de canaceto dedit. Item de poſſeſſionibus noſtre Eccleſie poſitis in loco, qui dicitur ſolio, vendidit predictus abbas cuidam civi mutine duo iugera ſeu quantum octo paria boum poſſunt in una die arare. Item hoſpitali noſtro de ſpinalamberto conſueverant ibi manere duo fratres cum clericis & ſervientibus & equo & duobus paribus boum & armentis beſtiarum & converſis. Quedam pars poſſeſſionum eiuſdem hoſpitalis vendita eſt, quedam pignori obligata tenetur; & ita ad nihilum redactum eſt, quod nec unus clericus inibi poteſt vivere. Item in bononienſi Civitate habebamus quamdam Eccleſiam, que vocabatur ſanctus georgius, cui eidem eccleſie abbas cum conſilio fratrum dederat poſſeſſiones cuiuſdam militis, que remanſerat eccleſie ſancti ſilveſtri, & eam his poſſeſſionibus dotavit, & duos monachos cum capellano ibi inſtituit: poſt parum vero temporis calva occaſione inventa monachos inde abſtulit, & omnes poſſeſſiones ſibi donatas vendidit, & ſic eam exſpoliavit. Item monaſterium noſtrum honorabile vallis fabrice, quando factus fuit abbas, ditiſſimum invenit, quia quando roma venit cauſa ſue conſecrationis fere per menſem cum triginta equitaturis ibi ſtetit in pane & vino & anona, & in omnibus expenſis ad plenum ſuffecit; cum autem inde recederet deſtrarios ſub pignore poſſeſſionum illius eccleſie accepit, & plures vices tum in deſtrariis, tum in palafredis, tum in aliis expenſis acceptis,

tum

Digitized by Google

tum quia priores ab eo conſtitutos mala diverſa ibi facientes nullo modo emendavit, nec correxit, poſſeſſiones eiuſdem monaſterii iſtis de cauſis in pignore tenentur, & magna pars poſſeſſionum eiuſdem eccleſie eſt alienata, & ſic eccleſia predicta in diſcordia perſonarum quaſi ſine rectore & emendatore manens propter venditiones & donationes & alienationes predictarum poſſeſſionum ad deſtructionem fere pervenit, & que Eccleſia in omnibus Deo & hominibus abundabat, nunc in paupertate fere omnibus amiſſis iacet proſtrata. Item ſancta maria in gotuli capella monaſterii vallis fabrice habebat olim quamdam curiam, que dicitur fermule, & illam curiam quibuſdam hominibus in precariam conceſſerat; ſed illis mortuis deo diſponente ad eccleſiam erat reverſa, ex qua cum crederent vivere & deo ſervire, & ipſam ſemper tenere, ſuperveniens abbas rogatu quorumdam nobilium eccleſie predicte abſtulit, & eam pro favore hominum, que ducentas libras lucenſium valebat, ſtatim eis inveſtivit, & inſtrumentum fecit. Item monaſterium ſancte marie in mamme honorabile fuit, ad quod cum dominus abbas bonifacius ſepe iret, & collectas a monaſterio & hominibus eiuſdem monaſterii ſepe acciperet, & cum prior eiuſdem monaſterii timeret, ne a predicto monaſterio abbas removeret, dedit abbati C. libras lucenſium, ne abbas inde eum removeret, & ſibi fecit inde inſtrumentum, pro quibus denariis ſolvendis fecit magnam collectam ab hominibus eiuſdem monaſterii, & etiam donicatum ſancti benedicti vendidit. Item Eccleſia ſancti felicis in plazza in civitate Florentina quedam pauper eccleſia erat, in qua ſtabant noſtri fratres; ſed cum abbas vellet vendere quamdam curiam illius eccleſie, conſules civitatis vendicionem prohibuerunt; tandem abbas ſub pignore bonorum illius eccleſie LXX. libras lucenſium accepit, unde poſſeſſiones illius eccleſie pro ea ſunt vendite & alienate. Et quoniam mala monaſterii non ſunt pretermittenda, habet monaſterium nonantulanum infra ſe obedientias ſuas, ſeu ſecreſtiam, firmariam, cameram fratrum & hoſpitale iuxta ſe: de omnibus eſt dicendum, ſed primum de ſecreſtia. Secreſtia habebat manſum unum in curte caſtri raſtellini, in quo ſtabant due familie ſervientes ſecretario (forte *ſecreſtano*), quem abſtulit, & dedit fratribus ſuis carnalibus, unde ipſe ſecretarius habebat reditum grani, vini, & nummorum, & aliarum condictionum. Item quidam abbas predeceſſor iſtius pro remedio anime ſue dedit cum conſilio ſuorum fratrum ſive monachorum unum manſum terre eiſdem monacis, cuius medietatem dedit camere pro indumentis fratrum, aliam medietatem dedit inter firmariam & hoſpitale, unde annuatim fratres de conventu communiter vigiliam faciebant & refectionem ab obediencialibus predictis habebant. Abbas autem ne unus invideret alteri ab omnibus obedientiis, ſeu ſecreſtia, camera, firmaria, & hoſpitali equaliter abſtulit, quaſi aliquid execrabile, & aliis vendidit. (*Sequitur enumeratio quamplurium bonorum nempe iugerum terræ pluſquam* 250. *in diverſis locis a Bonifacio venditorum*).

CCCXCV.

Autographum in Arch. Nonant.

1201.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Raymundo Abbati Nonantulano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Audito quondam quod Monaſterium Nonantulanum per B. quondam abbatis ejus incuriam, & in temporalibus diminutum fuerat & in ſpiritualibus diſſolutum, proviſionem & correctionem ipſius venerabili fratri noſtro . . . ferrarienſi epiſcopo duximus committendam, ita ut ſi Abbatem inutilem inveniret, removeret eum ab officio ab-

Digitized by Google

abbatie. Ipſe autem licet multipliciter viſus fuerit indempnitati eius monaſterii providere, tandem intelligens quod ſub eodem abbate ſtatus eius non poterat in melius reformari, eum repertum inutilem ab amminiſtratione curavit iuxta tenorem mandati apoſtolici removere. Cumque propter hoc predicti abbatis nuncii ad Sedem apoſtolicam acceſſiſſent, nos volentes Eccleſie providere potius quam perſone, quod a delegato noſtro factum fuerat non duximus revocandum; ſed ratum potius id habentes Conventui Nonantulano mandavimus, ut de conſilio einſdem epiſcopi perſonam idoneam per electionem canonicam ſibi preficerent in abbatem. Ipſi ergo ad vocationem eiuſdem epiſcopi convenientes in unum te in abbatem ſibi unanimiter elegerunt. Unde cum dilecti filii A. prior eiuſdem Monaſterii, G. ſubdiaconus noſter & nobilis vir Jacobus de Fontana advocatus ipſius monaſterii nuntii cum litteris tam eiuſdem epiſcopi quam conventus ad noſtram preſentiam accedentes predicta nobis per ordinem retuliſſent, dilectus filius W. nonantulanus Monachus ſupervenit tam ex ſua quam quorumdam aliorum monachorum parte proponens, quod dilectum filium Ph. pompoſianum monachum ſibi elegerant in abbatem, contra electionem de te factam opponens, quod in ea non fuerat forma mandati noſtri ſervata. Nam cum nos eidem epiſcopo dederimus in mandatis, ut ad locum accederet, ipſe ad monaſterium non acceſſit; ſed monachos ad ſuam preſentiam convocavit, & coram ſe fecit electionem huiuſmodi celebrari. Obiecit eciam quod idem epiſcopus litteras noſtras eis noluit exhibere, licet ſepius requiſitus; adiciens tertio quod in electione ipſa ſymoniaca pravitas intervenit. Ad hec autem fuit ex adverſo reſponſum, quod cum dictus abbas poſt depoſitionem ſuam amminiſtrationi monaſterii ambitioſus incumberet vel potius incubaret, epiſcopus conſanguineorum eius potentiam veritus, & multitudinem vaſſallorum, & quod eo preſente monachi eligere libere non auderent, eos non vocavit ad locum extraneum; ſed ad quendam eiuſdem eccleſie prioratum. Preterea idem epiſcopus, ſicut predictus monachus poſtea recognovit, fecerat monachis petentibus copiam litterarum. Sed cum ipſi eas ſibi dare peterent ad monaſterium deferendas, intelligens ipſos dilationes frivolas & occaſiones querere malignandi, eorum malitie non conſenſit. Idem quoque monachus diligentius requiſitus poſtmodum eſt confeſſus, quod in ellectione tua interveniſſe neſciebat ſymoniacam pravitatem. Sed in eo tantum credebat eſſe delictum quod in monaſterio nonantulano non fuerat iuxta conſuetudinem celebrata. Obicientibus quoque adverſariis iterum eſt confeſſus, quod a quinque, qui ab epiſcopo receſſerant memorato, & quibuſdam aliis, qui cum dicto abbate remanſerant in monaſterio ſupradicto, predictus Ph. poſt electionem tuam in abbatem fuerat nominatus. Nos igitur intellectis que fuerant hinc inde propoſita nominationem predicti Ph. tamquam frivolam irritam decernentes electionem de te factam auctoritate apoſtolica confirmamus, & tranſeundi ab eccleſia tua ad nonantulanum monaſterium facultatem liberam indulgemus per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatinus curam eius aſſumens taliter ei ſtudeas providere, ut per tue ſollicitudinis ſtudium & ſpiritualibus proficiat inſtitutis, & temporalibus auxiliis augmentetur. Volumus etiam nichilominus, & mandamus ut iuxta formam quam predicto epiſcopo ſub bulla noſtra dirigimus tam ſupra fidelitate nobis & Eccleſie Romane preſtanda quam indempnitate monaſterii exhibeas in eius manibus iuramentum. Datum Laterani XII. Kalendas Iulii Pontificatus noſtri anno quarto.

CCCXCVI.

Digitized by Google

CCCXCVI.

Ex Regeſto Privilegiorum Comm. Mutin.

1201.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis poteſtati, conſiliariis, & populo Mutinenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Qualiter correctionem Nonantulani Monaſterii Venerabili fratri noſtro ferrarienſi epiſcopo quondam duxerimus committendam, ita ut ſi B. tunc abbatem ipſius, qui ſuper dilapidationis vicio apud nos delatus fuerat, amovendum agnoſceret ſublato appellationis obſtaculo amoveret; qualiter idem epiſcopus cum monaſterium ipſum non poſſet ſub eodem tunc abbate proficere, ſecuri deiecerit infructuoſam ficulneam, ne terram inutiliter occuparet; qualiter poſtmodum fratres Nonantulani Monaſterii dilectum filium R. tunc Abbatem ſancte marie in ſtrata ſibi duxerint eligendum, & nos confirmaverimus electionem ipſorum, ad veſtram credimus audientiam perveniſſe. Verum predictus B., ſicut accepimus, ne Nonantulanum Monaſterium in ſtatum reſpiceret proſperitatis antique, ſed fiant potius noviſſima illius deteriora prioribus, & quod reſidua ſibi locuſte fecerant nunc comedat ipſe bruchus, adhuc adminiſtrationi eius ambicioſus & temerarius incubat; nec poteſt irudo huiuſmodi a ſolita leſione niſi exauſto ſanguine penitus removeri. Quidam quoque Monachi eius iniquitati ſavere preſumunt, comparandi merito geniminibus viperarum, que matrum non dubitant latera lacerare. Licet autem nos tam monachis ipſis quam archipresbiteris & univerſo clero ad nonantulanum monaſterium pertinentibus, Vaſſallis etiam monaſterii, & populo Nonantulano ſcripſerimus, ut predictum R. in abbatem reciperent, & ei reverentiam debitam exhiberent, ipſi tamen noluerunt hactenus mandatis apoſtolicis obedire; immo nec abbatem ipſum admittunt, nec electores ipſius eſſe in monaſterio paciuntur, ſed eos cogunt potius exulare. Cum igitur ſeculari deiciendi ſint brachio, qui cenſuram eccleſiaſticam parvipendunt, univerſitatem veſtram monemus & hortamur attentius, & per apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatinus niſi predictum B. & fautores ipſius ad commonicionem venerabilium fratrum noſtrorum Bononienſ. & Mutinenſ. Epiſcoporum, quibus ſuper hoc ſcribimus, mandatis noſtris paruerint humiliter & devote, vos de monaſterio eiciatis eoſdem; & predictum abbatem & electores ipſius in illud ob noſtram & apoſtolice ſedis reverentiam inducatis, & tam abbatem ipſum quam nonantulanam eccleſiam habentes de cetero commendatam, ipſum poſtulantem pro ea & iis, que ad ipſam tam intra quam extra ſpectare noſcuntur, ſicut alios prelatos in veſtra dioceſi conſtitutos in iuſticia ſua & audire humiliter, & efficaciter exaudire curetis, & illam ei ſtudeatis honorificentiam exibere quam progenitores veſtri eius predeceſſoribus impenderunt. Quod ſi a nobis admoniti eidem abbati nolueritis iuſtitiam exhibere, ne vobis in negociis veſtris iuſticia non exibeatur a nobis poteritis merito formidare. Cumque temporalis potentia ſpirituali iuriſdictioni teneatur adeſſe, ad id vos noveritis per cenſuram eccleſiaſticam compellendos. Datum Signie VI. Kal. Septembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

CCCXCVII.

CCCXCVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1202.

IN nomine domini *&c.* anno ab incarnatione eiuſdem milleſimo ducenteſimo ſecundo, nullo imperatore regnante, die ſecundo ingrediente menſe Iunio Iodictione V. *&c.* Ego Iacobinus de Caſtelnovo libelli nomine concedo tibi videlicet berno de loco crevacore in una medietate, & tibi ubertino potulario in alia medietate veſtriſque heredibus ſecundum emphiteoſim quam habeo a monaſterio ſancti Silveſtri *&c.* unam peciam terre vineate iacentem in loco Crevacore, ubi dicitur Caſale footegnano infra hos terminos: a mane terra eccleſie de Crevalcore, a meridie talamaſſi & buſcarinus, a ſero potularii, de ſubtus limes *&c.* Actum in loco Crevacore libenter.

Rog. Petrus qui dic. tabellinus.

CCCXCVIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1203.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem M. ducenteſimo III. Indict. VI. die Mercurii XV. intrante menſe Octubri Dominus Raimundus dei gratia Monaſterii ſancti Silveſtri ſiti nonantula abbas preſente & conſenciente Domno Ierônimo monacho eiuſdem monaſterii precario atque emphiteoticario iure conceſſit Michaeli filio qu. Iohannis boni turoigni de caxariis *&c.* medietatem unius iuveris terre, & XXVII. tabulas terre, que terra continetur in duabus peciis terre, prima quarum iacet in caxariis in contrata que dicitur Iſola de ſancto Egidio in curte Runcalie; a mane Eccleſia ſancti Egidii, a meridie flumen Situle, a ſero idem flumen, de ſubtus Guizardi. Alia pecia iacet ibidem prope, a mane arzene & Cavezali, a meridie Rizo, a ſero flumen Situle, de ſubtus Egidius Oldigerii *&c.* Reddant autem pro omni fructu & redditu ipſius terre ſingulis annis in menſe marcii duos denarios imperiales *&c.* Actum Mutine feliciter.

Rog. Alixinus.

CCCXCIX.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1203.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem Mill. CC. tertio Indictione VI. die Iovis XIII. intrante Novembri. Dominus Raimundus venerabilis Dei gratia monaſterii ſancti Silveſtri de Nonantula abbas pro ſe & pro ſuis ſucceſſoribus conſenſu & conſilio ſuorum fratrum eiuſdem monaſterii Monachorum conceſſit domino Loviſino recipienti pro ſe & cognato ſuo domino Iacopino de Spezzano & eorum filiis *&c.* duas pecias terre poſitas in Spezzano iuris ſupraſcripti Monaſterii, & his finibus terminatas, prima quarum iacet in loco ubi dicitur ceula, & habet tales fines, a mane clanca, a meridie via currens que vadit ad Eccleſiam de Spezzano, & a ſuperiore parte vie tenet gibertinus, gonterinus, Ricius de Ceula *&c.* a ſero via, Zaninus, & Rolandinus, de ſubtus braida Lizoni, que detinetur pro dominis de Spezzano (1).

(1) Queſta eſpreſſione *Dominis de Spezzano* ci moſtra, che Spezzano avea allora i ſuoi propej Signori; e forſe eran quel Loviſino e quel Jacopo da Spezzano nominati poc' anzi e onorati col titolo di *domini*, che allora non accordavaſi sì facilmente ad ognuno.

Secunda vero pecia iacet in caſale Lupaldo; & tales habet fines: a mane ſtrata currente, a meridie Lambertus de monte, a ſero via fluminis & Lambertus de monte, de ſubtus ſtrata *&c.* dantes ac reddentes *&c.* ſingulis annis in menſe marcii *&c.* VIII. denarios imperiales *&c.* Actum ſupra monaſterium ſancti Silveſtri in caſtro Nonaotule ſolempniter *&c.*

Rog. Seraphinus.

CCCC.

Autographum in Archiv. Nonant.

1203.

IN Chriſti nomine anno eiuſdem Mill. CCIII. Iodict. VI. die iovis V. die intrante menſe decembris. Dominus Ubertinus Azi extimator & ingroſſator pro comuni Mutine permutationem & cambium faciens ex parte communis (1) inter presbiterum natalem nomine eccleſie ſancti Laurencii de ſorbaria ex una parte & Iohannem biaquam ex altera aſignavit ſupraſcripto presbitero peciam I. terre & vinee poſitam iuxta dictam Eccleſiam, & his finibus terminatam, a mane dicta Eccleſia, a ſero via & dicta Eccleſia, & eſt biulcham unam, & LV. tab., & quam ipſe Iohannes tenebat per feudum a Federico (2), & ipſi Iohanni aſignavit aliam peciam terre & vinee poſita ibi prope, & eſt VII. biulche tres tab. minus, & quam ipſa Eccleſia tenebat per alodium, ea videlicet ratione & iure ut quiſquis eorum, ſicut ſuperius legitur, habeat teneat ſupraſcriptam terram que ſibi aſſignata eſt eodem modo & iure & eodem gravamine, ut quiſquis habebat & tenebat ſuam, preſato ubertino huic cambio & permutationi pro communi Mutine ſuam autoritantem preſtante. Actum in ipſa terra preſentibus Egidio baſolo, coradino plati, reverſo & guidolino bocacii.

Ego Rainerius imperialis ſacri palacii notarius interfui & ſcripſi.

CCCCI.

Autographum in Arch. Nonant.

1204.

IN Chriſti nomine die ſecundo exeunte menſe Aprilis io Eccleſia monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula in preſentia domini manna dauri Cān. Alberti, ſartorii, dominici, atque martini converſi illius monaſterii, Gilberti bobulci, magiſtri Rodulfini, & aliorum teſtium rogatorum, ibique dompnus Raimondus dei gratia ſupraſcripti monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula (*l.* Abbas) preſentibus, conſencientibus, & loquelam dantibus ſibi iſti monaci illius monaſterii, ſcilicet dompnus Anſelmus, & dompnus Milo priores dicti monaſterii, & dompnus Aleſius, & dompnus Odo, & dompnus Exidorus, & dompnus Ioſeph, & dompnus Amatus, & dompnus Tobaldus, & Luca (*ſic*) dompnus Columbanus, & dompnus Rainerius, & dompnus bricius, & dompnus Nicolaus, & dompnus Lanfrancus nomine & vice ſupraſcripti monaſterii ſancti Silveſtri de Nonantula laudavit & confirmavit contractum factum ab mainardo archipresbitero plebis ſan-

(1) La Corte di Sorbara era allora ſoggetta al Monaſtero di Nonaotola, come ſi è a ſuo luogo veduto, e ſembra perciò che non faceſſe d'uopo dell'autorità del comune di Modena per queſto contratto. Ma a queſto tempo cominciava il Comune ſteſſo a contraſtare per la giuriſdizione temporale co' Monaci, e ad abbracciare le occaſioni, che gli ſi offrivano per eſercitarla.

(2) Intendeſi probabilmente l'Imp. Federigo I. che poteva più anni prima aver conceduto a Giovanni Biacqua o Bevilacqua il feudo quì indicato. Di queſta famiglia, che era di S. Giovanni in Perſiceto, e che non ſappiamo, ſe da lontano o per via men legittima apparteneſſe alla nobiliſſima famiglia Bevilacqua, ſi veggon nominati più altri nelle Carte Nonantolane.

ſancti petri de nogaria pro ipſa Eccleſia cum presbitero buſin de Caſalavonis pro ipſa Eccleſia Caſalavoni & Ravagnaoe, ſecundom quod cnntinetur in uno inſtrumentn ſacto per Albertum ootarium ibi hnſtenſo cootinebatur. Et inſuper dnmpnus Abbas pro ſtipulacinne prnmiſit pro ſe & vice & nomine ſuprascripti mnnaſterii & ſuorum fratrum ſucceſſnrum dictn Sicherin & Widnro fratribus dictarum Eccleſiarum vice ſui & ſuorum fratrum ſucceſſorum & vice ſuprascriptarum Eccleſiarum Caſalavnni & Ravagnane ſe in perperuum firmum & ratum habiturum, & qnod de cetero oeque ipſe neque per ſuos ſucceſſnres neque per ſuprascriptum mnnaſterium veniet contra alicn modo. Et dedit liceociam dicto Sicherio & Widotn & ſuis fratribus & ſuis ſucceſſoribus pro ſuprascriptis Eccleſtis, & ſuprascriptis Eccleſiis ut ipſi habeant regreſſum contra ſuprascriptum mainardum Archipresbiterum & cnotra ſuos fratres & contra ſuos ſucceſſores & contra ſuprascriptam plebem ſancti petri de nogaria; ſalvis tamen omnibus rationibus & iuriſdictionibus & coodicinoibus, quas dictum Monaſterium habet in dictis Eccleſiis Caſalavoni & Ravagnane.

Actum eſt hoc annn domini milleſimo duceteſimn quartn Indictinne ſeptima.

Ego Galicianus dnmini imperatoris ſederici Nntarius interſui & rogatus ſcripſi.

CCCCII.

Autographum in Archivio Nonant.

1206.

INnncentius Epiſcnpus ſervus ſervnrum Dei dilectis filiis Archipresbitero & Guidoni de Bagnnln (1) Canonico Bonnnienſi Sal. & Ap. Ben. Dilectus filius Abbas de Nnnantula nnbis humiliter ſupplicavit, ut in quodam locn, qui ad mnnaſterium ſuum pleno iure nnſcitur pertinere, ad Oratnrium conſtruendum primarium ſibi lapidem mittere digoaremur. Quia vero oobis plene onn cnnſtat, quod hoc fieri poſſit ſine iuris preiudicio alieni, diſcretinni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ioquiſita ſuper hoc diligentius veritate, ſi locum illum exemptum eſſe conſtiterit, primarium ſibi lapidem ad Oratorium conſtruendum nnſtra freti auctoritate, appellatione poſtpoſita, concedatis. Datum Ferentioi XV. Kal. Auguſti Pontificatus nnſtri anno nnon.

Sig. avulſum.

CCCCIII.

En Codice pergameno Monaſterii Sanctæ Crucir in Ieruſalem de Urbe ſignato XLI.

1207.

INoocentius Epiſcopus ſervus Servorum Dei dilecto fratri t. (1) patriarche conſtantinopolitano ſalutem & apoſtolicam benedictinnem. Significaverunt nnbis dilecti filii abbas & conventus Nooaotulanus, quod

(1) Non è inveriſimile, che queſto Canonico Guido da Bagnolo foſſe Reggiano, e uno degli Antenati di quel Guido da Bagnolo amico del Petrarca, di cui ſi è parlato nella Storia della Letteratura Italiana (*T. V. p.* 214.)

(1) Allor qoando i Latini l' anno 1203. ebbero eſpugnata Coſtantinopoli, e privati i Greci di quell' Impero, che ſolo nel 1261. venne lor fatto di riacquiſtare, vollero che quella Chieſa aveſſe un Patriarca Latino; e il primo ad eſſere a quella Sede innalzato fu Tommaſo Moroſioi, il qual la tenne dall' anno 1204. fino al 1211. A lui diretto è queſto Breve, intorno al quale veggaſi ciò che ſi è detto ſul fine della ſeconda Parte.

ru eis per tuas litteras intimaſti, quod monaſterium ſancti Georgii, quod grece verlocopo dicitur, eorumdem cenobio conceſſiſti, mandans eiſdem ut ad recipiendum illud conſtantinopolim monachos & perſonas idoneas deſtinarent. Cum igitur dictus abbas & conventus monachos ad te propter hoc duxerint deſtinandos, & bonorum virorum promiſſio debeat effectui mancipari, fraternitati tue rogantes attentius & monentes per apoſtolica tibi ſcripta mittentes, (ſ. *mandamus*) quatinus monaſterium ipſum prefatis monachis iuxta quod diceris promiſiſſe, cum ad te venerint, ſtudeas aſſignare, dummodo de monaſteriis illis non ſit, que aliis per Legatos Sedis apoſtolice ſunt collata; de quibus monaſteriis, predicto monaſterio a noſtro Legato unum eſt conceſſum, ſcilicet monaſterium Sancti Angeli theodoſii patricii, quam conceſſionem firmam & ratam habemus; unde tibi precipiendo mandamus, quod ea nullomodo debeas violare.

Data Laterani idus Aprilis, pontificatus noſtri anno decimo.

CCCCIV.

Autographum in Arch. Nonant.

1207.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem M. ducenteſimo VII. Indictione XII. die Iovis XI. exeunte menſe Septembri. Dominus Manfredus de runcaliis fecit finem & perpetuam refutationem & pactum de non petendo D. Raimundo Nonantulano abbati & eius ſucceſſoribus de omni iure, actione, & ratione, quod & quam habet in omnibus vaſallis quos habet pro terra & poſſeſtione quam habet a Nonantulano Monaſterio, & in poſſeſſione quam tenet a dicto monaſterio per feudum, ita ſcilicet quod dicti vaſalli ita de cetero teneantur dicto monaſterio, quemadmodum eidem manfredo huc uſque tenebantur. Et ipſos vaſallos & poſſeſſiones in manu dicti abbatis refutavit. Quam finem & refutationem & pactum & predicta omnia obſervare & firma habere, nec aliquo modo contravenire pro ſe ſuiſque heredibus dicto domino Abbati & eius ſucceſſoribus ſolemni ſtipulacione promiſit. Et ipſe dominus Abbas pro ſe ſuiſque conſilio & conſenſu fratrum ſuorum eiuſdem cenobii monachorum pro hac fine & refutatione ſolemni ſtipulatione promiſit dicto manfredo dare victum & veſtitum decenter quonſque vixerit & morari voluerit apud predictum monaſterium vel alibi pro voluntate dicti domini Abbatis & eius fratrum. Penam X. librarum ipſe ambe partes inter ſe ſibi invicem ſtipulantes, ſi predicta omnia non obſervarent & rata non haberent; penaque ſoluta hoc inſtrumentum permaneat in firmitate ſua. Actum Nonantule feliciter.

Ad hec interfuerunt teſtes rogati Iacobus de paſaponte, Vbertinus Scuſinellus, Guido de Palude, Henricus Camprii, Iohannes ſtracie, & pizus.

Ego Aliſinus ſereniſſimi domini Henrici imperatoris notarius interfui & rogatus ſcripſi.

CCCCV.

Autographum in Arch. Nonant.

1208.

IN Chriſti nomine anno eiuſdem M. duceteſimo VIII. Indict. XI. die Veneris VI. exeunte Menſe Aprili. Domina Bona uxor quondam Gibertini Zandei de Nonantula ſtans ante preſenciam domini Raimundi nonantulani Abbatis ab eo tutorem filie ſue peciit Gibertine. Super quo dominus Abbas proſpiciens precepit Vbertino Barbano ſuo, ut tutelam ipſius ſuſciperet, quam ipſe recepit, ipſo domino Abbate auctoritatem ſuam preſtante & accomodante, ei dicendo: eſto

eſto eius tutor. Qui Vbertinus promiſit mihi Aliſino notario ſtipulanti nomine dicte Gibertine eius bona cuſtodire & ſalvare, & eius negocia, que ei utilia eſſe cognoverit, facere, & inutilia pretermittere, & ſic tactis ſacroſanctis Evangeliis obſervare corporaliter iuravit, ſi Deus illum adiuvet & ſancta Dei Evangelia. Actum Nonantule feliciter preſentibus Gualcono Primadicio, & petro de galeto ad hec rogatis teſtibus.

Ego Aliſinus ſereniſſimi domini Henrici Imperatoris notarius interſui & rogatus ſcripſi.

CCCCVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1209.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem MCC. VIIII. Indict. XII. die Iovis VIIII. exeunte menſe Ianuario. Dominus Raimundus venerabilis monaſterii ſancti Silveſtri ſiti nonant. abbas precario atque emphiteoticario iure conceſſit Iohanni filio mauri de loco crepacorii &c. totam terram quam habet per anteriores precharias &c. Prima pecia iacet in loco qui dicitur pozo perſigo &c. de ſubtus filii qu. grimaldi de Fregnano &c. Secunda pecia prope calveclam, a mane limes pontilongi, a meridie calvecla &c. Tercia pecia iacet in crepacorio &c. de ſubtus Panarius veclus. Quarta pecia iacet in capite burgi de crepacorio &c. Quinta pecia iacet in burgo blancanexe &c. X. pecia in campo uberti; a mane ſovea &c. XIIII. pecia iacet in marzanis &c. Quinta decima pecia in loco caſtriveteris; a mane Rolandus de Saſoclo, a meridie terra Eccleſie de ſolio &c. & eſt longa uſque ad limitem curtis &c. XVII. pecia iuxta caſtellum veclum, a mane terra eccleſie de crepacorio, a meridie bernus potolarius, a ſero caſtellum veclum &c. Octava decima pecia iacet in loco qui dicitur carta nova, a mane limes ponti longi &c. XX. pecia iacet in blandulino, a mane foſſa, a meridie dotholus, a ſero caſtellarium &c. XVIIII. pecia in eodem loco, a mane foſſa, a meridie maliavacca, a ſero caſtellarium, de ſubtus Fregnaniſi &c. XXIII. pecia iacet prope ſegreſtie &c. de ſubtus limes cixone &c. XXIIII. pecia iacet in loco qui dicitur beltrioca &c. XXV. pecia iacet in precharie, a mane limes ponti longi, a meridie navigatura, a ſero braia vecla &c. Reddant autem pro omni fructu &c. ſingulis annis in menſe martio penſionis nomine VIII. imperiales &c. Actum in Curte Eccleſie crepacorii feliciter &c.

Rog. Bonandus.

CCCCVII.

Apographum authenticum in Archiv. Nonant.

1210.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis OTTO quartus Divina ſavente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneſitii, & neceſſitates eccleſiaſticas ac petitiones ſervorum Dei noſtro relevamus juvamine atque imperiali tuemur munimine, id nobis cum ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam & ad æternam feliciter obtinendam, liquido credimus profuturum. Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum noverit induſtria, qualiter Dominus Raymundus Venerabilis Abbas Nonantulenſis noſtram adiit clementiam, poſtulans ut pro Dei honore noſtræque animæ remedio Nonantulenſi Monaſterio per noſtrum præceptum concederemus & confirmaremus omnia, quæ ſibi per-

ti-

tinere videntur in Regno Italico ſicut ab Anteceſſoribus noſtris Regibus & Imperatoribus, ſive etiam a Pontificibus Romanis eidem Monaſterio collata ſunt, vel etiam cuncta quæcumque fideles viri vel feminæ per quamcumque ſcriptionem pro ſuis animabus eidem Monaſterio largiti ſunt. Cuius petitionibus annuentes ad imitationem Sereniſſimorum Anteceſſorum noſtrorum Ottonis & Federici Romanorum Imperatorum divorum Auguſtorum & aliorum, ſicut ipſos ex ſuis authenticis privilegiis aperte feciſſe cognovimus, concedimus etiam & confirmamus eidem Venerabili Abbati Nonantulenſi Monaſterii ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. In primis ſicuti Flavius Ayſtulphus Rex Longobardorum Anſelmo Abbati fundatori eidem Nonantulani Monaſterii conceſſit ſylva quæ dicitur gena & loca deſignata cohærente ab uno latere fluvio panario, ab alio latere ceſa quæ eſt inter perſecetanos & ſupraſcriptam ſylvam uſque in rivum mortuum, a tertia parte ſtrata publica, a quarta vero parte ſylvæ & paludes una cum Baſilica beati Martini Confeſſoris Chriſti. Concedimus etiam & perdonamus prædicto Monaſterio Nonantulenſi quemadmodum & prædictus Rex Ayſtulphus conceſſit, ut in prænominato fluvio gena nullus hominum poteſtatem habeat cum navigio pergere, aut pontem vel tranſitum ſuper eum conſtruere ſine licentia Abbatis aut Rectorum Monaſterii, qui pro tempore fuerint. Perdonamus etiam eidem monaſterio & utraſque ripas prædicti fluvii uſque ad duodecim pedes ſicut ubicumque decurrerit, ac ſubtus ſtratam publicam, ut nullus molendina ibidem ædificare præſumat uſque ad fines illius fluvii abſque licentia præfati Abbatis ſuorumve ſucceſſorum præter duo molendina quæ pertinent ad Curtem pancianum. Et ſi naves cum mercimoniis in prædictum flumen venerint infra præſcriptos fines, liberam poteſtatem habeat prædictus Raymundus Abbas ſuique ſucceſſores ripaticum legaliter exigere. Confirmamus etiam eidem Monaſterio Nonantulano inſulam unam, quæ eſſe videtur inter Panarium & foſſam, quæ dicitur munda, per deſignata loca: ab Oriente prædictus fluvius panarius, a meridie Villa Salicetum, ab Occidente prædicta foſſa munda & militaria foſſa uſque in ſylvam comunem, & de ſubtus foſſa mortua exiens in panarium, ut nemo in prædictis foſſis vel fluminibus audeat molendina ædificare abſque conceſſu Abbatum ſive Rectorum Monaſterii. Nec non confirmamus prædicto Monaſterio Nonantulenſi Canetulum in Territorio Mutinæ cum omnibus pertinentiis ſuis, ſive duas portiones de Silva Lupoleto, ſive ſylva murianeſe, madematica, & caprinam, pontenariam, & paludes grumulenſes uſque in limitem decimanum, qui percurrit in gautianum, & villam ulianam de ipſo limite in Panarium veniente, & de via decimanenſe, ut habeat omnia uſque in foſſatum finalem cum decimanenſe & ulianenſe ſecundum eorum cohærentias, atque ex alia parte fines de lameſe in Caſale Modenula & Luduria, & ſicut vadit Argine Saleſe cum foſſa quarta, ſeu vico ficulo cum omnibus pertinentiis ſuis in integrum cum Eccleſia beati Petri Apoſtoli, quæ ibi ab ipſis Maſſariis ipſius Monaſterii ædificata eſt, una ſine tenente in vico cuentio atque toſtetum veniente in Panario; ex alio vero latere in fine Lameſe. Et fluvium Scultennam, qui & Panarius dicitur, deducendi habeat licentiam ubicumque illis melius viſum fuerit; & ut nullus inferioris magnæve poteſtatis homo molendina vel portus cum ſandonibus, aut naves in ipſo fluvio vel lavaturia ædificare audeat, aut piſcationes facere, aut cum navigio pergere ſine licentia Abbatum ſuorumque ſucceſſorum. Igitur hoc noſtro præcepto corroboramus præfacto Monaſterio Nonantulano ſylvas ac paludes ſive prædictam foſſam lavaturiam cum omnibus foſſis & campis per legittimos ſine percurentibus. Item in alia parte fluvium genam coniungentem ſe

in

in roſaleſe, & utraſqne ripas fluvii Panarii uſque ad duodecim pedes in latitudine, ſicut ad publicum pertinent, & ſicuti fluvius decurrit undecumque & quocumque. Corroboramus quoque prædicto Raymundo Non. Monaſterii ſuiſque ſucceſſoribus in perpeiuum ſylvam unam in Gajo Lameſe veluti ad curtem noſtram pertinuit per deſignata loca: ex uno latere currit fluvius Lama, de alio latere fluvius Moclena, tenente uno capite in limite polito, & alio capite in loco Carpio & fraxeno uſque in Caſale Modenula ac Lnduria intrante Muclena, & a ſtrata publica uſque in Padum, & in ipſis fluviis Muclena ſeu in Luduria & Lama nullus audeat facere Molendina, nec portum ædificare præter Abbatum Monachorumque licentiam in quantum fines illorum continent, & per Padum deſubtus uſque in Foſſam quæ vocatur Carraria, atque ex alia parte per Muclenam in joſum uſque in capite prædictæ Foſſæ. Et medietatem ex Piſcariis in Territorio Mantuano in loco Sarmata & Bondeno, atque alias Piſcarias in finibus Regianis & Flexicianis in integrum, ex una parte currente fluvio Muclena, de alia parte fluvio Bondeno, uno capite tenente in foſſa quæ dicitur Firmana ſeu villula & lacum perfloriana ſive per foſſas Scavariorum ſeu Albareti uſque in ſpinum; alio autem capite in pado tenente, una cum arboribus & limitibus, quæ infra præſcriptas cohærentias eſſe videntur; omnia prædicto Raymundo Abbati Non. Mon. ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus tam ſylvas quam paſcua ſeu limites ac paludes omneſque alias foſſas & campos ſeu paludes undecumque qualeſcumque piſcationes fieri ſolent, exientes & intrantes a Trepontio in joſum uſque ad Foſſam latam & Gambarionem cunctas foſſas & paludes quæ fiunt de Fluvio Bondeno & de Muclena; item Treſeclaria cum campis ſuis in perpetuum concedimus prædicto Monaſterio Nonant., ut homines ejus & ſuarum Eccleſiarum piſcationes licenter exerceant ubicumque eis libuerit & in toto flumine Padi & in toto noſtro Imperio. Nec non & hoc concedimus præfato Monaſterio, ut homines illius neque Papiæ neque Veronæ neque Ferrariæ neque Cumaclo neque in Conquitio, (*ſic*) neque in aliquo mercato Italiæ toloneum reddant. Mercata etiam in propriis terris & agris conſtruendi licentiam habeatis, conducendi diverſa mercimonia, negotiatores cunctumque toloneum, ut quidquid de ipſis mercatis exigi poteſt Frairibus ibidem Deo famulantibus pertineat ſine ullius contradictione. Curtem, quæ dicebatur duas robores, quæ nunc dicitur Nogaria cum pertinentiis ſuis, & prædia quædam locata in portu & fundo Roverſcellæ una cum Capella in honore Sancti Zenonis ædificata finibus Veronenſium; Spinam quoque Lamberti cum pertinentiis ſuis, & Caſtrum vetus cum ſuis pertinentiis, & Monaſterium Sanctæ Luciæ cum Eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis, & Campi Galliani & Samoni & Gadeliano (l. *Catiliano*), & Verleia, & monteoliveto & Prati Albini, & Manzulini & Raſtillini, & Caſtrum & Curtem Ceulæ cum pertinentiis ſuis, & Curtem Raigoſæ, & Solariam & Camuranam & Roncaliam & Siccum cum omnibus eorum pertinentiis. Fananum quoque cnm univerſis legalibus & pertinentiis ſuis in integrum cum ſylva de Sclopano & Caſtro Seſtula & Monte calvo uſque in Alpem currentem, nec non Maſſam Lizzano & Gabba cum omnibus viculis ſuis in integrum cum montibus & vallibus, alpibus ac ſylvis, ſervis pro ſervis, ſen ancillis, cum omnibus quæ dici vel nominari poſſunt ad eadem loca pertinentibus eidem Monaſterio firmamus. Sancimus ergo, ut nullus illorum, qui in prædictis locis habitant vel reſident, alios homines illuc vocare aut introducere, nec placitum illic quiſquam tenere præſumat, niſi Rectores Monaſterii per ſe & ſuum Nuntium. Quod ſi in ipſis ſylvis aliquis runcos fecerit, aut ſi paſcua pa-

bu-

bulaverit, redditum eſcaticum ſeu caſeum ad fratres Nonant. Monaſterii perducat. Eccleſiam quoque Sancti Mammæ in Lizzano cum omnibus ſuis Capellis, & Hoſpitale Vallis Lamolæ cum omnibus ſuis pertinentiis, eccleſiam Sancti Sylveſtri in Fanano cum omnibus aliis Eccleſiis, quæ in ſupraſcriptis curtibus ſitæ ſunt cum omnibus earum pertinentiis prædicto Monaſterio corroboramus, ſicut etiam quantumcumque ipſi Monaſterio pertinere videtur in toto territorio Bononienſe, Mutinenſe, Regienſe, & Parmenſe, & in Sancto Domnino, ſeu in aucenſi, ſive in Comitatu Placentino, Cremonenſe, Papienſe, & Brixienſe, Landenſe, Lumienſe, Mediolanenſe, Taurinenſe, Cumano, Veronenſe, Tridentino, Trivifino, ſive quantum ex illa parte Padi ſibi pertinere videtur; nec non etiam in Lunenſi Comitatu, Piſtorienſi, & in Florentino Comitatu Eccleſiam Sancti Michaelis cum aliis Eccleſiis illic poſitis, & Sanctam Mariam quæ dicitur Mammæ cum hoſpitale Montis Marzani, & cum Hoſpitale Camplani, & cum omnibus Eccleſiis aliiſque pertinentiis ſuis, & ſanctam Mariam in Advena, & ſanctorum Martini & Cypriani cum ſuis pertinentiis, & in Marchia Camerina ſeu Spoletina Sanctam Mariam quæ dicitur Vallefabrica cum omnibus ſuis pertinentiis, & Caſtrum Saxi Ferrati, adiicientes ut nulli hominum liceat homines habitantes vel in futurum volentes habitare in ſupraſcripto Caſtro Saxi Ferrati exinde removere vel aliquo modo prohibere aut inquietare ullo modo, ſeu omnia quæcumque in Italico Regno præfato Monaſterio Nonant. pertinere videntur, ideſt Eccleſias, Cellas, Villas, Caſtella, Curtes cum terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, paludibus, piſcariis, molendinis, aquis, rivis, aquarum decurſibus, ſervis, ancillis, aldionibus prædicto Monaſterio corroboramus. Sed hoc ſancimus, ut in omnibus ſylvis Monaſterii eiuſdem nullus Comes ſive Caſtaldius ſeu quilibet homo cum canibus vel quocumque ingenio venationes exercere præſumat ſine licentia Abbatis aut Rectorum Monaſterii. Præcipimus etiam, ut nullus cuiuslibet ordinis ſervos vel Ancillas, qui fuga lapſi fuerint, contra Abbatem aut Præpoſitum vel advocatum, cum inventi fuerint, audeat retinere. Simulque etiam confirmamus eidem monaſterio præceptales perſecetanos XLVIII. qui nunc ſunt vel futuris temporibus ex ipſis aut ex aliis eſſe voluerint, ut liberam ad Monachorum utilitatem peragendam habeant poteſtatem. Concedimus etiam eidem Monaſterio, ſicut a Pontificibus & ab Imperatoribus antiquitus conſtitutum eſt, ut nullus Epiſcopus ab omni Terra Monaſterii exigat donationem, niſi Abbas, aut quamlibet publicam functionem; atque in negotiis ſive inſtrumentis cartarum diſrumpendis ſeu de Advocatis quales & undecumque eligere voluerint liberam habeant poteſtatem cauſam Monaſterii peragere abſque alicuius poteſtatis iniuria. Nec non & de inquiſitionibus faciendis per idoneos homines de rebus monaſterii per viginti annos & eo amplius ſeu de placitis & de pignerationibus ſuorum hominum de immunitate, quæ eſt in triginta libris argenti. Addimus quippe vobis, ut quæcumque perſona nobilis aut ignobilis in toto Imperio noſtro de ſacro vel ſæculari ordine ad prædictum Cœnobium refugium facere voluerit, aut res ſuas ibidem conferre quæſierit, non Comes aut Miniſter publicus neque Miſſus noſter ei contradicere audeat, ſed liceat libera poteſtate de ſe ſuiſque rebus quidquid voluerit in eodem Monaſterio conferre. Volumus & concedimus, ut quando vocatione divina Abbas ipſius Monaſterii de hac luce migraverit ipſi Monachi de ipſa Congregatione qualem inter ſe digniorem invenerint licentiam habeant eligendi Abbatem. Statuimus & modis omnibus jubemus, quatenus in præfati Monaſterii res nullus ſuperioris vel inferioris ordinis, nec Epiſcopus,

nec

nec Clericus non Comes aut Caſtaldius vel Reipublicæ procurator vel quælibet perſona invaſionem facere audeat in loco ullo, non ad cauſas iudiciario more audiendas, vel fodra exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut parafredos ſeu fidejuſſores tollendos, aut collectam ſeu bovateriam auferre, aut in hoſtili expeditione gravare, vel eos in aliqua factione Civitatum cogere præſumat, aut homines tam ingenuos & libellarios quamque & ſervos ſuper terram ſeu proprietatem ipſius Eccleſiæ manentes empbyteoticarios & ſupraſcriptos præceptales perfecetanos nullo modo diſtringendos, nec ullas publicas functiones aut redibiriones vel illicitas occaſiones requirendas conſurgere audeat, vel exigere præſumat. Sed liceat Abbati ipſius Monaſterii cum omnibus eidem Monaſterio ſubjectis atque hominibus immunitatis noſtræ ac defenſionis quieto ordine conſtare, ac pro nobis totiuſque Imperii noſtri ſtabilitate Domini miſericordiam exorare, omniumque ſupraſcriptorum cauſas per ſe vel per alium, cui commiſerit dictus Abbas, poſſit cognoſcere & terminare & ſuper eis pleniſſimam habere juriſdictionem abſque objectu alicujus & correctionem omnium. Et concedimus eidem Abbati ejuſque ſucceſſoribus poteſtatem dandi tutores & curatores eoſque removendi ubi jus exegerit per omnes terras & homines abbatiæ ubicumque in noſtro Imperio fuerint. Præcipimus quoque, ut nec vos idem Raymundus Abbas nec ſui ſucceſſores audeant aliquorum hominum poteſtatem conferre ſcriptiones ſine conſilio & conſenſu omnium Monachorum, aut in virtute diſponendarum rerum minoratione delegare; ſed nec ullus monachus aliquam conſencionem, quæ ſuæ probatur non eſſe poteſtatis. Quod ſi facerent, robur nullum obtineant. Conferimus etiam ſæpe jam dicto Monaſterio Olivetum unum ad luminaria Eccleſiæ Nonant. prope Caſtellum Aginulphi & duas caſas maſſaritias. Quin etiam volumus atque iubemus, ut firmitates ejuſdem monaſterii juſte & legaliter affectæ ſi aliquo modo per aquam aut per ignem ſive per pravos homines deprædatæ aut per vetuſtatem conſumptæ ſint, aut ipſæ Deo oblatæ . . . . . , ... præceptum robur obtineant . . . . & perdonamus prædicto Monaſterio in perpetuum, ut ex ipſo Cœnobio & de rebus, quas nos ibi contulimus, vel futuris temporibus Dei ſervitio acquirere poteritis, tam ipſe Abbas quam poſteri ſui nullum ſervitium a nobis vel futuris Regibus ſeu Imperatoribus exinde exigatur, niſi pro benedictione in quadrageſima majore quadraginta luceos & in quadrageſima Sancti Martini ſimiliter, & per miſſos ipſius Monaſterii conſignatos in Papiam aut in mantuam ſive fuerimus Ravennam. Proinde cum . . . . quoniam comperimus ipſum Nonant. monaſterium iamdiu per multa tempora in benefitii partibus Italiæ . . . . nefandi & a Chriſtianitate abiiciendis pre cariis pene deſolatum & libellariis ſcriptionibus ad nihil redactum, utpote Monaſterium Geroli Abbatis (1) abſque Abbatibus fuit, propterea ſecundum commune conſilium noſtrorumque fidelium judicium ſtatuimus, ut omnes precariæ & libellariæ conceſſiones ſive omnes ſcriptiones vel infeudationes quæ ab Epiſcopis vel Monacis vel aliis a temporibus ſupraſcripti Geroli Abbatis & per ipſum Bonifacium vel monacos ejus factæ ſunt evacuentur, ut nullum robur habeant; & inquirendis rebus præſatæ Eccleſiæ nulla præſcriptio ob-

(1) Sembra qui intenderſi l'Ab. Gerlone, che per ſei anni cominciando dal 941. reſſe il Monaſtero di Nonantola. Ma come può affermarſi, che dopo quel tempo fino a quello di Bonifacio e di Raimondo la Badia foſſe priva di Abate? Noi ne abbiam formata la ſerie, e abbiam veduto, che molti di eſſi furono diligenti e ſolleciti amminiſtratori de' beni del Monaſtero. Io dubito, che qualche non leggiera ommiſſione abbia qui fatta il Copiſta, che non laſci intenderci il ſenſo di queſto paſſo.

objici poſſit niſi centum annorum, non obſiſtente lege aliqua, quæ dicat excludendam eſſe Eccleſiam præſcriptione quadraginta annorum, excepta Eccleſia Romana. Sed ſimiliter cum ea quantum ad præſcriptionem pertinet ex munificentia noſtra hæc Eccleſia habeat prærogativam. Et hoc mandamus omnibus judicibus, ante quorum præſentiam Abbas Nonant. per ſe vel per legitimum Nuntium negotia ſui Monaſterii tractaturus aſtare voluerit, pro certo ſcire & in veritate cognoſcere, quod illi noſtra auctoritate ſacramentum calumpniæ præſtandæ quadam ſpeciali eccleſiaſtica prærogativa remiſimus, ita quod a nemine judicum occaſione legis vel alia qualibet juris occaſione præſatum ſacramentum præſtare cogatur præſtando eo ſemper ab adverſario, ſcilicet dictus Abbas vel nuntius petere ab eo voluerit ut ſimili contra eum valeat uti prærogativa. Item ſtatuimus, ut in inquirendis rebus & recuperandis dicti Monaſterii Nonant. nullo umquam tempore conſtituta ſeu conſtitutiones civitatum ſive comitatuum vel alterius contra jus commune dicto monaſterio valeat opponi aut impedimentum præſtare. De imperiali quoque benignitate dicto Monaſterio Nonant. addimus, ut omnia quæ aliquo modo alienata ſunt vel donata non jure a dicto Boniſatio vel aliis Monachis de rebus ſive poſſeſſionibus monaſterii Sancti Sylveſtri de Nonant. vel quondam a Monaſterio Sancti Sylveſtri fuerint detenta vel poſſeſſa, concedentes ut Abbas dicti Monaſterii ejuſque ſucceſſores libere poſſint repetere ac recuperare non obſtante præſcriptione XL. annorum vel aliqua alia, niſi ſola centum annorum præſcriptione. Adjicientes ut ſi quid de rebus vel poſſeſſionibus ipſius Monaſterii, vel de his quæ quondam poſſeſſa vel detenta per dictum Monaſterium fuerunt ab aliquo vel aliquibus detinetur, libere ad monaſterium revertatur, niſi detentores juſtum titulum & pretium juſtum vel inveſtituram juſtam & in utilitatem Eccleſiæ verſum; & dicta omnia dictus Abbas & ejus ſucceſſores libere poſſint repetere & recuperare nulla niſi ſola centenali præſcriptione obſtante & non obſtante L. t. quod quiſq. juris in alterum ſtatuerit. Ita ſcilicet quod adverſarius contra Monaſterium eodem jure non poſſit uti, nec pœnam in contractibus talibus permiſſam monaſterium teneatur ſolvere. Statuentes quod ſi quis debitam penſionem per biennium vel trienninm ſecundum quod lege cavetur non ſolverit, vel alienando vel aliquo modo a jure ſuo ceciderit, dictus Abbas & ejus ſucceſſores libere poſſint reperere & recuperare in nullo prædictorum omnium vel aliquo alio aliqua civitatis vel loci conſuetudine ſtatuto, & ſpecialiter conſuetudine, qua dicitur quod quis non amittat terram propter penſionem non ſolutam, ſed duplum domino præſtare teneatur, & non obſtante Statuto mutinen. vel alterius civitatis . . . . facto. Statuentes & imperiali edicto firmiter ſancientes, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitaneus, nulla Civitas, nullum commune, nulla denique perſona Eccleſiaſtica vel ſecularis alta vel humilis hujus noſtræ Inſtitutionis, confirmationis, conceſſionis, & præceptionis paginam in aliquo prædictorum ullo modo infringere præſumat. Quod ſi fecerit in ultionem ſuæ temeritatis centum libras auri puri pro pœna componat medietatem fiſco imperiali & medietatem dicto Monaſterio Nonantulano. Ad cujus rei certam in perpetuum evidentiam hoc inde privilegium conſcribi juſſimus, & noſtræ majeſtatis ſigillo communiri. Hujus rei teſtes ſunt Henricus mantuanus epiſcopus Vicarius curiæ, Johannes Brixienſis Epiſcopus Hartamannus Comes de Wirlunbe, Cuno de Micenberg, Henricus de Ravensburg Imperialis Aulæ camerarii. Salinguerra de Ferraria. Albertus Strutius. Ruffinus Presbiter & Johannes Imperialis Aulæ judices, & alii quamplures.

Signum Domini Ottonis quarti Romanorum Imperatoris Auguſti.

Ego Conradus Star. . . . . . Imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Theodoric; Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarii.

Acta ſunt hæc anno ſalutiferæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo decimo menſe Madii decimo tertio Kalendas Junii imperante glorioſiſſimo Domino Ottone Romanorum Imperatore Auguſto aooo Regni ejus duodecimo, Imperii vero primo.

Datum per manum Valterii Protonotarii apud Brixiam indictione tertia decima.

Ego Homobonus Corvus Domini Federici Imperatoris Notarius authenticum hujus exempli vidi, & legi, & ut in eo continebatur ita & in hoc legitur exemplo nihil addens quod ſenſum vel ſententiam mutet ĩo aliquo bona fide exemplavi . . . . . Domini Jacopini de Parzenariis Judicis Comunis Mutinæ milleſimo . . . . . . una cum Guidone de Munario & Dalmiano de Montexello & Simone de Scuffinellis infraſcriptis Notariis . . . .

Egò Guido de Munario Notarius authenticum hujus exempli una cnm prædicto Domino Homobono Corvo Notario, & infraſcriptis Dalmiano & Simone. . . . . & ut in eo continebatur in hoc exemplo legitur me ſubſcripſi.

Ego Dalmianus de Montexello Notarius authenticum hujus exempli *&c.*

Ego Simon filius quondam domini Johannis de Scuffinellis de Nonantula Notarius authenticum hujus exempli *&c.* in milleſimo ducenteſimo nonageſimo Indictione tertia die Mercurii, primo Februarii.

CCCCVIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1211.

IN nomine domini anno ab incarnatione ſalvatoris noſtri millexìmo ducenteximo undecimo, die decimo menſis Iulii, Indictione quartadecima, in palatio Cremonenſis epiſcopi preſentibus magiſtro nigro Archidiacono cremonenſi & domino iacobo prepoſito de rondenario (1) & domino guernerio de caſtello novarienſi canonico teſtibus, Dominus Gerardus dei gratia albanenſis electus apoſtolice ſedis Legatus (2) amovit & removit in perpetuum abbatiſſam & monachas & converſas eccleſie beati Benedicti ſite in civitate nova Cremon. ab ipſa Eccleſia, & ſtatuit, & precepit, quod ne de cetero ſint in ipſa eccleſia monache nec converſe. Item precepit, quod ſit canooica regularis, & quod tres Canonici regulares inſtituantur ibi per abbatem de nonantula, qui habitum ſuſcipiant ſecundum regulam beati auguſtini, & quod abbas de nonantula habeat illud in prefata eccleſia quod primo habebat, & quod non recipiatur ibi aliquis niſi ſit Canonicus regularis, & quod aliquis noo percipiat de ipſa Eccleſia beneficium niſi faciat ibi reſidentiam. Et hec omnia precepit & ſtatuit ſalvo iure cremonenſis epiſcopi, unde plura inſtrumenta fieri juſſit.

Ego Iulianus ſacri palatii notarius hoc inſtrumentum de mandato prefati Domini Gerardi ſcripſi & ſubſcripſi.

CCCCIX.

(1) Queſti è quel Jacopo dell' Ordine degli Umiliati Propoſto della primaria Caſa, che quell' Ordine avea in Como detta *de Rondenario*, ove è ora il Collegio Gallio. Di lui io ho ragionato nella mia Opera intorno all' Ordine ſteſſo (*Vetera Humiliat. Monum. Vol. I. p. 79. &c. Vol. II. p. 22.*).

(2) Parla di queſto Cardinale l' Ughelli nella Serie de' Veſcovi d' Albano, e dice ch' ei fu dell' antica e nobil famiglia de' Seſſi di Reggio, prima Monaco Ciſtercienſe, poi Veſcovo di Novara, e finalmente Veſcovo d' Albano, eletto, dice egli, a' 5. di Dicembre del 1211. Ma queſto Breve ci moſtra, che almen fin dal Luglio di queſt' anno, medeſimo egli era ſtato a quella Cattedra eletto, e inſieme alla dignità di Legato.

CCCCIX.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1212.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis ſancte marie in Regula & Sancti Pauli Abbatibus (1) & Prepoſito Imolenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius archipresbiter Nonantulanus tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtravit, quod cum venerabilis frater noſter mutinenſis epiſcopus poſſeſſores & colonos terrarum de fenaida, quarum decime ad nonantulanam plebem pertinere noſcuntur, ſuper ſolutione decimarum ipſarum coram iudicibus ſecularibus conveniſſet, idem contra prefatum epiſcopum ſuper hoc ad dilectum filium abbatem ſancti ſtephani & coniudicem ſuum noſtras litteras impetravit, qui prefatis iudicibus inbibere curarunt, ne in negotio ipſo procederent, cum huiuſmodi cauſa ad forum ſeculare minime pertineret. Sed memorati iudices eorum inhibitione contempta homines ſupradictos in decimarum ſolutione ſententialiter condempnarunt. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ſententias a ſecularibus iudicibus ſuper re ſpirituali contra ſanctiones canonicas promulgatas auctoritate noſtra ſublato appellationis obſtaculo decernatis irritas & inanes, inhibentes epiſcopo memorato & clericis ſuis, ne ſententiis a ſecularibus iudicibus ſuper decimis promulgatis utantur. Quod ſi non omnes iis exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani X. Kal. Iunii Pontificatus noſtri anno quintodecimo.

CCCCX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1213.

IN nomine Chriſti anno domini milleſimo duceteſimo XIII. Indict. I. tempore Innocentii Pape & Ottonis Romanorum Imperatoris Ymole in palatio domini Epiſcopi die XV. intrante aprili in preſentia domini Zacharie, domini Viviani, Guidonis draconis, Vaſſalli, & Iohannis Camerarii teſtium vocatorum Dominus Maynardinus Ymolenſis Epiſcopus una cum domino Petro de Aldegerio fratre ſuo (1) pro ſe & fratre ipſorum domino Aldegerio pro remedio & etiam illuminatione anime domini Alberti patris eorum, & ſuorum delictorum remiſſione donaverunt & finem fecerunt &c. Domino Aliſino recipienti pro ſe & ſuis filiis & heredibus in perpetuum de omni eo quod ipſe tenebatur eis dare & reddere pro offitio notarie de Nonantula, videlicet de lucro percepto de inſtrumentis monaſterii, ſcilicet precariis &c. que ipſe confitiebat, quod totum ab eiſdem & aliis advocatis monaſterii in feudum habebat, & inſuper omnia iura omneſque actiones que & quas haberent contra eum occaſione dicte rei &c.

Rog. Franciſchus.

CCCXI.

(1) Del Monaſtero di S. Maria *de Regula* in Imola parla il Lubin (*Notitia Abbat. Ital. p. 175. &c.*) Quello di S. Paolo, che in appreſſo ſi nomina, e che dovea eſſere nella ſteſſa Città, è quello probabilmente, di cui il medeſimo Autor fa menzione ſotto il titolo de' SS. Donato e Paolo.

(1) Eccoci indicato da queſta carta il cognome del Veſcovo d' Imola Mainardino, di cui ſi può vedere l' Ughelli (*Ital. Sacr. Vol. II. in Epiſc. Imol.*) Egli era della famiglia Aldighieri Ferrareſe, a cui apparteneva la moglie di Cacciaguida tritavo del celebre Poeta Dante, che da eſſa diede alla ſua famiglia il cognome. Vedremo altrove, che queſta illuſtre famiglia fu originaria da Nonantola, che dee perciò entrare a qualche parte della gloria di aver data la naſcita a sì grand' uomo.

Digitized by Google

CCCCXI.

Excerpta ex Actis in controverſia pro Eccl. Spinalamberti in Arch. Nonant.

1213.

INtenrio domini abbatis nonantulani contra Epiſcopum mutinenſem multipliciter & perfecte probatur, & primo ſic (1). Conſtat totum Spinamlamberti & nominatim locum litis eſſe proprium monaſterii nonantulani, & hoc probatur primo per inſtrumentum precharie facte marchioni boniſacio & eius uxori, & ſcriptum per manum martini notarii &c. quod directe facit contra ipſum Epiſcopum, qui cauſam habuit a ruſticis illis, qui terram tenebant a comitiſſa matelda &c. & ipſa comitiſſa filia fuit ipſius marchionis &c. Secundo loco probatur per inſtrumentum locationis, quod fecit ipſa comitiſſa ruſticis de rino . . . . . & de rigol. de pratis & poſſeſſionibus Spinelamberti ſub annuo cenſu & penſione, qui uſque in hodiernum diem ſolvitur dominis manfredis & becaſabis recipientibus nomine ipſius monaſterii &c. Tertio ſic probatur. Mortua Comitiſſa & reverſa poſſeſſione caſtriveteris & Spinelamberti ad dictum monaſterium ſicut in precharia continebatur, abbates monaſterii nominatim caſtrum vetus Spinalamberti cum Curte & diſtrictu integre conceſſerunt in feudum predictis dominis, & inveſtiverunt eos inde, & illi iuraverunt fidelitatem abbatibus, & tenent nunc &c. Sexto probatur per privilegia apoſtolicorum & imperatorum, in quibus caſtrum vetus & Spinamlamberti confirmatur a ducentis annis & infra &c. Item Caſtrum vetus & Spinamlamberti & locus litis pleno iure pertinet ad monaſterium, ſicuti probatum eſt per teſtes noſtros, & quoſdam etiam de ſuis, quod temporalis iuriſdictio, ut in placitis, bannis, & ſimilibus habita eſt & poſſeſſa per vaſſallos nomine Monaſterii ut probata eſt, & ſpiritualiter detenta eſt per Eccleſiam de Caſtroveteri que percipiebat inde decimas &c. Ergo locus litis pleno iure pertinet ad monaſterium & poſſedit illum uſque dum mutinenſes edificaverunt caſtrum de Spinalamberti. Preterea monaſterium nonantulanum exemptum eſt cum Eccleſia & cellis ſuis & cum poſſeſſionibus omnibus & perſonis ſuis & ſuorum a iuriſdictione Epiſcopi mutinenſis & cuiuslibet alterius epiſcopi &c. Conſtat ergo mutinenſem Epiſcopum non potuiſſe edificare in loco predicto, qui nullo modo ad eum pertinebat, & quod male fecit, debet deſtruere, vel pati ut deſtruatur &c. Preter predicta, que directe faciunt ad cauſam, quedam alia dicunt teſtes & noſtri & ſui que faciunt . . . . magnam preſumptionem pro nobis, quatenus probatur per dominum bazalerium de campillio & Albertum . . . . . & Guizardinum de Caſtro veteri, quod dominus Manfredinus de pizo de manfredis . . . . . imperatori henrico, quod tenebat caſtrum vetus & ſpilemberti pro abbate nonantulano, & non pro ipſo imperatore, quod ipſe imperator dicebat. Item quod illi de hoſpitali de Spilemberto utebantur paſcuis & poſſeſſionibus de Spilemberto pro dicto monaſterio &c. Item probatur per teſtes &c. quod epiſcopus mutinenſis adceſſit ad Eccleſiam ſanctorum Seneſii & Theoponti de Caſtro veteri, que eſt propria domini Abbatis, & que recipiebat decimas de terra litis, & non fuit ibi auſus cantare miſſam in exequiis cuiuſdam domine niſi de licentia ſacerdotis ipſius Eccleſie &c.

CCCCXII.

(1) Veggaſi ciò che ſi è detto nel Capo VI. della Parte II.

CCCCXII.

Autographum in Arch. Nonant.

1213.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Archidiacono & Guidoni de Bagnolo Canonico Parmenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius Abbas Nonantulanus ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod cum cauſam, que inter ſuum monaſterium & venerabilem Fratrem noſtrum Mutinenſem Epiſcopum ſuper Eccleſia de Spinelamberto & rebus aliis vertitur, examini veſtro duxerimus committendam, vobis diutius proceſſum negotii protrahentibus per iterata ſcripta dedimus in preceptis, ut in eodem negotio procedentes, ſi de partium procederet voluntate, cauſam ipſam curaretis fine debito terminare. Alioquin ipſam ſufficienter inſtructam ad noſtrum remitteretis examen. Sed vos parte ipſius Abbatis ad nos remitti cauſam eandem iuxta formam vobis traditam poſtulante, id efficere noluiſtis, pro eo videlicet, quod in litteris ad vos primo directis hec clauſula continebatur expreſſe: Nullis litteris obſtantibus preter aſſenſum partium a Sede Apoſtolica impetratis. Propter quod per Syndicum eiuſdem Abbatis ne in cauſa procederetis eadem, fuit ad noſtram audientiam appellatum. Volentes igitur ſuper hoc eidem monaſterio providere diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus, quatenus dicta clauſula non obſtante ſecundum traditam vobis formam, cauſam ipſam ſublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obſtaculo ad noſtram preſentiam remittatis. Tu denique, frater Epiſcope, ſuper te ipſo & tradito tibi grege taliter vigilare procures, extirpando vitia & plantando virtutes, ut in noviſſimo diſtricti examinis die coram tremendo iudice, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua, dignam poſſis reddere rationem. Datum Laterani III. Idus Maii Pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

CCCCXIII.

1213.

Innocentii PP. III. decretum in controverſia de Eccleſia Spinalamberti.

(Antiqu. Ital. Vol. V. p. 345.)

CCCCXIV.

Autographum in Arch. Nonant.

1213.

ANno Domini M. CC. XIII. regnante Ottone Imperatore die XV. exeunte Menſe Novembri Indictione prima. Teſtes presbiter Redulfus, presbiter Petrus, Gerardinus de unzola, Stefanus eius frater, Martinus de iohanne bono, Cantarellus, martinus ſuci, & bartolomeus. Ego Presbiter Martinus de figezelli de loco manzolino facio teſtamentum per nuncupationem, & res meas ita diſpono. In primis pro anime mee remedio eccleſie ſancti michaelis de gavile II. ſolidos imperiales relinquo. Eccleſie Sancti Bartolomei & ſancti proſperi unam planetam de palio. Sancte Marie de Ambilano II. ſol. imp. Sancto petro de riolo II. ſol. Sancto Silveſtro de cirione I. ſol. Sancto blaſio de tuſteto I. ſol. ſancto Laurentio de torcilio I. ſol. ſancto andree de gavile I. ſol. ſancto Nicolao de runcalie I. ſol. Eccleſie Sancti Iohannis in perſeceto pro laborerio II. ſol. Oſpitali Sancti Iohannis de ultramare I. ſol. militibus templi I. ſol. Oſpitali cruciferorum bon. I. ſol. (1) Miſellis de bo-

1 no-

(1) *Hoſpitalis S. Mariæ Cruciferorum* è nominato nell' Elenco delle Chieſe Bologneſi pubblicato dal P. Melloni (*Atti de' Ss. Bologn. T. II. p. 367.*)

Digitized by Google

nonia I. ſol. Ponti novo reni (2) I. ſol. Ponti Sanᶜti Ambroſii I. ſol. miſellis de mutina I. ſol. Oſpitali columbarii I. ſol. [3], quos ſupradiᶜtos denarios ſolvi meis manibus. Do, lego Petro Nepoti meo quicquid habeo in ſparata de torcilio, & quicquid habeo in longara de roncalie, & unam peciam terre ibi prope iuſta mutos, & unam peciam ibidem, que tenet capud ad foſſam, & meam partem linarii de curniolo, que eſt alodium, & medietatem clauſure de la rovere groſſa, & medietatem illius terre, que eſt de la volta paganorum. Iohanni & martino nepotibus meis medietatem clauſure da la rovere groſſa, & medietatem illius terre que eſt da la volta paganorum, & VI. libras imperiales, quas dedi Enregeto patri eorum. Presbitero Rodulfo unam pellem albam agnilinam diſcoopertam Bartholomeo unam pellem albam coopertam de perſo. De omnibus aliis meis bonis eccleſiam ſanᶜte marie de gavile heredem inſtituo, & presbiterum Rodulfum & Bartolomeum meos commiſſarios facio & conſtituo. Quia ſie eſt mea ultima voluntas. Aᶜtum in Canonica Sanᶜte Marie de gavile in preſentia prediᶜtorum qui huius teſtamenti fuerunt teſtes rogati [4].

Ego Petrus qui vocor tabellinus notarius huic teſtamento interfui, & illud iuſſu & voluntate prefati teſtatoris ſcripſi.

CCCCXV.

Autographum in Arch. Nonant.

1213.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dileᶜtis filiis Abbati Sanᶜti Michaelis de Caſtro Brittonum Bon. Dioc. (1) & Magiſtro T. doᶜtori decretorum canonico ſanᶜti Laurentii in Colina Bononie commoranti

(2) Sembre, ehe non poſſe qui intenderſi del Ponte ſul Reno, che è ſulla via da Modene e Bologna; percioechè, ſe il Ghirardacci racconta il vero (*Stor. di Bol. T. I. p. 194.*), eſſo non fu fabbricato che l' anno 1257. E' più veriſimile, che ſi ragioni del Ponte ſul Reno preſſo Caſalecchio. Due Brevi di Urbano III, dell' enno 1186. pubblicati dal P. Ab. Trombelli (*Mem. di S. Maria di Reno p. 434. 435.*) ci moſtrano, che i Canonici Regolari di S. Maria di Reno eveano allore iotrapreſo a riparare quel Ponte, e che il levoro non ne era ancora compito. E' dunque probabile, che ſia queſto il Ponte nuovo di Reno, e eui nel 1213. Martino de' Sighicelli laſciò il pingue Legato di un ſoldo. Elle è coſa note tragli eruditi, ehe ne' baſſi tempi il fabbricar ponti eveaſi in conto d' opere meritoria non altrimenti che l' innalzar Chieſe; e che perciò agli uni ugualmente che alle altre ſi eſſegnavan Legati.

(3) Del Priorato del Colombato nella Dioceſi di Modene, a cui lo Spedale dovea eſſere anneſſo, abbiam la prima memoria in une carte del 1136. pubblicata dal Muratori (*Antiqu. Ital. Vol. V. p. 981.*), con cui Giovanni Priore del Monaſtero di Marola, dal quale quello del Colombaro dovee in qualche modo dipendere, all' occaſion della Chieſa, che in onor di S. Jacopo dovea ivi conſecrarſi, promette a Dodone Veſcovo di Modena di riconoſcere quella Chieſe come dipendente e ſoggette e lui e a' ſuoi ſucceſſori. Nel 1318. ne era Priore Metteo da Gorzano, il quale, come nelle Serie de' Veſcovi ſi è veduto, fu in quell' anno nominato da alcuni el Veſcovedo di Modena, benchè poſcia non l' otteneſſe. Eſſo epparteneva all' Ordine Ciſtercienſe, ed era ed eſſo ſoggetta la Chieſa di S. Paolo di Modena, come ci moſtra il Catalogo MS. delle Chieſe Modeneſi più volte citato.

(4) Un ſomigliante teſtamento, in cui alcuni Legati ſi laſciano a diverſe Chieſe e Luoghi Pii Nonantolani e Modeneſi, fatto da Pietro da Gaggio e' 31. di Decembre del 1208. per rogito del Notajo Aliſino ſi trova nell' Archivio delle Badie. In eſſo oltre 40. ſoldi al Monaſtero, e 10. ella Pieve di Nonantole, egli aſſegna *S. Salvatori II. ſol. Imper. cuilibet Capelle de Nonant. XII. Imp. Eccleſie B. Iohannis de panario XII. imp. Eccl. S. Antonini XII imp. Eccl S. Marie de bagazano XII. imp. Eccl. de runco XII. imp. Eccl. S. Ambroſii XII. imp. Eccl. de Rubiario XII. imp. Eccl. S. Marie de reduto XII. imp. Eccl. de Gazo XX. imp. Ponti de S. Ambroſie XII. imp. S. Trinitati V. imp. S. Lazaro V. imp. Hoſpitali S. Johannis X. Imp. Templariis X. Imp. S. Margarite X. imp. Hoſpitali de S. Nicolao XII. imp. Hoſpitali de S. Cataldo XII. imp.*

(1) Il Monaſtero di S. Michele di Caſtel de' Britti nelle Dioceſi di Bologna epparteane già all' Ordine Camaldoleſe; e poſcia nel 1462. fu dato e' Frati Godenti (*V. Annal. Camald. T. V. p. 61.* &c. *Melloni Atti de' Ss. Bologn. T. II. p. 62.* &c.)

ti (2) Sal. & Ap. Ben. Dilecti filii Abbas & Conventus Nonantulanus tranſmiſſa nobis petitione monſtrarunt, quod cum quidam eorum monachus pro quodam defuncto, qui apud Eccleſiam ſancti Bartholomei de Spinalamberti ad ipſos de iure ſpectantem elegerat ſepulturam, exequias celebraret, Archipresbiter Eccleſie ſancti Martini & eius complices mutinen. diocesis in ipſum monachum manus temerarias iniecerunt non permittentes eum celebrare officium pro defuncto. Cumque per venerabilem fratrem noſtrum Mutinenſem Epiſcopum ſperarent hoc relevari gravamen, ipſe premiſſis alias adiecit iniurias, in Vaſſallos Nonantulani monaſterii & omnes qui de cetero in predicta eccleſia eligerent ſepulturam excommunicationis ſententiam promulgando. Nolentes igitur iura eiuſdem monaſterii deperire, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, dictos violentarum manuum iniectores tamdiu appellatione remota excommunicatos publice nuntietis, & faciatis ab omnibus arctius evitari, donec paſſo iniuriam ſatisfecerint competenter, & cum veſtrarum teſtimonio litterarum ad ſedem apoſtolicam venerint abſolvendi. Super aliis autem Epiſcopum & Archipresbiterum memoratos ab indebita moleſtatione ipſius monaſterii compeſcatis, predictam excommunicationis ſententiam ſublato appellationis obſtaculo legitime revocantes. Tu vero, fili Abbas, ſuper te ipſo & credito tibi grege taliter vigilare procures extirpando vitia, & plantando virtutes, ut in noviſſimo diſtricti examinis die coram tremendo iudice, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua, dignam poſſis reddere rationem. Dat. Laterani X. Kal. Decemb. Pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

Sig. avulſum.

CCCCXVI.

Excerpta ex Lib. I. Regiſtri groſſi in Arch. publ. Bonon. fol. 311. v.

1213.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo tertio die tertia intrante Decembri Indictione prima. Ego quidem Raimundus Abbas Eccleſie Nonantulane preſentibus Domino Gulielmo de Folio & Dono Bono Monachis eiuſdem Eccleſie & conſentientibus *&c.* vendo & concedo vobis Domino Matteo de Cor. Poteſt. Bonon. (1) recipienti pro Communi & nomine Communis Bonon. duodecim biſulcas terre minus quarta pars unius biſulce poſitas in ſolio, per quem vadit Panarius de novo (2), & Ripa Panarii cum omni iure & actione ad dictam terram pertinente & cum introitu & exitu ſuo pro pretio quatuordecim librarum & tredecim ſolidorum Imperialium ad rationem viginti quinque ſolidor. imperialium pro biſulca, quod pretium confeſſus fuit ſe recepiſſe a predicta Poteſtate *&c.* & in utilitate ſue Eccleſie iam expendiſſe *&c.* Actum in Bon. in palatio Communis Indictione predicta *&c.*

Interfuerunt Do. Guazo iudex ſupraſcripti Dñi. Mattei, & Dn. Rodulfinus de Thebaldis & Dn. Tommaſius de Maccagnanis *&c.*

Rog. Martinus de Urbino.

CCCCXVII.

(2) Queſti è il celebre Canoniſta Tancredi, che fu poſcia Canonico e Arcidiacono di Bologna. Il Ch. P. Abate Sarti non ha cominciato a trovarne memoria, che all' anno 1214. (*De Cl. Profeſſ. Archigym. Bonon. Vol. I. P. II. p. 29.*). Queſta carta adunque ne anticipa la notizia di un anno, e ci fa inſieme conoſcere, che prima di quel di Bologna egli ebbe un Canonicato nella Chieſa di S. Lorenzo in Collina.

(1) Egli è Matteo da Correggio uno degli Antenati di quella illuſtre famiglia. Della carica di Podeſtà di Bologna da lui ſoſtenuta in queſt' anno ſi parla nell' antica Cronaca Bologneſe pubblicata dal Muratori (*Script. Rer. Ital. Vol. XVIII. p. 251.*)

(2) Di queſto nuovo Corſo del Panaro diremo nell' Indice Geografico.

CCCCXVII.

Autographum in Archiv. Nonant.

1215.

IN oomine patris & filii & ſpiritus ſancti amen. Ego quidem Berrardus notarius arbiter electus ad audiendam & diffiniendam litem ſeu controverſiam, que vertebatur ioter dompnum Leonem Syndicum Sancti Silveſtri de nonantula, & rectorem eccleſie ſancte marie de farneto oomine dicte Eccleſie ex una parte, & Millianam uxorem Vitelli ex alia, que lix talis erat. Petebat dictus dompnus Leo nomine dicte Eccleſie a miliana predicta medietatem pro indiviſo unius petie terre aratorie poſite in predaſicta ſecundum hos confines; a mane & meridie poſſidet dicta miliana, a ſera viviatius anſelde, ab aquilone eſt terra dicte eccleſie, cum fructibus tunc pendentibus, quam dicebat ad dictam Eccleſiam pertinere iure dominii vel quaſi. Unde viſis & auditis & etiam habitis inſtrumentis utriuſque partis & confeſſionibus & diligenter inſpectis, & habito quamplurium ſapientium conſilio, dictam milianam in reſtitutione petie domno Leoni condempno: a petitione autem fructuum eam abſolvo: preſente dictum Leonem & dictam milianam hanc ſeotentiam fuit lata.

Anno domioi milleſimo CCXV. die XII. intrante menſis Octob. Indictiooe tercia. Actum in burgonovo.

Mattheus quondam henrici, & Benedictus de pago de caſtro ſancti petri, anſaldious, & matiolus filius gaſdie de burgooovo interfuerunt & rogati teſtes.

Ego Zaoboous quondam henrici imperatoris notarius iuſſu dicti Berrardi interfui & ſcripſi.

CCCCXVIII. 1.

Autographum in Arch. Non.

1215.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Mutinenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Archipresbiter & Canonici Plebis Nonantule nobis conquerendo monſtrarunt, quod cum olim Colonos poſſeſſionum ſuarum de Senaida ſuper decimis ad eandem plebem ſpectantibus coram iudicibus ſecularibus traxiſſes in cauſam, licet nos tibi per dilectos filios Abbatem Sancti Stephani Bononienſis & Collegam ipſius delegatos a nobis fecerimus poſtmodum inhiberi ne. . . . . predictos faceres ſuper his vexari colonos, tu tamen faciens nichilominus in cauſa procedi diffinitivas optinuiſti ſententias contra illos, quas quamvis abbas Sancte Marie io Regula Imolenſis & coniudices eius auctoritate noſtra irritas iudicaverint & inanes, & tam tibi quam clericis tuis ſub pena excommunicationis firmiter inhibuerint, ne preſumeretis aliquo tempore ſententiis ipſis uti, Tu nichilominus, de quo miramur, colonos predictos coram ſecularibus iudicibus ſuper eiſdem decimis per Sindicum tuum trahens uteris ſeotentiis memoratis. Ut igitur non ſolum ſuper hoc conſcientie tue cooſulas, verum etiam penam evites legibus diffinitam fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus a predictorum Colonorum ſuper hiis de cetero moleſtatione deſiſteos predictis ſententiis non utaris, ne contra te ſecus procedere compellamur. Datum Laterani VIII. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno octavo decimo.

Sig. avulſum.

CCCCXVIII. 2.

Autographum in Arch. Nonant.

1215.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Conſulibus Mutinenſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum iudicium decimarum ad Eccleſiaſticum forum ſpectet, mirari cogimur & moveri, quod ſicut dilecti filii Archipresbiter & Canonici Plebis Nonantule nobis graviter ſunt conqueſti, vos contra Colonos quarumdam poſſeſſionum ipſorum coram vobis a venerabili fratre noſtro Mutinenſi Epiſcopo ſuper decimis tractos in cauſam diffinitivas ſententias promulgaſtis, quas licet dilecti filii Abbas Sancte Marie in Regula Imolenſis & coniudices eius tamquam a non ſuis iudicibus latas auctoritate noſtra irritas iudicarint, vos nihilominus eas nitimini executioni mandare. Ne igitur iuriſdictionem veſtram in iuris iniuriam velle videamini dilatare, devotioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus colonos predictos ſuper hiis de cetero nullatenus moleſtetis, cum id nequaquam poſſemus equanimiter tolerare. Datum Laterani X. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno octavo decimo.

Sig. avulſum.

CCCCXIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1216.

IN Chriſti nomine anno nativitatis eiuſdem Milleſimo Ducenteſimo ſextodecimo Indictione quinta die lune duodecimo intrante menſe Decembri Dominus Raimundus miſeratione divina monaſterii &c. precario atque emphiteotico iure conceſſit Michaeli de Gazolo, & Albrigetto Ravarini de ſancta Agatha recipientibus nomine & vice Galdie & Marie & Gemme & Supercline filiarum qu. Guidonis de Grujo filii Iohannis de Guidone de Liorgo & earum filiis &c. totam terram quam Guido earum pater & Iohannes de Guidone earum avus habuerunt per precariam &c. infra plebatum ſancte Agathe & alibi, que continentur in multis petiis, prima quarum eſt poſita in caſali manſi mozi &c. Secunda pecia in caſali de tezolis & de ſubtus calvecla &c. Tercia pecia in caſali cardeto, a mane Limizunculus, a meridie Eccleſia ſancti Theodori &c. Quinta pecia in eodem caſali &c. a meridie Eccleſia ſancti petri de Liorgo &c. Sexta pecia in caſali rivocollo &c. de ſubtus limes ſtephanonus &c. Octava pecia ibidem &c. a ſero zenella &c. Nona pecia in caſali ſterciatico &c. a meridie terra ſancti geminiani &c. Duodecima pecia in caſali Africo &c., a mane flumen &c. Quartadecima pecia in brazulino &c. Quinta decima pecia in caſali caſtilioni, a mane fluмixellus &c. a ſero limes de gualmarino &c. Sextadecima pecia in caſali tregaxo, a mane limes gallicus &c. Septima decima pecia in Gruio, a mane Eccleſia de Liorgo, a meridie Orbetula &c. Actum Nonantule feliciter.

Rog. Bonzanottus.

CCCCXX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1218.

IN Chriſti nomine. Anno a nativitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo octavo decimo Indictione ſexta . . . . . Raimundus Dei gratia ſancti Silveſtri de Nonantula venerabilis abbas, & Petrus einſdem Eccleſie & monaſterii ſindicus, & Rodaldus petricanis de loco crepacorii ſindicus dicte terre crepalcorii, & Ianellus Berni . . . . .

di-

dicte terre ex alia &c. de omnibus litibus & controverſiis que erant inter nominatam Eccleſiam ſancti Silveſtri nomine vel occaſione Salicete, & prefatum Rodaldum ſindicum &c. & ſpecialiter ſuper ſententiis latis a domino Thoma iudice communis Bononie tempore regiminis domini Guidonis de Canoſſa olim Poteſtatis Bonon. (1) & ſententie . . . . late a domino Ledoico, & ſententie late a domino Rolandino iohannis not., & ferende a domino Vgolino Vgonis Alberici ex commiſſione eidem facta a domino Albrigetto pandemilio poteſtate Bonon. (2); & ſuper facto etiam curie & Baiuli eiuſdem Salicete, & guardia & aſſignatione & diviſione & terminatione eiuſdem facienda, & ſuper facto iuriſdictionis vel quaſi vel immunitatis cuiuſdam ville, que noviter dicebatur in dicta ſaliceta facta ab Eccleſia vel ab abbate & conſtructa, quam dicebat prefatus Sindicus Crepalcorii eſſe in eius curte & guardia & diſtrictu, de predictis omnibus & de cambio dando vel non compromiſerunt predicte partes &c. in dominum Rolandum iudicem ſtare dicto laudo eius ſuper prefatis omnibus &c., & hoc ſub pena centum marcharum argenti &c. Actum in Civitate Bonon. in domo dicti domini Abbatis de pozale apud ſanctum Georgium preſentibus teſtibus, qui inferius in Laudo ſunt ſcripti. Quibus omnibus ita pactis dictus dominus Rolandus arbiter laudavit & deffinivit inter predictos hoc modo. In dei nomine Amen. Ego Rolandus iudex ſic diffinio & dico & laudo, quod dominus Abbas & Sindicus &c. debeant concedere communitati Crepalcorii cambium eius quarte partis Salicete, quam dicta Comunitas habebat, & pro qua etiam cauſe & ſententie late erant a iudicibus, ſcilicet thoma & Bandino, & Ledoico & Rolandino, & hunc cambium concedat a latere ſero limitis pontis longi iuxta, ſive ſit in illa parte cambii palus vel terra vel nemus vel pratum. Et dicta univerſitas teneat dictum cambium in feudum ab Eccleſia, & hiſdem modis ſicut tenebat & habebat predictam quartam partem ſalicete prout continetur in carta vel inſtrumento facto manu aliſini notarii. Et dictam quartam partem ſive deſignata vel diviſa vel non Sindicus Crepalcorii, & dicta Communitas & homines eius relinquant abbati & Eccleſie ſancti Silveſtri liberam & abſolutam ſalvo eo quod dicta univerſitas vel communitas debeat facere guardiam & curam medietatis totius Salicete verſus Crepalcorium. Alia vero medietas libere & abſolute ſine omni inquietatione guardie vel curie vel diſtrictus remaneat Eccleſie, & cui eccleſia concedere voluerit, ut in ea neque Silvanos neque Saltarios vel gualdumannos poſſit dicta Communitas vel homines eius immittere, nec etiam poſſit aliquo modo moleſtare vel ratione ſaltaritia vel baiuli. Hoc etiam precipio ut ſaltarii & ſilvani vel gualdumanni, qui pro tempore eliguntur a communitate vel rectoribus crepalcorii, ſpecialiter iurent ſalvare & guardare laboreria hominum, qui laborare debebunt in illa medietate, que pertinere debet communitati Crepalcorii ad curiam & guardiam bona fide, & etiam nemora, ſicut moris eſt, ſilvanorum, & non conſentire citra licenciam domini Abbatis, quod aliquis dampnum dent vel in ſilvis, ſi fuerint, vel in laboratoribus vel frugibus. Hoc etiam dico, quod ſi dominus Abbas laboraret cum propriis bubus ad ſuum donicatum infra medietatem Salicete predicte, que ad ius curie guardie remanet communitati de Crepalcorio, quod ex ea nulla ſaltaraticia detur vel accipiatur. Item laudo & dico quod dominus Abbas habeat medietatem lignaminis illius quarte par-

 Yy 2

(1) Guido da Canoſſa Reggiano era ſtato Podeſtà di Bologna nel precedente anno 1217. (*Script. Rer. Ital. Vol. XVIII. p.* 252.)

(2) Alberghetto o Albrighetto Pandimiglio da Trevigi era Podeſtà di Bologna in queſt' anno medeſimo 1218. (*Ib.*)

partis Salicete, pro qua litigabant, & quam poſſidebat Communitas Crepalcorii, a quacumque parte accipere voluerit. Alia medietas ſit communitatis Crepalcorii, & teneatur dicta Communitas auferre ſuam partem lignaminis uſque ad annum. Et laudo & dico, quod amodo Communitas vel homines crepalcorii non vendiceot ſibi aliquod ius, vel ſi quod habent, repudient in villa noviter hedificata in Saliceta, & libere eam relinquant Eccleſie, ut dicta villa ſit per ſe, & poſſit habere conſules & ſaltarios, & omnia facere per ſe, que faciunt alie terre per ſe exiſtentes, ſine inquietatione aliqua hominum crepalcorii & eius rectorum, ad voluntatem abbatis. Fines vero Salicete totius ſunt. A mane Limes ponti loogi, a ſero panarius vetulus, vel foſſa, unde olim conſuevit currere panarius, de ſubtus rupta, deſuper ſignata prechariorum. Pro quibus omnibus que conceduotur communitati Crepalcorii, ſcilicet pro cambio & pro iuriſdictione vel quaſi medietatis predicte Salicete ut ſupraſcriptum eſt, ab omni homine Crepalcorii & habitantibus in curia per ſe maiore quatuordecim annorum debet iurari fidelitas abbatibus & Eccleſie. Et Abbas debet inveſtituram de hac concedere. Nunc vero iurent taotum illi, qui iſti abbati fidelitatem non iuraverunt. Et promiſit Abbas *&c.* Actum in Civit. Bonon. in domo prelibati Domini Abbatis de pozale apud Sanctum Georgium feliciter utraque parte preſente ad laudum audiendum milleſimo ducenteſimo octavo decimo Indictiooe ſexta die ſeptimo iotrante decembri.

Ad hec omnia *&c.* fuerunt teſtes rogati & vocati Dominus Redolfinus de Tebaldis, dominus ugolinus ugonis alberici iudex, Domious Guidinus de manzolino, Magiſter Ianne Archipresbiter de bondeno, Gerardus de ſuzo de foro medii, Fulco de dimitriolo, Dominus Redolſus Blanco, Boſcarinus de Crepacorio.

Rog. Bondenus Crepacorienſis.

Excerpta ex Actis in eadem cauſa.

Die Lune IIII. intrante Septembri Indictione quinta. Teſtes Rodaldi Sindici communis Crevalcorii contra petrum Sindicum monaſterii de Nonantula introducti ſuper cauſa appellationis ſub domino Bandino doctore Legum.

Rolandus Rubeus de Crepalcore iuratus dixit, quod interfuit diviſioni Sallexete preſente Abbate ſancti Silveſtri qui nunc eſt, & facta fuit diviſio cum quadam cordula, & facta fuerunt ſigna in capitibus cum lignis, & menſura facta fuit cum corda, de qua ſallexeta aſſigoavit & conceſſit communi de crevalcore quartam partem, in qua nullum ius reſervavit monaſterio preter decimam ſi perveniret ad campum *&c.* Ioterrogatus quid appellatur gualdemannia, Reſpodet quod illud quod datur Silvanis vel Saltuariis ab incidentibus publice ligna, ſcilicet eo tempore, quando datur licentia omnibus incidendi, & ipſi ſtatuunt quantum quis debeat dare pro carro lignorum.

Oriolus de Crevalcore *&c.* interrogatus, ſi eſt differentia inter gualdemannos & ſilvanos & ſaltuarios, reſpoodit, quod ſic eſt, quia illos appellant Silvanos & gualdimannos, qui ſtant in nemore, & vendunt lignamina, & accipiunt certum quid de colibet carro, ſaltuarios appellant illos, qui cuſtodiunt blavas & nemus pro communi eorum terre, & nemus eſt banditum pro communi ſue terre *&c.*

CCCCXXI.

Autographum in Arch. Nonant.

1218.

IN nomine patris omnipotentis domini noſtri Iheſu Chriſti & Beate Marie ſemper Virginis & Sancti Antonii cooſeſſoris & aliorum ſanctorum ameo. Anoo domini mil-

milleſimo CC. XVIII. die tertia intrante novembri indictione VI. tempore venerabilis patris honorii pape pontificatus eius anno ſecundo, nullo imperatore regnante, in preſentia infraſcriptorum teſtium ſpetialiter ad hoc rogatorum. Sancti Spiritus adſit nobis gratia. Ego Alixinus fundator Eccleſie ſancte marie & ſancti antonii confeſſoris promitto dare relinquere & deſignare Eccleſie Beate Marie Virginis & Sancti Antonii Confeſſoris totam meam terram, quam nomine ipſius Eccleſie precario iure recepi, prout continetur in inſtrumento de libertate eiuſdem Eccleſie, & totam terram, quam ei donavit dominus R. Nonantulanus Abbas, quam ego predictus Alixinus emi & disbrigavi ab omnibus poſſidentibus eam, que tota ſupradicta terra convenio [*ſic*] CCXLVIII. bebulce, que ſi minus fuerit, adimplere promitto. Item relinquo eidem eccleſie decimam XVIII. iuiera terre, quam acquiſivi eidem eccleſie a plebe de Bodrontio, de qua decima eadem eccleſia dicte plebi reddere unam libram cere tenetur. Item promitto facere eccleſiam lapideam meis expenſis, & relinquere eidem Eccleſie omnia hedifitia, que ſunt intra foſſata eccleſie, cum omnibus libris campanis & paramentis que habeo pro ipſa Eccleſia. Item promitto totam predictam terram deſignare iuxta eamdem Eccleſiam retenta mihi una bubulca terre infra foſſata eccleſie in vita mea ad manendum; poſt obitum meum relinquo eidem eccleſie cum toto diffitio quod ibi factum fuerit, hoc mihi obſervato in perſona domini Alixini predicti, quod ipſe habeat poteſtatem atque licentiam ſine contradictione alicuius & eligendi & reſidendi & morandi die noctuque & ſerviendi deo ibidem. Actum Bononie in Eccleſia S. Marie de Baroncella. Teſtes dominus Benintende doctor legum, presbiter Gregorius eiuſdem Eccleſie, dominus Bartholomeus doctor decretorum, & Azo Guido.

Ibidem & in eorumdem teſtium preſentia die & anno & tempore ac indictione rogati ſunt. Ego Azo Guido promitto dare ipſi Eccleſie pro anima patris mei aquaticum molendini de volta, quem pater meus emit pro XX. libris bononienſibus. Item promitto dare ipſi Eccleſie LXXX. libras Bonon. pro anima patris mei, de quibus teneor dare pro anima eius ex fide commiſſo, & hoc promitto facere intra annum, ex quo domine fuerint in dicta Eccleſia confirmate. Quas ſi dare infra annum non potero, volo quod habeat totum quod habet in barbiano, quouſque ſolvam dictos depnarios: hoc etiam reſervato, quod ſi contingeret matrem meam & uxorem & filios vel filias aliquando ſervire deo, & illuc venire volentes, quod dictus dominus Aliſinus eos vel eas recipere teneatur in dei ſervitio ibidem permanſuri in prelatum, & fratres non debeat obſtare, quominus ipſe poſſit eligere tam maſculnm quam feminam in prelatum vel prelatam ſive abbatiſſam.

Et ibidem in eorumdem teſtium preſentia Aliſinus fundator Eccleſie Sancte Marie & S. Antonii poſite in contrata, que dicitur precarie, & patronus eiuſdem Eccleſie in honorem domini noſtri Iheſu Chriſti & glorioſe B. Virginis Marie & B. Antonii confeſſoris Dominam Fumiam de canonica regulari omnium Sanctorum (1) in prelatam & in abbatiſſam ſupradicte Eccleſie in honorem & reverentiam S. Marie, cuius altare eſt ibi dedicatum, & B. Antonii ad ſerviendum Deo & ibidem vivendum ſecundum ordinem & regulam beati Benedicti ſequendo vitam & honeſtatem ordinis mulierum de Ciſtello eligo, hac condicione, ſi dicta domina fumia non venerit vel haberi non po-

te-

(1) Queſta Canonica Regolare di Ogni Santi, e così pure quella di S. Criſtoforo, che poco appreſſo ſi nomina, erano probabilmente o nella Città, o nella Dioceſi di Bologna, e nondimeno io non ne trovo menzione negli antichi Elenchi delle Chieſe Bologneſi ſteſi ſulla fine del ſecolo XIV. e pubblicati dal più volte lodato P. Melloni. Forſe eſſe ceſſaron di eſiſtere innanzi al tempo, in cui eſſi furono ſcritti.

Digitized by Google

terit uſque ad Kalendas Madii, ex tunc poſtulo & eligo Dominam Benvenutam in abbatiſſam & prelatam memorate eccleſie ſecundum ſupradictam electionem ſumie preſate. Quod ſi contingeret nullam illarum venire, quod dominus advertat, ex tunc liceat eidem domino Aliſino facere aliud quodcumque voluerit. Ibidem & in eorumdem teſtium preſentia. Et ſi predictam dominam contingat non venire, Azo Guido predictam donationem valeat revocare, niſi de conſenſu utrinſque predicti aliam perſonam elegerint, reſervata ſibi licentia ſeu poteſtate, quod ſi voluerit Azo Guido ibi ponere matrem vel uxorem, filiam vel filias unam vel plures, ponere vel mittere poſſit ſine alicuius contradictione. Actum in Sancta Maria de baroncella Eccleſia Civit. Bonon.

In nomine domini noſtri Iheſu Chriſti amen. Eodem menſe & anno die V. intrante novembri Indictione VI. in Civitate bonon. in hora S. Georgii in domo abbatis Nonantulani, preſentibus magiſtro Bernardo, magiſtro Iohanne Canonicis Nonant. Domino Benentende Legum doctore [2], Bonacoſa de tebaldis, Azone Guidonis, & Domino Rainerio comite, & fratre Abbatis Nonant. [3], & aliis quampluribus, Dominus R. dei gratia Abbas Monaſterii S. Silveſtri Nonant. confirmavit laudavit & approbavit electionem factam a domino Aliſino de domina ſumia, ſi haberi poterit, ſicut ſuperius ſcriptum eſt; alioquin confirmat & laudat & approbat poſtulatam S. Benvenutam, que eſt de canonica regulari Sancti Chriſtophori, preſtans ſuam auctoritatem eidem, nec vult, quod verbum illud quod eſt poſitum in inſtrumento inito inter ipſum & A. de libertate eccleſie S. ✠ [*ſic*]

Ego Henricus notarius omnibus ſupraſcriptis interſui rogatus a predicto domino Aliſino & Azone Guidonis, & de mandato domini Abbatis R. Nonantulani ſubſcripſi.

CCCCXXII.

Autographum in Arch. Nonant.

circa 1218.

RAymundus Dei gratia nonantulan. abbas univerſis Chriſti fidelibus tam Clericis quam Laicis per abbatiam nonantulanam conſtitutis ad quos littere iſte pervenerint eternam in Chriſto ſalutem. Gratum obſequium Domino preſtamus, ſi ad refectionem pauperum Eccleſiarum beneficia conferamus. Noverit itaque caritas veſtra latorem preſentium nuntium eſſe cuiuſdam pauperrime eccleſie ad honorem Dei & beate Marie Virginis & Sancti Antonii Confeſſoris in abbatia Nonantulana in quodam nemore in loco qui dicitur precaria nuper edificate. In quo quidam vir timoratus Aliſinus nomine cum rebus ſuis & quibuſdam viris religioſis ſpretis mundi illecebris & ſocietate pravorum vitam ſuam ſolitariam & religioni ſuppoſitam pro ſuarum & aliorum remedio animarum ducere & finire diſpoſuit, & eccleſiam memoratam de bonis a deo ſibi preſtitis edificavit, ut fratres ibi degentes pro vivis & defunctis oracionibus & helemoſynis deum pro poſſe devotius contemplentur. Quia vero tam pium opus & anime ſalutare ſine Chriſti fidelium helymoſinis conſumari nequit vel retineri, univerſitatem veſtram rogamus monemus & exhortamur in domino, ut de bonis a deo vobis collatis predicto nuntio cum ad vos venerit grata beneficia miſericorditer porrigatis; & vos qui ſpirituales eſtis eccleſiarum prelati populum vobis conmiſſum ad benefaciendum ei diligentius inducatis. Nos ve-

ro

(2) Egli è quel Benintendi Dottor di Leggi, che morì poſcia l' anno ſeguente, e che è rammentato dal P. Ab. Sarti (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. I. p.* 90.)

(3) Abbiamo altrove avvertito, che queſti era probabilmente della famiglia di Caſalecchio.

Digitized by Google

ro de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum petri & pauli nec non & ſanctorum confeſſorum Sylveſtri & Adriani meritis confidentes omnibus vere penitentibus, qui ad ſubventionem predicti loci ſolitarii & eccleſie incepte beneficia tranſmiſerint, de iniuncta ſibi pro criminibus penitentia XL. dies criminalium & tertiam partem venialium in domino relaxamus.

CCCCXXIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1220.

IN Chriſti nomine anno a Nativitate eiuſdem Milleſimo CCXX. Indictione octava die Veneris II. exeunte Februario. Dominus Raimundus &c. conceſſit Caſſarello &c. iure renovationis ſecundum anteriorem precharíam videlicet duodecim pecias terre, poſitas in diſtrictu Crevacorii. Prima quarum iacet in campo lungo &c. Secunda pecia ibi prope &c. de ſubtus Panarius vetulus. Tertia iacet iuxta Panarium &c. de ſubtus Panarius. Quarta iacet in blancaneſe &c. a ſero beſentolus &c. Octava iacet a pozis &c. a ſero malmenagus &c. Actum ſub Canonica de Crevacorio feliciter.

Rog. Raimundinus.

CCCCXXIV.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1220.

FEdericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Sicilie dilecto fideli ſuo R. Abbati Nonant. gratiam ſuam & bonam voluntatem. Omnium eccleſiarum dei provectibus pro affectu intendentes tanto ampliori gratia te & eccleſiam tuam amplectimur, quanto diligentius recognoſcimus fidei tue puritatem erga regiam maieſtatem noſtram atque imperium exhuberare. Hinc eſt quod nos preſentis ſcripti patrocinio ad noticiam tam preſencium quam futurorum volumus pervenire, nos de innata nobis regia munificentia recognoſcere & confirmare tibi atqne eccleſie tue Nonant. ſpeciali iure ad imperium pertinente pactum & reſtitutionem eccleſie tue a dive recordationis inclito avo noſtro factam, ſicut per ſcriptum ipſius avi noſtri apertiſſime comparet, de curte & poſſeſſionibus Nogarie ſecundum formam predicti inſtrumenti, de mera benevolentie noſtre circa tuam devocionem affluencia totaliter revocantes & in irritum reducentes, ſi quas de ipſis poſſeſſionibus, ut pote falſa ſuggeſtione impetratas, fecimus alicui conceſſiones vel inveſtituras. Datum in caſtris in Epiſcopatu Mantue XI. Cal. Oct. Indict. VIIII. (1)

CCCCXXV.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1220.

FEdericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Sicilie poteſtati ſive conſulibus atque hominibus totius univerſitatis nugarie gratiam ſuam & bonam voluntatem. Mandamus vobis ſub obtentu gratie regalis diſtricte precipientes, ne aliquam omnino alienationem facere debeatis vel conceſſionem ſeu preſumptionem de nemore quod appellatur in gazatta in curte nogarie preſertim cum idem nemus ad monaſterium memoratum ſpectare non dubitetur. Ceterum noveritis manifeſte, quod vos ſi quas iam de ipſo nemore facere preſumſiſtis conceſſiones vel alienaciones, eas totaliter regia

(1) Anche quattro giorni prima di queſta data trovavaſi l' Imp. Federigo II. l'anno 1220. nel Mantovano, come ci dimoſtra un diploma, che il Muratori ne ha pubblicato (*Antich. Eſt. T. I. p. 415.*)

gia revocamus auctoritate. Dat. in Caſtris in epiſcopatu Mantuan. XI. Cal. Octob. Indict. VIIII.

CCCCXXVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1221.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo die undecimo intrante auguſto indictione nona in preſentia infraſcriptorum teſtium Dompnus Raimundus abbas Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula hoſtendit privilegium ſui Monaſterii domino Ugolino Oſtienſi & Velletrenſi Epiſcopo Romane Curie Legato (1) pro queſtione, quam faciebat Epiſcopus Bononienſis dicto Dompno Abbati de plebe ſancti Iohannis de Sicco & de Eccleſia de crepacorio dicendo, ipſas Eccleſias non eſſe exemptas, & ideo volebat eas compellere ad preſtandam procurationem dicto domino Cardinali. Quod prefatus Abbas penitus inficiebatur & negabat, dicens & allegans pro parte ſua predictum Monaſterium cum omnibus ſuis Eccleſiis & Cellis exemptum eſſe prorſus a iuriſdictione Epiſcopi Bononienſis & aliorum. Unde dictus dominus Epiſcopus Cardinalis tunc Legatus viſis & auditis rationibus & allegationibus utriuſque partis, & predicti Monaſterii privilegio diligenter inſpecto dixit ſententiavit & pronuntiavit, ipſum monaſterium & plebem ſancti Iohannis de Sicco & Eccleſiam de Crepacorio & omnes alias Eccleſias & cellas ipſius monaſterii exemptas eſſe omnino. Et incontinenti precepit dicto domino abbati, ut ei deberet exhibere quatuor procurationes pro dicto monaſterio & pro plebe ſancti Iohannis de Sicco & pro Eccleſia de Crepacorio & pro omnibus aliis ſuis Eccleſiis & cellis. Et ipſum abbatem & monaſterium cum omnibus ſuis Eccleſiis & cellis a petitione dicti Epiſcopi penitus abſolvit, eidem epiſcopo ſilentium imponendo.

Actum in palatio domini bononienſis epiſcopi indictione predicta.

Interfuerunt teſtes dominus petrus de aldegerio, dominus podengus de ſaventia frater minor & dominus vivianus de ſaventia teſtes.

Ego Bonifacius guaſconis Imp. Federici notarius predictis interſui, & ut ſupra legitur rogatus ſcripſi.

CCCCXXVII.

Ex Codice pergameno Monaſterii Sancte Crucis in Jeruſalem de Urbe ſignato XLIII.

1221.

IN dei nomine anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo VIII. idus novembris indictione decima. Certum eſt quod domnus ugolinus dei gratia hoſtienſis & velletrenſis epiſcopus & totius italie domni pape legatus ad peticionem domni Raimundi abbatis nonantulani una cum domno iohanne epiſcopo Florentino & cum epiſcopo piſtorienſi, quos idem Legatus ad peticionem & inſtantiam iam dicti abbatis invitavit ſecum, induxit eccleſiam ſancti felicis in placia in civitate Florentie ad Monaſterium nonantulanum pertinentem nullo medio & eccleſie romane ex delegatione qua ſungebatur ededicavit & conſecravit, omnibus perſonis ibidem venientibus ea die & deinde ad quindecim dies proximos de iniunctis penitenciis annum unum penitus relaxando, & quicumque venerit annuatim in tali die dies XL. Actum apud Eccleſiam nominatam in preſentia magiſtri bartholi ab-

(1) Il Card. Ugolino de' Conti d'Anagni nipote, o figlio di un Cugino del Pontefice Innocenzo III.

abbatis ſancte marie maioris florentie (1), & domni ughi abbatis montis muri (2), & plebani de ſexoto, & prepoſiti prati, & ugolini, & ildebrani filii paganelli de porcaria, & marabolini de campi, & bellingerii, & Lotheringhi iacobi, & iacobi naſi, & ſoriſi vinciguerre, & aliorum plurium.

Ego bona fides domni oƈtonis imperatoris iudex & notarius omnibus prediƈtis interfui, ideoque rogatus a diƈto abbate hec omnia ſcripſi, & puplicavi.

CCCCXXVIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1222.

. . . . milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo indiƈtione X. die mercurii tertio decimo exeunte madio. Dominus Raimundus Nonantulanus abbas de conſenſu & voluntate fratrum ſuorum ellegit Dominum Gualzum de Florentia in poteſtatem ac reƈtorem terre & hominum ſanƈti mariani dando eidem domino Gualzio poteſtatem regendi, gubernandi, & defendendi homines diƈte terre ſanƈti Mariani pro nonantulano Monaſterio a Kalendis Madiis proxime preteritis uſque ad Kalendas Madii proximas.

Aƈtum in Bondeno burane feliciter ſuper Canonica SanƈteMarie preſentibus Presbitero Paulo, Archipresbitero Marchixio de Bondeno, Benenato, henrico, & Clerichino, & aliis pluribus.

Ego Dominicus de Nonantula ſacri palatii notarius interfui & iubſu diƈti domini Raimundi nonantulani abbatis ſcripſi.

CCCCXXIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1222.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo Indiƈtione decima regnante Domino Imperatore Federico die martis quartodecimo exeunte menſe Oƈtubri. Dominus Raimundus &c. prechario atque emphiteotico iure conceſſit Domino Ramberto eius nepoti de caſaleclo in ſe & eius filiis & nepotibus &c. cedendo in Rainerio eius fratre, & in eius ſimilibus liberis, ſi ipſe Rambertus deceſſerit ſine liberis, & ſi ambo deceſſerint ſine liberis cadat in ſurlano (1) & in filiis maſculinis domini Andalonis eorum conſanguineis, videlicet medietatem pro indiviſo duarum peciarum terre poſitarum prope Eccleſiam ſanƈti Georgii in Curia Sicci, a mane prime pecie quarum panarius vetus &c. a ſero panarius novus &c. Secunda pecia a mane panarius vetus &c. Aƈtum Nonantule feliciter &c.

Rog. Bonzanottus de Nonantula.

(1) La Chieſa di S. Maria Maggiore, ora de' PP. Carmelitani, fu una volta Collegio di Canonici regolato da un Priore, e il Lami ha raccolti da' documenti i nomi di molti Priori dal 1100. fino al 1469. (*T. II. p.* 958.). Nel 1209. era Ruſtico. Nel 1224. Diotiſeci. Forſe quì è aggiunto per errore quel tit. *Majoris* e dee leggerſi ſolamente *S. Maria*. Di fatto in una carta del 1248. ſi nomina *D. Bartholus Abbas Monaſt. S. Maria* (*Ib. p.* 1131.). E allora ſi indica il Monaſtero, che ora appartiene alla Congr. Caſineſe.

(2) *Montis Muri: Monaſt. S. Petri Montis Muri in Dioc. Feſul. Ord. Camald.* [*Lami T. I. p.* 118. 541. *T. II. p.* 1134. 1500.].

(1) In una carta de' III. Giugno MCCXXX. ſi nomina due volte *Furlanus Comes* come poſſidente nella Curia di Crevalcuore.

CCCCXXX.

Autographum in Archiv. Nonant.

1223.

IN nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti amen. Quia divino & humano iure cavetur, ut iudex, qui aliquem induxit in poſſeſſionem, vel conſtituit verum poſſeſſorem, inductum in poſſeſſionem, vel adiudicatam alicui poſſeſſionem tueatur atque defendat. Ideo nos Azo monaſterii ſancti ſtephani & Iacobus ſancti Proculi bononienſes Abbates a Sede Apoſtolica iudices delegati in cauſa, que vertitur inter abbatem nonantulanum & petrum eius ſindicum nomine monaſterii nonantulani & monaſterii ſancti ſelicis in plaza florentine civitatis ex una parte, & Manellum priorem & fratres S. Michaelis bertelde florentini ex altera, a quibus dictus petrus ſindicus petebat coram nobis nomine dictorum monaſteriorum, ut compelleremus eumdem manellum priorem & fratres eius preſtare procurationes abbati ſancti ſilveſtri de Nonantula, quandocumque ibit ad curiam in eundo & redeundo, & quandocunque faceret tranſitum per partes florentinas, & quod caveret ei dictus prior de iiſdem in poſterum preſtandis; item quod dictus prior Sancti michaelis recipiat priorem Sancti Felicis in feſtivitatibus Sancti Michaelis & Sancti Silveſtri & Sancti Bartholomei, ut cantet ibi miſſam maiorem ſolempniter, & reverenter eum cum ſocietate ſua procurent, & mandatis eius obediant in dictis ſolempnitatibus, & ut de omnibus temporalibus de cetero reſpondeant priori Sancti Felicis nomine monaſterii Nonantulani, & debitam & conſuetam reverentiam in iis & aliis preſtent eidem, & ne in iure patronatus ipſius eccleſie ſancti michaelis inquietent nonantulanum Monaſterium nec Monaſterium ſancti Felicis. Item petebat electionem prioris & Canonicorum dicte eccleſie ſancti michaelis qui eſſent eligendi ſibi adiudicare & inſtitutionem temporalium. Sed quia idem manellus prior & fratres coram nobis parere contempſerunt, propter eorum contumaciam adiudicavimus abbatem nonantulanum & petrum eius ſindicum predictos fore mittendos in poſſeſſionem vel quaſi poſſeſſionem rerum ſupradictarum. Demum fecimus eos induci in corporalem poſſeſſionem predictorum per N. clericum nuntium noſtrum. Dicto vero manello & fratribus eius in ſua contumacia perſiſtentibus, & nolentibus infra annum recuperare poſſeſſionem alteri parti adiudicatam, poſt annum dictos abbatem nonantulanum & petrum eius ſindicum omnium predictorum veros conſtituimus poſſeſſores. Verum quia non ſufficit, quod eos fecimus induci in poſſeſsionem vel quaſi, vel quod eos veros conſtituimus poſſeſſores, niſi per nos defendantur & tueantur in ipſa poſſeſſione, ideo auctoritate apoſtolica, qua fungimur, excommunicamus & anatematizamus & a liminibus eccleſie ſeparamus prefatum manellum priorem & eius fratres, ſi non permiſerint dictum abbatem Nonantulanum & eius nuntios gaudere pacefica & quieta poſſeſsione omnium predictorum, vel ſi turbaverint eis ipſam poſſeſsionem, & excommunicamus omnes alios clericos vel Laicos, qui inquietare vel turbare preſumpſerint dicto abbati & nuntiis eius poſſeſſionem vel quaſi omnium predictorum adiudicatam eiſdem.

Prenominati iudices, ut ſupra legitur, ſcribere mandaverunt preſente dicto ſindico petro ad ſententiam audiendam, & preſentibus teſtibus ad hoc vocatis, ſcilicet domino ſurlano milite filio quondam Rainerii de caſaleclo, Bonmartino filio quondam ugolini Ponteroli nonant., Viviano mutinenſi, domino bonateſta de galegada, & magiſtro tancredo canonico bononienſi, & elyſeo ſcolari calabro ſub anno domini milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio, die undeci-

cimo exeunte iulio. Indictione undecima. In parlatorio monaſterii ſancti ſtephani de civitate bononia, qui vocatur Ieruſalem.

Ego Cambius de ſancto Stephano ſacri palatii notarius, ut ſupra legitur, de mandato dictorum iudicum preſens interfui, & rogatus ſcripſi.

CCCCXXXI.

Ex Arch. ſecr. Vatic.

1224.

SUpplicant Sanctitati veſtre Abbas & Conventus Monaſterii Nonantulani, quod cum ipſi olim a clementia veſtra litteras impetraſſent ad prepoſitum Mutinen. & Archipresbiterum de Albareto Mutin. Dioc. contra Communitatem Caſtri Bathone, & quoſdam alios Piſtorien. Dioc. ſuper quibuſdam poſſeſſionibus & rebus aliis ad ſuum Monaſterium pertinentibus, eidem Iudices poſt multas citationes mandaverunt Capitulo Piſtorienſi, qui ſe ad defenſionem ipſorum hominum de Bathona nomine epiſcopatus Piſtorien. tunc temporis vacantis ſe opponebant, quod nicbil novi facerent in hominibus & rebus, ſuper quibus queſtio vertebatur, & poſt ipſum mandatum quidam Cives Piſtorien. cum nuntiis Piſtorienſis Epiſcopatus quoſdam homines dicti Caſtri Bathone in vinculis poſuiſſent, preceperunt dicti iudices Capitulo Piſtorien. ſub excommunicationis pena, ut prefatos homines de Bathona infra octo dies reſtitui facerent priſtine libertati; ſed ipſi Canonici dicentes quod eos nec ceperant, nec capi mandaverant, nec illos qui eos ceperant ad eorum liberationem artare valerent, a tali mandato ad veſtram clementiam appellaverunt, & appellationis cognitionem committi fecerunt Abbati Sancti Stephani Bononien. & coniudicibus ſuis. Interim vero Piſtorienſis Epiſcopatus per electionem & conſecrationem recepit Epiſcopum, & ipſi Abbas & Capitulum impetraverunt litteras a Clementia veſtra ad Abbatem Sancti Petri de Mutina & coniudices ſuos contra Epiſcopum Piſtorien. ſuper Caſtro, Curte, iuriſdictione & hominibus de Bathona; poſtea vero idem Piſtorien. Epiſcopus ſuper eiſdem Caſtro, curte, iuriſdictione, decimis contra dictos Abbatem & Conventum a vobis literas impetraverunt ad Archipresbiterum Florentinum & coniudices ſuos. Verum cum omnes ſupradicti Delegati iudices auctoritate litterarum delegationis ſibi facte partes citaviſſent, & videretur hinc inde maxima commiſſionum confuſio eſſe nata, intervenientibus amicis utriuſque partis dictus Abbas pro ſe & pro toto Conventu ſuo & pro ipſo Monaſterio, & Hugolinus condam Artificis ſindicus actor & Procurator iam dicti Piſtorien. Epiſcopi & Capituli nomine ipſorum & Piſtor. Epiſcopus compromiſerunt in V. Archidiaconum Florentinum & Piſtorien. Canonicum, & Magiſtrum Tancredum Bonon. Canonicum, qui in dicta queſtione ſive cauſa fuerant advocati, promittentes invicem ſub pena centum marcarum argenti attendere & obſervare & firmum tenere quicquid de predictis litibus & controverſiis iamdicti arbitri laudarent, dicerent, ſtatuerent, arbitratentur, pronunciarent, vel ſententiarent, & ad maiorem firmitatem & auctoritatem habendam procuraverunt dicti Epiſcopus & Abbas, quod omnes Iudices ſuperius memorati ſupradictis Archidiacono & Magiſtro omnes vices ſuas ſubdelegarent ſuper queſtionibus & controverſiis nichil de iuriſdictionibus ſibi delegatis reſervantes. Inſuper renuntiaverunt idem Epiſcopus & Abbas omnibus litteris impetratis & impetrandis ſuper litibus & controverſiis ſupradictis exceptis illis tam impetratis quam impetrandis, per quas dicti Archidiaconus & Magiſter deberent & poſſent procedere. Sed cum prefati ſubdelegati auctoritate ſubdelegationum ſibi factarum de partium voluntate pro-

procederent, & citaviſſent coram ſe ſindicum univerſitatis hominum de Bathona, & libellum ei & Sindico Epiſcopi porrexiſſent, & etiam quaſdam interrogationes feciſſent, & queſtiones terminaſſent, Sindicus univerſitatis hominum de Bathona pluribus hinc inde propoſitis dictum Magiſtrum Tancredum & eius audientiam in cauſa illa recuſavit, propterea quia dictus Magiſter in cauſa iſta pro monaſterio fuerat advocatus, & quod a Monaſterio beneficium habebat, & ſuper hoc arbitros, qui de ſuſpitionis cauſa cognoſcerent, eligere volebant, ſed idem magiſter predictorum veritatem recognoſcens predictam recuſationem admiſit atque recepit, & cauſam ad priores iudices, ſcilicet Prepoſitum Mutin. & coniudicem ſuum remiſit precipiens partibus, ut certo termino ipſis iudicibus ſe preſentarent. Verum quia primi delegati in cauſis procedere non poſſunt, quia omnes vices ſuas ſubdelegatis predictis commiſerunt nichil ſibi reſervantes, & predictus magiſter Tancredus recuſatus fuiſſet, & imo noluiſſet in cauſis procedere, ideo ne cauſe predicte remaneant indeciſe, ſupplicant Clementie veſtre, ut examinationem & deciſionem ipſarum cauſarum tam contra Epiſcopum quam contra homines de Batona, ſicut iuſtum fuerit, viris honeſtis committere debeatis.

Iudices Magiſter . . . & Abbas S. Proculi & Abbas S. Stephani Bonon.

CCCCXXXII.

Autographum in Archivio Nonant.

1224.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis abbati ſancti proculi, Magiſtro Lamberto, & Guidocto de Corrigia (1) canonicis Bononienſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Suam ad nos dilecti filii abbas & Conventus norantulanus querimoniam deſtinarunt, quod prior ſancti Fridiani Florentin. & ſancti miniati infra turres & ſancti michaelis in orto eccleſiarum presbiteri, & quidam alii Clerici & Laici florentine Dioceſis, ſuper iure patronatus earumdem eccleſiarum & rebus aliis iniurioſi ſunt eis plurimum & moleſti. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis cauſam & appellatione remota fine debito decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili eadem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani VII. Kalendas Iulii. Pontificatus noſtri anno octavo.

Sig. Honorii III.

CCCCXXXIII.

Apographum authenticum in Archiv. Nonant.

1225.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto indictione tertia decima die mercurii ſecundo intrante menſe aprili. Dominus Raymundus miſeratione divina monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula venerabilis abbas iure recti & honorifici feudi ad uſum regni cum omni honore inveſtivit dominum Guidonem & dominum Gibertum fratres filios quon-

(1) Queſti è quel Guidotto figliuol di Frogerio della famiglia de' Signori di Correggio, di cui troveremo più altre volte menzione, e che fatto poi Veſcovo di Mantova fu ivi ucciſo l' anno 1235. Da queſta e da altre Carte Nonantolane raccoglieſi, ch' egli prima di eſſer Veſcovo era ſtato Canonico in Bologna.

Digitized by Google

quondam pariſii de fregnano (1) in ſe & eorum heredibus de feudo & de tota terra quam & quod recte & rationabiliter habent in feudo a dicto monaſterio in curte raſtilini, in plebatu fanani, & in plebatu Lizani, ſeu in aliis quibuſcumque locis pro hereditate dicti patris eorum & domine Agnetis eorum matris, & ipſi fratres confeſſi fuerunt, quod totum quod habent in dictis locis tenent in feudo a dicto monaſterio. Item eodem modo & iure inveſtivit eoſdem fratres nomine domine Lamandine & domine Honeſte eorum uxorum filiarum quondam domini Guidoti de panzis de toto recto & honorifico feudo, quem idem Guidotus recte habuit & tenuit a dicto Monaſterio in curia nonantule & in aliis quibuſcumque locis, ſi ipſe domine poſſunt de iure ipſum feudum habere, & ſi iuſte petierunt. Et pro iiſdem dominabus vel ſuo feudo iidem fratres corporaliter iuraverunt fidelitatem eidem domino Abbati contra omnes homines, ut vaſalli domino, imperatore excepto. Actum Nonantule ſub porticu palacii nonantulani monaſterii preſentibus domino Amedeo cariepelate, domino bartolomeo raymundini de Nonantula, Raymundino . . . . Alberti de Mantua, & domino advocato de Ferraria, & advocatis teſtibus feliciter.

Rog. Bonzanotus de Nonantula.

CCCCXXXIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1225.

ANno domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto die ſabbati ſexto intrante Septembri Indictione tertia decima. In preſentia infraſcriptorum teſtium ego quidem albertus catanius vendo & trado vobis domino Raymundo abbati &c. peciam unam terre vineate poſitam in loco ubi dicitur ſervelli &c. que eſt una tornatura & XVII. tabule & quattuor pedes terre, confines cuius tales ſunt : a mane poſſidet dictum monaſterium illam quam dedi illis de Corrigio, a meridie Eccleſia ſancte crucis, a ſero bonoenſegna de la calcina, de ſubtus via publica &c. pro precio quinquaginta & quinque librarum & decem & octo ſolidorum, & tres denar. bonon. quod totum fateor mihi bene eſſe ſolutum &c.

Actum Bononie ante Eccleſiam ſancti ieorgii de pozale indictione predicta. Interfuerunt teſtes vocati & rogati Magiſter tancredus canonicus bononienſis, dominus Rollandus de gottifredis, dominus Furlanus, buvalellus ſartor, ubaldinus reverſi, & dominus Rambertus de Giſleriis &c.

Rog. Bonifacius Guaſconis.

CCCCXXXV.

Excerpta ex Apographo authentico in Arch. Nonant.

1227.

IN Chriſti nomine anno Nativitatis eiuſdem milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo Indictione quinta decima die Sabbati quarto decimo exeunte menſe Aprili Dominus Raymundus &c. inveſtivit Dominum Raynerium Burigatium de Campillio in ſe ſuoſque filios legittimos de tota terra & poſſeſſione quam habet & tenet in Curia & diſtrictu Campillii & Marani & Caſtriveteris & Pompeiani & ubicumque inveniri poſſet, confitendo dictus dominus Raynerius & proteſtando quod totum id quod habet in dictis Curiis & terris habet per

feu-

(1) Se foſſimo certi, che il cognome *de Fregnano* iodichi a queſto luogo la famiglia e non ſemplicemente la patria, ſarebbe queſto un documento pregevoliſſimo per la genealogia della antichiſſima famiglia da Frignano.

feudum a Nonantulano Monaſterio. Item inveſtivit dictum dominum Raynerium Burigatium de Campillio in ſe ſuoſque filios legittimos maſculos preſentes & futuros de medietate fructuum decimarum ſeu petiarum terrarum, quattuor quarum ſunt poſite in Curte Campilii. Prima quarum iacet in contrada que dicitur Riotorto; & alie tres pecie iacent in contrata que dicitur ſarnetus; a mane &c. plebs trebii &c. Quinta pecia iacet in curte Caſtriveteris in contrata que dicitur bora malefax &c. de ſubtus Eccleſia ſancti Lazari (1). Sexta pecia eſt in curia Spillamberti in contrata que dicitur Biduſtus pilli &c. iure recti & honorifici feudi ad uſum regni cum omni honore &c. Pro qua inveſtitura & feudo predicto dictus dominus Raynerius iuravit fidelitatem dicto domino Abbati tamquam vaſallus Domino &c.

Actum Nonantule ſolemniter in Clauſtro Nonantulani Monaſterii preſentibus Guidone de palude & filio ſuo Bernardino &c.

Rog. Dominicus Splazus.

CCCCXXXVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1228.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati Nonantulano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Satis videtur conveniens & honeſtum, ut cum Monaſterium tuum inter alia nobile ac venerabile habeatur, perſone preſidentes eidem ſint dignitatum inſigniis decorate, & tibi etiam, quem ſincera caritate diligimus, a nobis fiat gratia ſpetialis. Cum itaque prefatum monaſterium pterogativa honoris gaudeat, ut pontificalibus preter anulum abbas eius uti dicatur, Nos tuis ſupplicationibus inclinati ad maiorem eiuſdem monaſterii & perſone tue honorificentiam uſum anuli de ſpeciali gratia tibi perſonaliter duximus concedendum (1). Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani XV. Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno primo.

Sig. Gregorii PP. VIIII.

CCCCXXXVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1228.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio . . . . . Nonantulan. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum Nonantulanum Monaſterium ſit Sedis Apoſtolice ſpeciale, debemus illud ſincero affectu diligere, ac ſuis utilitatibus providere. Te ſane accepimus intimante quod cum Mutinen. & Bononien. caſtra quedam in ſolo ac proprietate Monaſterii predicti de novo edificent, & plurimum expediret ipſi Monaſterio, ut ad eadem caſtra Eccleſie quedam caſtris ipſis vicine, que in ſolo & proprietate Monaſterii predicti conſiſtunt, & ad ipſum pleno iure pertinent, transferrentur, preſertim cum Parochiani earum compellantur ſe ad caſtra transferre predicta. Nos tuis precibus inclinati, ſi eſt ita, preſentium tibi au-

(1) Qual ſia queſta Chieſa di S. Lazzaro, che o eſiſteva, o poſſedeva beni nel diſtretto di Caſtelvetro, mi è ignoto.

(1) E' degno d'oſſervazione queſto conſiderar l'uſo dell'anello, come diſtinto dall'uſo dell'altre diviſe Veſcovili, e più di eſſe pregevole, e perciò non conceduto in addietro agli Abati di un sì inſigne Monaſtero, ed ora con privilegio ſol perſonale accordato all'Ab. Raimondo.

auctoritate concedimus, ut ad caſtra ipſa transferre auctoritate noſtra in hoc caſu valeas Eccleſias memoratas. Dat. Lateran. Kal. Februar. Pontificatus noſtri anno primo.

Sigill. avulſ.

CCCCXXXVIII.

1229.

Gregorius PP. IX. confirmat privilegia Monaſt. Nonant.

(in Append. V. ad Synod. Nonant. Card. de Angelis)

CCCCXXXIX.

Autographum in Arch. Nonant.

1229.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio Abbati Nonantulano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, quod A. & G. ac quidem alii clerici & converſi Monaſterii S. Lucie de Roſeno ad Nonantulanum monaſterium pleno iure ſpectantis exhibere tibi obedientiam ac reverentiam debitam denegantes vitam inhoneſtam ducere ac proprium retinere preſumunt, alias ſtatuta ordinis ac regulares obſervantias contempnentes. Quia vero liberius conſuevit indulta, quam que de iure communi competit, auctoritate procedi, correctionem talium indulgeri tibi per ſedem apoſtolicam poſtulaſti. Nos ergo diſſimulare nolentes tante tranſgreſſionis exceſſum auctoritate tibi preſentium indulgemus, ut non obſtante fruſtratorie appellationis obiecto de conſilio tui conventus vel maioris & ſanioris partis ipſius tales ſecundum regularem valeas corrigere diſciplinam. Dat. Peruſii IIII. Id. Iulii Pontificatus noſtri anno tertio.

CCCCXL.

Excerpta ex Apographo vetere in Archiv. Nonant.

circa 1230.

In Chriſti nomine nos Raymundus abbas nonantulanus arbiter & arbitrator electus a Religioſo viro dompno Ionatha priore abbatie noſtre ſancte marie in mamma & ſancti mariani de valdarno aretine dioceſis ex parte una, & venerabili viro domino Bonaguida plebano plebis de Gropina dicte dioceſis ex altera parte, litem & queſtionem inter ſe habentibus ſuper patronatu eccleſie ſancti Angeli de monte marciano & quibuſdam decimis de dicta Curte montis Marciani dicte dioceſis, quas dictus dompnus Ionathas dicebat ad ſe nomine dicte abbatie pertinere, & dictus dominus Bonaguida nomine dicte plebis negabat, & dicebat ad ſe nomine dicte plebis pertinere, ut patet &c. viſis & diligenter examinatis &c. laudamus, diffinimus, & arbitramur, quod dictus dominus plebanus & ſui ſucceſſores nomine dicte plebis habeant de cetero patronatum & omnia alia iura temporalia & ſpiritualia dicte Eccleſie ſancti Angeli & omnes decimationes dicti caſtri & curte montis Marciani, quas dictus dompnus Ionathas dicebat ad ſe pertinere &c. ſalvis & exceptis decimationibus & decimis terrarum & poſſeſſionum dicte abbatie & hoſpitalis de monte marciano &c. & cuiuſdam alterius territorii ſiti in dicta curte, quod dicitur cultus, ſuper dictum caſtrum & prope dictum hoſpitale, & hiis confinibus confinati: a primo ſtrata pubblica, que venit de dicto caſtro & deſcendit in foſſatum, & vadit ad montem altum, ab alio Burrone & via que dicitur cluſa, & dictum hoſpitale, ab alio foſſatum hoſpitalis & dictum hoſpitale, & ab alio Marcheſe . . . . . . de monte marciano, & duarum aliarum petiarum terre, quas dicta Ec-

Eccleſia ſancti Angeli habet a dicta abbatia, quarum una eſt poſita in donicatis, & alia io . . . . . . curie dicti caſtri *&c.* Lata fuit *&c.* in Eccleſia ſancte Margarite de Montalto *&c.* preſentibus *&c.* domino Furlano de Bononia nepote dicti domini Abbatis *&c.*

Rog. Bonifatius Guaſconis.

CCCCXLI.

Apographum authenticum anni MCCXXXVI. in Arch. Nonant.

1230.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Abbati ſancti Bartholomei Ferrarienſ. ſalutem & apoſtolicam beoedictionem. Dilecti filii Abbas & Conventus de Nonantula ſuam ad nos querimoniam deſtinarunt, quod Poteſtas & Commune de Crepacorio & quidam alii Bononienſes ſuper iure Parochiali Sanctorum Silveſtri & Iohannis de Crepacorio & quarumdam aliarum Eccleſiarum de Caſtro francho ad Monaſterium ipſorum pleno iure ſpectantium poſſeſſionibus & rebus aliis iniuriantur eiſdem. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus coovocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, proviſo oe in univerſitatem de Crepacorio excommunicationis vel ioterdicti ſententiam proferas, oiſi ſuper hoc mandatum a nobis receperis ſpeciale. Teſtes autem qui fuerint oominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Anagnie III. Id. Sept. Pontificatus noſtri anoo quarto.

CCCCXLII.

Excerpta ex Apographo in Arch. Nonant.

1230.

IN Chriſti nomine anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo trigeſimo Indictione tertia undecimo menſis Octubris exeuntis *&c.* Dominus Raymundus *&c.* conceſſit in precaria renovationis iure Domino Soldo priori eccleſie ſancti apolleoaris de vallata Bonon. dioc. (1) *&c.* . . . . . ſuper qua conſtituta fuit Eccleſia & hoſpitale ſancti Iohannis de bucca burane dioceſis ferrarienſis, ab uno latere cuius conſuevit decurrere flumen padi *&c.* que petia terre *&c.* fuit conceſſa dicto loco ab Abbate quondam Alberto MCLXVIII. *&c.* pacto quod dictus D. prior ſancti apollinaris & eius fratres & ſucceſſores *&c.* dabunt dicto monaſterio ſancti Silveſtri *&c.* in die ſancti Sinexii menſis Maii vel infra eius octavam in perpetuum duas libras cere, & dabunt ſeu dari facient ſemper tranſitum padi domino Abbati dicti Monaſterii & ſuis nunciis quandocumque ire & redire vellent *&c.* Item conceſſit renovationis iure in centum annos oominatim tria iugera terre in curte bondeni de buraoa in loco qui vallis cava nominatur, conceſſa iam dicto loco ſancti Iohannis . . . . . Alberto MCLXX. Iodictione tertia *&c.* ab uno latere quarum poſſidet Eccleſia ſancti Thome, ab alio eſt argelle ugonis *&c.* ab alio vallis vulpina *&c.* Et quioque pecias terre, quatuor quarum ſunt io dicta valle cava *&c.* ab alio latere eſt padus vetus *&c.* Quinta vero pecia eſt in fundo vezane prope molendina de bondeno, ab uno latere cuius poſſident Canonici de bondeno *&c.* quas *&c.* conceſſit eidem Eccleſie abbas olim Boniſacius MCLXXXVIII. die XII. iotrante menſe

(1) Il Sig. Ab. Calindri (*Dizion. Corogr. della Coll. e Mont Bol. T. I. p. 87. &c.*) ha dubitato, ſe veramente la Chieſa di S. Apollinare di Vallata ne' contorni di Monteveglio foſſe Canonica Regolare, come affermaſi dal Pennotti. Il documento, che or pubblichiamo, ce ne aſſicura.

Digitized by Google

ſe Septembri Iodict. VI. & aliam peciam terre ultra padum prope iam dictum hoſpitale [*Nominantur non nullæ aliæ terræ*] & generaliter omnes & ſingulas poſſeſſiones &c. quas tenet in plebatu ſancte marie de ſeptem policinis, & in plebatu bondeni &c. [*Plures aliæ terræ indicantur*] io reſtara, ad malpaſcua, in v-lcava . . . . a mane eſt padus vetus, ad ſablones, in arneto, ad prunetum, ad Levoletum, ad Cornale, ad padum vetulum, in corigiis, ad fraſſaoum, in inſula, in vado &c.

Rog. Rainerius Peruſinus.

CCCCXLIII.

Apographum vetus in Archiv. Nonant.

1230.

CVm dominus paganus de predaſancta poteſtas bonon. habita licentia a conſilio credentie communis booon., ut dixit, voluit & maodavit & precepit quod caſtrum crevalcore habeat pro curia & guardia per commuoe bonon. omnes terras que de novo venerunt ad habitandum in dicto caſtro cum eorum curiis & guardiis, & ea omnia que antiquitus dictum caſtrum habere conſueverat tam in terris quam in paſcuis, nemoribus, aquis, piſcationibus, & nulli redditus vel cenſus reddent niſi communi booon., & ſpecialiter in aqua, que dicitur navigata, & in aqua de pallata, ut homines illius loci his omnibus utantur pro eorum curia & guardia. Item fecit iurare piſcatores, qui piſcaotur in predictis aquis, precipieos pro communi booonie, ut de cetero noo debeant piſcari in illis aquis niſi pro communi bonon., & ſpecialiter in aqua de ſancta maria in portu, & in omnibus aquis de illis partibus, nec de his abbati nonantulano reſpondeant. Nomina Piſcatorum, qui dictum iuramentum fecerunt ſunt hec: Rodulfus de bonito, Iulianus de honibene, Iacobus Garuzanus, Martinus petrizani, bichocus eius frater.

Que omnia facta ſunt in dicto caſtro in domo communis illius terre preſentibus domioo Thomaxino cazanimici, & domino Vgerio perticonum, & domino petro de medicina (1), & domino Alberto Graſſo Ambaxatoribus communis Bonon. & pluribus aliis de eodem caſtro.

Ego Iacobus piſtorieoſis fel. mem. domini henrici imperatoris notarius interfui, & mandato poteſtatis ſcripſi.

Ego Iohanoes olim bonandi ootarii imperiali auctoritate ootarius predictum inſtrumentum ſcripſi & exemplavi &c.

CCCCXLIV.

Autographum in Arch. Nonant.

circa 1230.

PRo bono pacis & concordie mediator eſt Deus. Abbas petitiooem ſuam factam adverſus Commune Bononie coram iudicibus delegatis in hunc modum. In primis petit oe Commune Bononie conſtruat vel conſtrui permittat aliquam eccleſiam in ſolo vel proprietate monaſterii nooantulani, & ſpecialiter in loco, qui dicitur Crevacore. Item petit quod non impediat eum edificare vel conſtruere eccleſiam in dicto caſtro, quod eſt ſuper ſolo vel proprietate & in parochia dicti Monaſterii edificatum. Item petit quod oon impediat ipſum . . . . quia ipſe exerceat ſpiritualem iuriſdictiooem in populo ipſius caſtri in eius ſolo & proprietate ſito. Item petit ut dictum commune reſtituat ei colonos ſuos, quos coegit ire ad ha-

(1) Queſti debb' eſſere quel *Pier di Medicina* celebre fomentator di diſcordie in Bologna, di cui parla Dante *Inf. C. XXVIII. V. 73.*

habitandum caſtra noviter edificata, & ſub eiſdem condicionibus, quibus adhabitabant poſſeſſiones monaſterii, vel ſaltem, ſi hoc congrue videtur, permittant ipſum locare ſuas poſſeſſiones colonis aliis, quos conducet ad inhabitandas poſſeſsiones ſuas de comitatu Bononienſe, vel ſaltem aliunde ſub condicionibus, quibus tenebantur primi coloni, vel melioribus, ſi poterit. Item petit, ut poteſtas compellat habitatores caſtri predicti ad obſervationem arbitrii lati inter ipſum & homines de crevacore ſuper quibuſdam confinibus & rebus aliis, que in ipſo arbitrio continentur. Item petit, quod non moleſtent eum in nemoribus & piſcariis dicti monaſterii, ſed permittat ipſum predicta nemora & piſcarias pacifice poſſidere. Item quod relaxent interdictum ſeu preceptum factum a domino pagano de predaſancta ſuper predictis nemoribus & piſcariis & poſſeſsionibus ipſius monaſterii. Item circa petitionem caſtri franchi in hunc modum moderatus eſt, videlicet quod ſi voluerit habere terram dicti caſtri, ipſam dent hominibus, qui habitant predictam terram, que eſt infra caſtrum, ſalvum cambium in loco competenti, atque recognoſcat eam a monaſterio, ita quod ius monaſterii in hoc non minuatur; terra vero iam dicta in ſuo ſtatu, in quo prius erat, permaneat. Item petit a Commune Bonon. vigintiocto libras imperialium pro extimatione lignorum, que ablata fuerunt de nemore monaſterii pro caſtro crevacorii aptando, que extimatio pro magiſtro operis caſtri, & per. . . . . . approbata. Item petit . . . . . . ei omnem iuriſdictionem tam civilem quam criminalem in hominibus habitantibus in crepacorio, & in hominibus de manzulino, de ceola, de ſancta agatha, & de taivalo, vel ſaltem civilem. Item petit quod liceat ſibi & ſucceſſoribus ſuis portare fructus de terris ſuis, quos portare voluerint extra Epiſcopatum Bonon. ſine aliqua contradictione vel banno, & hoc totum petit ſibi fieri ſine preiudicio monaſterii, & diminutione prime petitionis in libello . . . . . coram iudicibus delegatis, ſi concordia non fiat.

CCCCXLV.

Autographum in Arch. Nonant.

1231.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio G. Mantuano electo (1) ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis Abbas & Conventus Nonantulanus inſinuatione monſtrarunt, quod cum ipſi Archipresbiterum & Clericos plebis de Nogaria Veron. dioc. ſuper eo quod iuramentum fidelitatis ſacere ac obedientiam & reverentiam debitam exhibere Abbati recuſabant eidem, coram Henrico Canonico Bononien. & collegis ipſius auctoritate apoſtolica traxiſſent in cauſam, dicti iudices cognitis cauſe meritis diffinitivam pro eis ſententiam protulerunt, a qua licet ipſi fruſtratorie noſtram audientiam appellarint, ſuam tamen appellationem infra tempus legitimum proſequi non curarunt. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi ita eſt, ſententiam ipſam, ſicut eſt iuſta, facias per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota firmiter obſervari. Dat. Lateran. II. Id. Maii Pontific. noſtri anno quinto.

CCCCXLVI.

(1) Egli è quel medeſimo Guidotto da Correggio prima Canonico di Bologna, di cui ſi è parlato poc'anzi, che in queſt'anno, come nota anche l' Ughelli, fu eletto Veſcovo di Mantova.

CCCCXLVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1231.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Ep. Florentino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Abbas & Conventus Nonantulanus ſua nobis conqueſtione monſtrarunt, quod tu priorem & monachos ac familiam eccleſie ſancti felicis in plaza Florentin. ad eorum Monaſterium nullo medio pertinentis indebitis exactionibus, quod vix credimus, aggravas & moleſtas, parrochianis eiuſdem eccleſie, ne ad ipſam pro divinis audiendis accedant, pro tue voluntatis libito interdicens. Quocirca fraternitatem tuam monemus attente per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ab huiuſmodi penitus conquieſcens, ſi quid in eorum preiudicium attemptaſti, revocare non differas per te ipſum. Alioquin ſi de iure confidis uſque ad duos menſes poſt ſuſceptionem preſentium per te vel procuratorem idoneum noſtro te conſpectui repreſentes, facturus quod ordo dictaverit rationis. Dat. Reate XV. Kal. Aug. Pontificat. noſtri anno quinto.

Sig. avulſum.

CCCCXLVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1231.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis poteſtati & conſilio Bononienſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Deferentibus dilectis filiis Abbate ac Conventu Monaſterii Nonantulani nobis innotuit, quod intelligente dudum bone memorie Honorio Papa predeceſſore noſtro, quod vos occaſione cuiuſdam banni a vobis editi, ne quis victualia que naſcuntur in veſtro diſtrictu deferat extra illum, non patiebamini fructus poſſeſſionum ſuarum, quas habent in dioceſi Bononienſi, deferri ad eorum Monaſterium in dioceſi Mutinenſi conſtitutum, vobis mandavit ut libere permitteretis portari fructus eoſdem ad monaſterium ſupradictum. Sed vos non attendentes quod ſaluti & fame veſtre non expedit loca Religioſa dampnis afficere, quibus de proprio vobis convenit exiſtere liberales, id efficere non curaſtis. Nos igitur non minus pro detrimento animarum veſtrarum quam pro ipſius monaſterii utilitate hoc indigne ferentes, univerſitatem veſtram rogamus & obſecramus in domino per apoſtolica vobis ſcripta precipiendo mandantes, quatenus pro divina & noſtra reverentia & veſtre ſalutis obtentu predictarum poſſeſſionum fructus deferri ad iam dictum monaſterium libere permittatis, ita quod Deum inde poſſitis habere propitium, noſque ſuper hoc ſcribere durius non cogamur. Dat. Reate IIII. Id Septembr. Pontificatus noſtri anno quinto.

Sig. avulſum.

CCCCXLVIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1231.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo Indictione quarta Domino Federico Rugerio Romanorum Imperatore regnante die iovis XIII. exeunte Septembr. Dominus Ubaldus filius quondam domini Ugonis de Manfredis & filii ſui Manfredinus & Aldevrandinus pro ſe & ſuis heredibus inveſtiverunt dominum albergatorem filium domini nycholai de Cremona recipientem pro ſe & fratre ſuo Johanne bono in ſe ſuoſque heredes maſculinos & femininos iure recti & honorifici feudi ſecundum uſum regni & cum

cum omni honore de pecia una terre poſita in curia de Ronchallia in loco ubi dicitur ad Caſtellum &c. abſque diſtrictu fidelitatis iurande, oiſi prius addideriot eis quod fuerint [*ſic*] conveniens laudo & concordia duorum communium amicorum ad fidelitatem iurandam, ita ſcilicet quod feudum non amittatur ſupra ſcriptum propter inveſtituram ſeudi infra diem & annum non petitam poſt mortem alterius partis, nec propter ingratitudinem alicuius convitii vel ſervitii noo preſtiti, nec ob ſeudum teneatur aliquam reverentiam exhibere iiſdem &c. Pro qua inveſtitura & terra ſuerunt coofeſſi ſe accepiſſe & habuiſſe a predicto albergatore quinque libras Imperiales, videlicet ad rationem viginti quinque ſolidorum pro qualibet bubulca, & debet eſſe dicta terra quatuor bubulce &c.

Actum Mutine io porticu domus dicti Ubaldi feliciter.

Rog. Petrinus de Rubeis.

CCCCXLIX.

Encerpta en Apographo in Arch. Nonant.

1233.

IN nomine Iheſu Chriſti anno a Nativitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo trigeſimo tertio Indictione ſexta, die quartadecima intrante Octubri in caſtro Allegralcoris [1] ſub porticu domus communis preſentibus Domino Raynerio de caſaleclo, Domino Ramberto ejus ſratre &c. Dominus Gerardus de Buccadeſerris iure proprio vendidit & tradidit Zanello Berni quartam partem pro indiviſo unius petie terre aratorie in curte dicti caſtri in cootrata de blancaneſe &c. a meridie limes muſoous &c. de ſubtus orbetula &c. pretio ſeptem librarum & ſeptem ſolidorum Bonon. &c.

Rog. Bonandus presbiteri.

Eadem die in caſtro Allegracoris ſub porticu domus communis &c. Dominus Bernardinus quondam Domini Teberti de Buccadeſerris pro ſe & fratre ſuo domino Iordaoo &c. *vendit eidem quartam partem eiuſd. terre eodem pretio. Rog. idem.*

CCCCL.

Autographum in Arch. Nonant.

1234.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri Epiſcopo Mantuano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Fraternitatis tue recepimus literas continentes quod inter Venerabilem fratrem ooſtrum W. (1) quondam mutinenſem Epiſcopum & dilectum filium . . . . . Abbatem Nonantulaoum mota apud Sedem Apoſtolicam queſtione ſuper Nonantulano Monaſterio & plebe ac aliis membris eius, que omnia petebat idem epiſcopus dioceſano ſibi iure ſubeſſe, tibi mandavimus, ut cum preſatus Abbas ad deſenſionem ſuam privilegia, uſum eorum, preſcriptionem & conſuetudinem obtuliſſet, infra duos menſes poſt receptionem litterarum noſtrarum auditis poſitionibus & reſponſionibus utriuſque ex tunc infra bienium partium probationes recipiens ac reprobationes teſtium quos altera vel utraque pars duceret producendos, & cauſam infra eiuſdem temporis ſpatium inſtruens, poſt illud uſque ad menſem ſufficienter inſtructam ad nos remittere procurares. Qui cum primam, ſecundam, terciam, & quartam dilatiooem ad productionem teſtium aſſignaſſes,

(1) Queſta è la prima carta in cui ſi è trovato uſato il nome di *Allegralcoris*. In un'altra de' XXVI. di Febb. dell'anno ſteſſo ſi dice *Creparorium*.

(1) Egli è il Veſcovo Guglielmo. *V. la Serie de' Veſcovi di Modena nel Tomo I. di queſt'Opera p* 42.

ſes, quoniam multa & per diverſa loca ſunt membra monaſterii, de quibus agitur, & inter ſe valde remota, licet multorum teſtium receperis iuramenta, infra dilationes tamen eaſdem, & etiam infra tempus ad hoc in reſcripto noſtro ſtatutum non potuit depoſitio fieri omnium teſtium iuratorum, preſertim cum partes noluerint niſi in unum ſolum Notarium, qui eorum dicta conſcriberet, conſentire, & teſtes ipſi in depoſitionibus ſuis nimis prolixi fuiſſent. Eodem quoque Epiſcopo cedente Epiſcopatui circa finem biennii memorati ſuper teſtium examinatione vel alias in negotio poſtmodum procedere dubitaſti; ex quo etiam accidit quod ſuper ipſorum reprobatione nulle adhuc ſunt probationes admiſſe. Cum autem proviſum ſit mutinenſi Eccleſie de paſtore, cuius electio dicitur confirmata, nos propter huiuſmodi decurſum temporis nolentes partibus in iure ſuo preiudicium generari fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus infra quinque menſes poſt ſuſceptionem preſentium ad ea que reſtant de cetero facienda ſublato appellationis impedimento procedas iuxta traditam tibi formam. Datum Reate XVII. Kalendas Iulii Pontificatus noſtri anno Octavo.

Sig. avulſum.

CCCCLI.

Autographum in Archiv. Nonant.

1234.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri Epiſcopo Mantuano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum in cauſa que inter Venerabilem fratrem noſtrum Mutinenſem Epiſcopum ex parte una, & abbatem & Conventum Nonantulanum ex altera ſuper ſubiectione ipſius monaſterii & quarumdam eccleſiarum eiuſdem, ac iuribus epiſcopalibus & rebus aliis vertitur lite in preſentia noſtra legitime conteſtata teſtium receptionem de partium aſſenſu tibi duxerimus committendam, tuque ipſorum iuramenta quos utraque pars produxerat recepiſſes, quia ſcribi nequiverunt depoſitiones ipſorum infra terminum conſtitutum, maxime cum tunc paſtore vacaret eccleſia mutinenſis, terminum ipſum curavimus prorogare. Verum ne diſpendioſo circuitu in gravamen partium cauſam huiuſmodi differri contingat, fraternitati tue de utriuſque partis procuratorum aſſenſu per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eam, ſi de partium voluntate proceſſerit, iudicio vel amicabili compoſitione terminare procures. Alioquin ipſam ad nos remittas ſufficienter inſtructam; prefigens partibus terminum competentem, quo per ſe vel per procuratores idoneos compareant coram nobis iuſtam auctore domino ſententiam recepture. Datum Peruſii IIII. Kalendas Octobris. Pontificatus noſtri anno octavo.

Sigillum avulſum.

CCCCLII.

Autographum in Arch. Nonant.

1239.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio . . . . . . Priori de Reno Bononien. dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis . . . . Abbas & Conventus monaſterii de Nonantula ordinis Sancti Benedicti, quod Munaldus Ranutius & quidam alii Cives Florentini eccleſiam ſancti michaelis in orto florentin. ad idem monaſterium pertinentem auſu ſacrilego funditus diruerunt in ipſorum & dicti Monaſterii preiudicium & gravamen. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas; faciens quod de-

Digitized by Google

decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Laterani IIII. non. Maii Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Sig. avulſum.

CCCCLIII.

Autographum in Arch. Nonant.

circa an. 1240.

PEto ego Domnus Bonus . . . . . ſyndicus monaſterii ſancti ſilveſtri de nouantula nomine ipſius Monaſterii ſub vobis arbitris, ſcilicet Gotolo archipresbitero ſancti viceucii, & Magiſtro Iohanne nonantulano Canonico a ſyndico plebis ſancti Iohannis in perſeceto nomine eiuſdem plebis, ut dimittat ac reſtituat Monaſterio ſupradicto omnes poſſeſſiones quas detinuit martinus filius quondam maſclare poſitus in curte taivali & ſancti iohannis in perſeceto, quas poſſeſſiones dico ad dictum Monaſterium pertinere iure dominii vel quaſi, & peto a dicto ſyndico plebis fructus receptos de dictis poſſeſſionibus ab VIII. annis retro. Item peto ut dimittat mihi nomine eiuſdem Monaſterii ac reſtituat omnes decimationes, quas dicta pleps percipit vel detinet in curte manzulini & taivali, que colliguntur de poſſeſſionibus, quarum proprietas pertinet ad dictum monaſterium. Item peto ut non inquietet me vel dictum monaſterium in poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione decimarum hominum, qui ſolvunt decimas dicto Monaſterio, nec inquietet ſuper hoc homines illos. Item peto ut archipresbiter dicte plebis, qui nunc eſt vel pro tempore fuerit, vel quivis alius nomine dicte plebis nihil exigat ſpirituale vel temporale ab ecclexia de taivallo, ſed permittat monaſterium ipſum ordinare, & preſidere, vel quaſi poſſidere dictam eccleſiam, quoniam pertinet ad dictum monaſterium pleno iure. Item peto a dicto ſyndico nomine dicte plebis, quod dictus archipresbiter non gravet eccleſias de manzulino, de gavile, de raſtilino, de cirione, & de riolo in aliquo ſervicio indebito vel exactione indebita, ſeu in hoſpiciis vel procurationibus, ſed id tantum ab eis exigat, quod pro iure ſpirituali canones illi concedunt; nec de temporalibus ipſarum eccleſiarum ſe intromittat, cum ipſa ad monaſterium pertineant ſupradictum. Item peto quod non inſtituat aliquem clericum vel presbiterum in ipſis Eccleſiis, niſi qui ab abbate prefati Monaſterii vel eius nuncio fuerit preſentatus & electus, quoniam electio clericorum ipſarum eccleſiarum pertinet ad monaſterium ſupradictum.

CCCCLIV.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1242.

IN Chriſti nomine anno domini a nativitate Milleſimo CC. XLII. Indictione XV. domino Imperatore Federico regnante die Iovis quinto exeunte Martio. Ego Dominus Hencuntrus Archipresbiter Carpenſis iudex a ſummo pontifice delegatus cognoſcens in cauſa, que vertebatur inter presbiterum venturam Sindicum Monaſterii Nonantulani *&c.* ex una parte *&c.* & Ramundinum filium domini Manuelis de Gorgatellis tutorio nomine pro menbilia filia quondam Gulielmi de Grepis *&c.* ex altera, que talis erat. Petebat namque dictus presbiter ventura *&c.* reſtitutionem poſſeſſionis a Ramundino tutorio nomine pro filia quondam Gulielmi de Grepo totius poderis ſeu poſſeſſionis, quas habuit & poſſedit ipſe Gulielmus de Grepo pater ipſius puelle, & ipſa habet & poſſidet; ſcilicet medietatem quinque petiarum ter-

terre poſitarum in villa de naviſellis, & in marano de campilio, prima quarum habet hos fines, a mane flumen panarii via mediante *&c.* a ſero foſſa munda *&c.* Secunda pecia eſt ultra panarium infra hos fines *&c.* a ſero flumen panarii via mediante *&c.* Tercia eſt poſita in loco ubi dicitur Caſtelarium; a mane flumen Panarii via mediante *&c.* Quarta pecia iacet prope domum domini Otulini de nonantula, & apud boſcum de cagarabiis infra hos fines *&c.* a ſero foſſa munda ſive minudaria, que pecia tota eſt communis heredum dicti Gullielmi, & domini Alberti de Papia, & de balduinis *&c.* Quinta pecia iacet infra hos fines *&c.* a ſero Geminianus vecli de Saliceto *&c.* Item medietatem poſte unius molendini *&c.* poſiti in loco ubi dicitur picigaſacus apud pontem Sancti Ambroſii, de ſubtus ſtrata claudia, a mane molendinum de Zena *&c.* Sexta pecia iacet in loco ubi dicitur bicoca *&c.* de ſubtus canonica Mutinenſis *&c.* Vnde viſis, auditis *&c.* dictum Ramundinum *&c.* ad reſtitutionem predictarum petiarum terre pro medietate & molendinorum pro medietate ipſi ſindico vice & nomine dicti monaſterii cundempno [1].

Lata fuit hec ſententia mutine in clauſtro Eccleſie Sancti Pauli preſentibus teſtibus domino Priore de Columbario & Magiſtro henrico canonico de Ganaceto, & domino Iacobo domini Alberti de papia [2].

Rog. Carpolinus Naſcinguerra.

CCCCLV.

Autographum in Arch. Nonant.

1247.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Roberto Canonico Regino Bononie commoranti ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii abbas & conventus monaſterii de nonantula ordinis ſancti benedicti ad romanam eccleſiam ut dicitur nullo medio pertinentis patroni eccleſie ſancti georgii de poziali bononienſi petitione monſtrarunt, quod cum ipſe ad eandem eccleſiam tunc vacantem marchiſium presbiterum Archipresbitero Bononienſi, ad quem ipſius inſtitutio de antiqua & approbata & hactenus pacifice obſervata conſuetudine pertinet, canonice preſentaſſet, hugolinus & comes milites ac quidam alii bononienſes cives ſe patronos predicte Eccleſie aſſerentes presbiterum Verderigum ad prefatam Eccleſiam eidem Archipresbitero preſentarunt. Cumque poſtmodum ſuper iure preſentandi huiuſmodi inter abbatem & conventum eoſdem ex parte una & predictos milites ac alios ex altera coram dicto archipresbitero queſtio verteretur, tandem prefati abbas & Conventus ſentientes ab eodem archipresbitero indebite ſe gravari, ſedem apoſtolicam appellarunt, quorum appellationi dictus archipresbiter detulit reverentiam. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod Canonicum fuerit appellatione remota decernas, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Alioquin

par-

(1) V' è anche l' Atto con cui a' XXII. d' Agoſto dell' anno precedente MCCXLI. ſi conteſta la lite, che è ſegnato: *Actum Carpi in Canonica preſentibus teſtibus Domino Saſſo canonico Carpi, domino Nicholao de Alcaruta, & domino Iohanne presbitero Eccleſie Sancti tome de Lama.*

(2) Queſti è quell' Alberto da Pavia, che tenne ſcuola di Leggi in Bologna e in Modena. Di lui ha ragionato il P. Sarti (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. I. p.* 117.) e ne ho parlato altrove io pure (*Bibl. Mod. T. I. p.* 49.)

partes ad prediɛti archipresbiteri remittas examen, appellantes in expenſis legitimis condempnando. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Lugduni II. Id. Iunii Pontificatus noſtri anno quarto.

CCCCLVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1249.

G. de monte longo domini pape not. Apoſtolice Sedis Legatus [1] dileɛto in Chriſto fratri Archipresbitero Florentino Bononie commoranti ſalutem in domino. Quanto amplius Civitatem Bonon. prerogativa diligimus dileɛtionis & gratie ſpecialis, tanto libentius poteſtati, conſilio, & communi Civitatis ipſius porrigimus preces noſtras, ſperantes firmiter non pati repulſam in eis, ſed efficaciter exaudiri, & in hiis precipue, que honeſtatem ſapiunt, & ad honorem ſuum cedere dinoſcuntur. Cum igitur dignum ſit & conveniens, ut monaſterium nonantulanum, quod eſt nobile membrum & Romane Eccleſie ſpeciale propter ſuam reverentiam, & Abbas ipſius, qui concivis eorum eſt, & ſaɛtus tamquam unus ex eis & de maioribus terre ſue, hiis diebus maxime, in quibus habundat iniquitas, & caritas refrigeſcit, ab eis debeat multipliciter honorari, cum idem monaſterium & omnia membra eius occaſione guerrarum quaſi ad nichilum ſint deduɛta, poteſtatem, conſilium, & commune predictos monendos duximus per noſtras litteras & rogandos, ut pro honore ipſius eccleſie & precum interventu noſtrarum eidem abbati & ſuis plenam ſtudeant ſidantiam impertiri, ita quod eorum auxilio faciente poſſint ab inſtantibus periculis liberari, & ex hoc dictam eccleſiam matrem ſuam, que unicuique ſecundum merita ſua reddit, conſtituant in ſuis opportunitatibus debitricem, noſque reddant exinde ad ſua beneplacita promptiores. Quocirca diſcretioni veſtre, qua fungimur, auctoritate mandamus, quatenus eos ad id diligenter & ſollicite moneas & inducas. Dat. Ferrar. II. Kal. maii.

CCCCLVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1250.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio O. Sancte Marie in via lata Diacono Cardinali Apoſtolice Sedis Legato [1] ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius Magiſter Vbaldus Capellanus noſter Archipresbiter Eccleſie Nonantulane nobis humiliter ſupplicavit, ut cum nonnulli de mandato noſtro & tuo & etiam dilecti filii G. de Montelungo electi Tripolitani in illis partibus Apoſtolice Sedis Legati in eadem Eccleſia ad vacaturas prebendas in fratres & Canonicos ſint recepti, quorum quidam propter defectum etatis, alii vero pro ſue voluntatis arbitrio nolunt ad ſacros Ordines promoveri, providere ſuper hoc eidem Eccleſie, cum plurimum indigere dicatur miniſterio Sacerdotum & aliorum Clericorum, qui ſint in ſacris Ordinibus conſtituti, ex ſolita miſericordia curaremus. Nos igitur volentes ſuper hoc Eccleſie prefate congruum remedium adhibere, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eos, qui ſunt ad ſacros Or-
di-

(1) Gregorio da Montelungo, che l' anno 1252. fu eletto Patriarca d' Aquileja. V. il Tomo I. p. 133.

(1) Il Card. Ottaviano Ubaldini celebre anche per militare coraggio nella Storia di queſti tempi; di cui credeſi che parli Dante, ove dice [*Inf. C. X. V.* 120.]

Quà entro è lo ſecondo Federico,
E 'l Cardinale, e degli altri mi taccio.

dines iam promoti, illis in perceptione prebendarum, qui vel non poſſunt vel nolunt ad huiuſmodi Ordines promoveri, etiam ſi prius in ipſa in Canonicos ſint recepti, preferas, ſicut videris expedire. Dat. Lugduni II. Id. Maii Pontif. noſtri anno ſeptimo.

Sig. Innoc. IV.

CCCCLVIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1250.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Archipresbitero Parmenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut dilecti filii . . . . Abbas & Conventus Nonantulanus Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis nobis exponere curaverunt, predeceſſores eorum terras poſſeſſiones redditus & alia bona ipſius monaſterii datis ſuper hoc litteris, & interpoſitis iuramentis, nec non & penis adiectis, quibuſdam clericis & Laicis aliquibus eorum quoad vixerunt, non nullis vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt in enormem ipſius monaſterii leſionem. Quare dicti Abbas & Conventus humiliter petierunt eidem monaſterio ſuper hoc apoſtolico remedio ſubveniri. Nos itaque ipſorum ſupplicationibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea que de bonis dicti Monaſterii per conceſſiones huiuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, non obſtantibus predictis iuramentis & litteris ſeu confirmationibus ſuper hoc a nobis vel legatis noſtris in communi forma obtentis ad ius & proprietatem ipſius monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni IIIJ. Nonas Octobris, pontificatus noſtri anno octavo.

Sig. avulſum.

CCCCLVIII. 2.

Autographum in Arch. Nonant.

1251.

DOminus Lotharius ſindicus & procurator habatis Monaſterii Nonantullani & Monaſterii ſive habatis de ſancta Maria ad mammam manualis eccleſie iſtius monaſterii & abatie Nonantullane exſponit vobis domino Robaconte procuratorio nomine predictis Monaſteriis, quod dominus Rainerius pazus (1) occaxione cuiuſdam privilegii impetrati ab imperiali olim curia per fraudem a domino federico de antiochia pro imperio olim in tuſcia vicario generali (2) occupavit & invaſit poſſeſſiones ſupradicti Monaſterii & habatis Sancte Marie in mamma & Caſtri Sancti Mariani, ſimiliter poſſeſſiones & iura dictas occupavit & invaſit cogendo homines fideles & colonos ſupradictorum Monaſteriorum actenus ſibi ſolvere dacia & accapta in predictorum habatorum pregiudicium & gravamen. Quare petit procuratorio nomine predictis predictas poſſeſſiones & iuriſdictiones ſibi reſtitui & in pacem dimicti & predictum privilegium ſive privilegia a ſupraſcriptis Imperatore vel Rege impetrata caſſari & retrofieri & reſcindi, & ipſum puniri iuſta ordinamenta Poteſtatis Florent. Quare citatis dicto Raiocrio & Guidone pienaoo nepote eius, & coram domino Robaconte iudice & aſſeſſore Poteſt. Florent. exiſtentibus de plano confeſſi ſunt & dixerunt, quod nullum privilegium ab imperiali Curia vel a domino federico de antiochia pro imperio olim Vicario in tuſcia

(1) Raniero de' Pazzi fu uomo a que' tempi per prepotenza famoſo in Toſcana, e poco onorevol memoria ne laſciò Dante, dicendo (*Inf. C. XII. V. 137. ec.*)

A Rinier da Corneto, a Rinier Pazzo,
Che fecero a le ſtrade tanta guerra.

(2) V. il Tomo I. p. 380.

ſcia impetraverunt. Et ſi aliquod vel aliqua impetraſſent; eis penitus renunciaverunt. Inſuper dixerunt & proteſtati fuerunt coram ipſo iudice, quod non intromictunt nec ſe intromiſerunt nec ſe intromittere nolunt de iuriſdictione dicti Caſtri Sancti Mariani, nec cogerunt nec cogere volunt homines fideles & colonos ſupradictorum monaſteriorum eis ſolvere dacia vel accapta in pregiudicium dictorum habatorum. Quare dictus iudex dixit & pronunciavit illa inſtrumenta omnia & privilegia eſſe caſſa & irrita & nullius momenti & valoris ſi que reperirentur a dicto tempore acquiſita. Inſuper quod dictus Rainerius & Guido non debeant ſe intromittere de iuriſdictione dicti Caſtri vel de hominibus ſeu Colonis vel reditibus eiuſdem Caſtri.

Actum in Palatio Comm. Florent. in Orto Sancti Michaelis (3), ubi fiunt conſilia, in quo palatio Conſilium Comm. Florent. congregatum erat, preſentibus Boninſegna notario fil. olim Conſigli, & Domino Iacobo olderici Bellondi, & Domino Gianebuono de Vegio civibus Florentinis teſtibus Milleſimo CCLI. die Lune III. ante Kal. Iunii Indictione nona.

Ego Ambroſius Areta notarius Comm. Florent. ſubſcripſi, & infraſcripto Vbaldino notario ad ſcribendum dedi &c.

CCCCLIX.

Autographum in Arch. Nonant.

1251.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati de Berſello (1) Parmenſis Dioceſis & Ferrarie commoranti Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis petitione monſtrarunt, quod cum ipſi in terra Roncalii Nonantule & Solarie ac Caſtro Creſcente ac omnibus aliis locis in quibus iuriſdictionem obtinent temporalem poteſtates & Rectores ponere conſueverint a tempore cuius memoria non exiſtit, dilecti filii poteſtas & commune mutine ſtatuerunt ut in terra caſtro & locis predictis poteſtates & Rectores de cetero eligant in derogationem libertatis eccleſiaſtice ac eorumdem Abbatis & Conventus preiudicium & gravamen. Quare dicti Abbas & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Unde dictos poteſtatem & Commune rogandos duximus & hortandos noſtris ſibi dantes litteris in mandatis, ut ſi eſt ita eoſdem Abbatem & Conventum in terra & caſtro & locis predictis Poteſtates & Rectores pro ut conſueverunt ponere libenter permittant. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dicti poteſtas & Commune mandatum noſtrum ſuper hoc neglexerint adimplere, tu ipſos quod ab huiuſmodi predictorum Abbatis & Conventus mole-

(3) Abbiamo altrove veduto (*T. I. p. 369.*) che la Chieſa di S. Michele in Orto ſoggetta alla Badia di Nonantola era ſtata diſtrutta l'anno 1239. *per farvi piazza*. Or quì veggiamo, che poco dopo l'atterramento di eſſa cominciarono i Fiorentini a tenere ivi i lor Conſiglj, ove poſcia l'anno 1284. fabbricarono la magnifica Loggia di or S. Michele.

(1) Il Monaſtero di S. Geneſio di Breſcello fu fondato da Attone e da Ildegarda di lui moglie biſavoli della Conteſſa Matilde, come narraſi da Donizone (*Script. Rer. Ital. Vol. V. pag.* 350.) Eſſo ſoſſiſteva ancora al principio del ſecolo XIV., dopo il qual tempo dovett'eſſere dato in Commenda, come ſi continua a fare anche al preſente, eſſendone ora Abate Commendatario Monſ. Carlo Livizzani Preſidente d'Urbino.

Digitized by Google

leſtatione penitus deſiſtant monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compeſcas. Datum Mediolani VIII. Idus Septembris. Pontificatus noſtri anno nono.

Sig. avulſum.

CCCCLX.

Apographum ſæc. XIII. in Arch. Nonant.

1251.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Magiſtro Bernardo Canonico Bononienſi Capellano noſtro ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut dilecti filii Archipresbiter & Capitulum plebis Nonantule nobis ſignificare curarunt, inter ipſos ex parte una & dilectos filios Abbatem & conventum monaſterii eiuſdem loci ex altero mutinenſis diocesis ſuper inſtitutione ac deſtitutione rectorum & clericorum, qui pro tempore fuerint, Eccleſiarum plebatus predicte plebis, correctione ipſorum, cognitione cauſarum matrimonialium, que ſuboriuntur in ipſa, decimis, poſſeſſionibus, collectis quibuſdam, & rebus aliis, excommunicationum ſententiis in quoſdam Canonicos eiuſdem plebis & clericos eiuſdem plebatus ab eodem abbate prolatis, & quibuſdam articulis ac rebus aliis, ſuper quibus extitit ad Sedem Apoſtolicam appellatum, orta ſit materia queſtionis, diſcretioni tue de conſenſu partium per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cauſam, & eam, ſi de ipſarum voluntate proceſſerit, concordia vel iudicio debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Alioquin ipſam ſufficienter inſtructam cum omnibus actis, litteris & munimentis publicis cauſam huiuſmodi contingentibus ad apoſtolicam ſedem remittas, prefigendo partibus terminum competentem, quo apoſtolico ſe conſpectui repreſentent iuſtam auctore deo ſententiam recepture. Teſtes autem &c. Dat. Bononie II. Id. Octub. Pontificatus noſtri anno nono.

CCCCLXI.

Autographum in Arch. Nonant.

1252.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Ferrarienſi Epiſcopo Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram dilecto filio Abbate Nonantulenſi ſignificante pervenit, quod cum clerici omnes in eccleſiis ſui monaſterii reſidentes ſibi fidelitatem preſtare, quemadmodum ſuis fecerunt predeceſſoribus de antiqua & approbata conſuetudine teneantur, nunc quidam ex ipſis id facere contradicunt. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus dictos clericos ad preſtandam fidelitatem eidem monaſterio promiſſam per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita iuſtitia mediante compellas, nullis litteris veritati & iuſtitie preiudicantibus a Sede Apoſtolica impetratis. Datum Laterani V. Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Sig. avulſum.

CCCCLXII. I.

Apographum ſæculi XIII. in Archiv. Nonant.

1254.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati Monaſterii Sancti Felicis Bononienſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium cura nobis generaliter ſit commiſſa, illis tamen ſpecialius ad-

eſſe Nos convenit que Romane Eccleſie nullo medio ſunt ſubiepta. Cum igitur Monaſterium de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinens Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis dioceſis in diverſis Civitatibus & dioceſibus poſſeſſiones cum eccleſiis, & ſpecialiter in diſtrictu Civitatis Florentine videlicet Sancti Felicis & Sancti Michaelis in orto Florentin., de Samarian. & de Ruffingnan. cum earum pertinentiis, in quibus dilectus filius Abbas eiuſdem Monaſterii priorem quot . . . . pro tempore monachos & converſos ac etiam presbiteros ſeculares pro divinis celebrandis ipſarum parocbianis & ſacramentis eccleſiaſticis miniſtrandis habere noſcatur. Nos volentes eidem Abbati & Conventui prefati Monaſterii ac eidem monaſterio contra importunitates & gravamina noſtras & Legatorum Apoſtolice Sedis impetrantium litteras providere, ipſorum & dilecti filii Al. electi parmenſis nepotis noſtri (1) nobis pro eis & ipſo Monaſterio preſentialiter cum inſtantia ſupplicantis precibus inclinati auctoritate litterarum noſtrarum tibi duximus indulgendum, ut nulli de huiuſmodi eccleſiis vel poſſeſſionibus per prefate Sedis vel Legatorum ipſius litteras ſub quacumque verborum continentia impetratas, per quas non ſit ius alicui acquiſitum, vel etiam impetrandas, valeat provideri, niſi eedem Apoſtolice Littere impetrande ſpecialem & expreſſam de verbo ad verbum de ipſa indulgentia & eorum Monaſterio fecerint mentionem, etiam ſi in ipſis contineretur litteris, quod non obſtet aliqua ipſius Sedis indulgentia de qua & ipſius certo tenore plenam intentionem (l. *mentionem*) fieri oporteat in eiſdem. Quo circa diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictos Abbatem & Conventum non permittas contra conceſſionis noſtre tenorem ſuper hiis indebite moleſtari, moleſtatores huiuſmodi per cenſuram apoſtolicam appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtante ſi aliqui ex indulto apoſtolico excommunicari aut interdici nequeant vel ſuſpendi.

Datum Laterani II. Idus Ianuarii Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

CCCCLXII. 2.

Autographum in Archiv. Nonant.

1254.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio Hugoni Priori ſancti Felicis in platea Florentin. Ordinis Sancti Benedicti Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Tue devotionis merita & dilecti Filii Alberti Archilis nepotis & capellani noſtri (1) pro te nobis preſentialiter ſupplicantis contemplatio nos inducunt, ut tibi ſpe-

cia-

(1) Alberto Sanvitale Veſcovo eletto di Parme ſua patria figlio di Margarita ſorella del Pontefice Innocenzo IV. e di Guarino Sanvitale. Di lui parla Fra Salimbene ne' frammenti della ſua Cronaca pubblicati dal P. Ab. Sarti (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. II. p. 208. &c.*) e più copioſe ed eſatte notizie ſe ne vedranno in una lettera del Ch. P. Affò, che è ſtata inſerita nel T. XV. della Raccolta di Opuſcoli del Sig. Dott. Meloni.

(2) Abbiam veduto nel precedente Breve nominato Alberto Veſcovo eletto di Parma nipote del Pontefice Innocenzo IV. Quì vediamo un altro nipote del medeſimo, detto Alberto Archile, e non diſtinto con altro titolo che con quello di ſuo Cappellano. E' egli il medeſimo? E' egli diverſo? La ſomiglianza dell' argomento, e l'eſſere amendue i Brevi ſegnati nel giorno medeſimo ſembra perſuaderci che ſia lo ſteſſo. Ma il ſoprannome o cognome di Archile (di cui non ſappiamo l'origine) dato a queſto, e il titolo di Veſcovo cambiato in quello di Cappellano, ſembran indicarci un altro. Or ſe egli è diverſo, chi era egli, e come era Nipote del Pontefice? Ecco parecchie quiſtioni, ch' io, non trovando via a ſpiegarle, propongo agli eruditi, acciocchè, ſe è poſſibile, ſciolgano queſto intralciato nodo. Solo debbo avvertire, che non ſi può in queſto Breve temere error del copiſta, eſſendo eſſo originale, e che il carattere ne è ſì chiaro, che non rimane alcun dubbio ſul modo di leggere quella parola *Archilis*.

cialem gratiam faciamus. Hinc eſt quod tuis & eiuſdem Capellani precibus inclinati auctoritate tibi preſentium indulgemus, ne a prioratu Sancti Felicis de Platea, quem ad Monaſterium de Nonantula Mutinenſis Diioceſis nullo medio pertinentem ex collatione Abbatis ipſius Monaſterii obtines ut proponis, a nemine quoad vixeris quacumque auctoritate valeas amoveri abſque noſtro ſpeciali mandato faciente plenam & expreſſam de verbo ad verbum de hac indulgentia mentionem conſtitutione vel conſuetudine tui Ordinis vel predicti Monaſterii contraria non obſtante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum petri & pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani II. Idus Ianuar. Pontificatus noſtri anno undecimo. *Sig. avulſum.*

CCCCLXIII.

Ex Reg. Arch. ſecr. Vatic.

1254.

INnocentius &c. Abbati Mon. Nonantulan. &c. Licet ex debito preſtiti iuramenti annis ſingulis tenearis perſonaliter Sedem Apoſtolicam viſitare, Nos tamen volentes in hac parte tibi facere gratiam ſpecialem, maxime cum perſona tua infirmitate non levi & commiſſum tibi Monaſterium importabili fere debitorum ſarcina gravari dicatur, te hac vice auctoritate preſentium a viſitatione huiuſmodi duximus abſolvendum. Dat. Later. VII. Kl. Februar. A. XI.

CCCCLXIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1255.

IN chriſti nomine Milleſimo CCLV. Indictione XIII. die dominico ſexto exeunte Aprili dominus Cirſaccus venerabilis abbas monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula (1) pro ſe & ſuis ſucceſſoribus prechario atque infiteotico iure conceſſit Lanfranchino filio quondam marzi, qui ſtat in Civitate Mutine in campo marcio (2) in domo domini Guidonis de Lovoleto, recipienti pro ſe & ſororibus ſuis mambrine & algarde & pro eorum filiis &c. quamdam peciam terre poſitam in curia ſichi, in loco qui dicitur purciola taliter confinatum; a mane via maior, que vadit ad caſtrum &c. Actum Mutine in domo dicti domini Abbatis & monaſterii preſentibus teſtibus rogatis domno iacobo monacho ſancti iohannis de parma, gregorio de gregoriis &c.

Rog. Henricus ſanteboni.

CCCCLXV.

Ex Reg. Arch. Secr. Vatic.

1255.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Cirſacco condam Abbati Monaſterii de Nonantula Ordinis S. Benedicti ſalutem &c. Intellecto dudum, quod tu ſenectute ac infirmitate incurabili pregravatus inſufficiens eras regimini Monaſterii de Nonantula, quod ad Romanam Eccleſiam nullo pertinet mediante, Ven. Fratri noſtro . . . . . Epiſcopo ymolen. & dilecto fiiio

(1) Queſta è l'ultima carta dell' Ab. Cirſacco: la prima dell' Ab. Buonaccorſo è de' 3. Decembre del 1255.

(2) In un'altra carta de' 26. Luglio del 1256. ſi indica un' altra contrada di Modena detta Saragozza: *Mutinenſi filio qu. Dominici de Spinamberto qui moratur Mutine in Saragozza*. La Carta è ſegnata eſſa pure *Mutine in palatio domini Abbatis de Nonantula*.

filio magiſtro Bernardo Canonico Bononien. Capellano noſtro dedimus noſtris litteris in mandatis, ut ſi tu ſenectuti ac anime tue conſulens velles cedere regimini Monaſterii memorati, dicti Epiſcopus & Capellanus vice noſtra & huiuſmodi ceſſionem admitterent & facerent ipſi monaſterio de perſona ydonea, quam ſine ipſorum aſſenſu noleba mus eligi, decernentes ſi ſecus fieret irritum & inane, per electionem canonicam provideri, electionem huiuſmodi pro confirmatione ipſius preſentari noſtro conſpectui facientes, aſſignaturi tibi de bonis eiuſdem Monaſterii pro ſuſtentatione tua proviſionem congruam, & honeſtam contradictor. *&c.* Cum autem in eorumdem Epiſcopi & Capellani manibus ſponte ceſſeris regimini Monaſterii antedicti, prefati Epiſcopus & Capellanus huiuſmodi litterarum auctoritate in trecentis libris Bononinorum pro ſuſtentatione tua exhibendis tibi annuatim de bonis dicti Monaſterii, & de habitatione quarumdam domorum, & uſu vaſorum quorumdam ipſius Monaſterii tibi quod vixeris providerint, prout in inſtrumento publico confecto exinde dicitur, plenius contineri, Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati proviſionem huiuſmodi ratam habentes & gratam, illam auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli *&c.* noſtre confirmationis *&c.* Datum Anagnie III. Idus Iulii. Pontificatus noſtri Anno primo.

CCCCLXVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1255.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Archidiacono Bononienſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Petitio dilecti filii abbatis Monaſterii de Caſtro Nonantule ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis mutinenſis dioceſis nobis exhibita continebat, quod cum Comune dicti Caſtri nominato Abbati preſtare iuramentum fidelitatis de antiqua & approbata & hactenus pacifice obſervata conſuetudine teneantur, iidem commune dicto abbati iuramentum huiuſmodi preſtare indebite contradicunt in ipſius abbatis & predicti monaſterii preiudicium & gravamen. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cauſam & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari; proviſo ne in Univerſitatem ipſius communis excommunicationis vel interdicti ſententiam proferas niſi ſuper hoc a nobis mandatum acceperis ſpetiale. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perbibere. Datum Anagnie VII. Kalendas Octobris Pontificatus noſtri anno primo.

Sig. avulſum.

CCCCLXVII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1256.

IN Chriſti nomine amen. Anno domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto Indictione quartadecima die nono intrante Menſe Maii. Dominus Bonacurſius Dei gratia venerabilis Abbas monaſterii Nonantulani precarie & enphyteotico iure dedit & conceſſit pro indiviſo Accurſio filio qu. petrizoli de primantinis de Allegralcorio recipienti pro ſe *&c.* unam petiam terre aratorie poſitam in curia de Allegralcore in loco qui dicitur ghiſa *&c.* a mane poſſident presbiteri Eccleſie de crevalcore *&c.* Item unam aliam petiam terre poſitam in curia de crevalcore in loco qui di-

dicitur boledigo &c. Item unam aliam petiam terre aratorie poſitam in dicta curia in loco qui dicitur blaocanexe &c. Item unum caſamentum poſitum in crevalcore veclo &c. Item unam aliam petiam terre prative poſite ad caſtellum vetus, a mane eſt via publica, a meridie presbiteri eccleſie ſancti ſilveſtri de crevalcorio, a ſero limes communis Bononie &c. Item unam aliam peciam terre aratorie poſitam in curia de Allegralcore in loco qui dicitur Cartanova &c. Item unam aliam peciam terre aratorie poſitam in coria de crevalcore in loco qui dicitur Caſtello veclo, a mane eſt via & ſovea &c.

Actum Bononie apud Monaſterium ſancti Proculi in clauſtro domus ipſius monaſterii preſentibus domino mengo rectore Eccleſie ſancti Iacobi de Carbonen. & domino Preſbitero gerardo rectore ſancti georgii de pozale &c. & Rubeo Seneſcalcho domini abbatis predicti.

Rog. Iacobus q. Spiglati.

CCCCLXVIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1257.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Abbati ſancti Felicis Bononienſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Abbas & Conventus monaſterii de Nonantula ordinis ſancti benedicti nobis conquerendo monſtrarunt, quod abbas monaſterii ſancti miniati, plebanus plebis ſancti petri in mercato, Rainerius Ruſtici miles & quidam alii florentine civitatis & dioceſis ſuper decimis terris debitis poſſeſſionibus & rebus aliis iniuriantur eiſdem. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus partibus convocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Viterbii V. Non. Iunii. Pontificatus noſtri anno tercio.

CCCCLXIX.

1258.

Alexandri PP. IV. literæ pro Monaſt. Nonant. de Prioratu S. Mariæ Vallis Fabricæ.

(In Append. V. Synod. Nonant. Card. de Angelis).

CCCCLXX.

Autographum in Archivio Nonant.

1260.

ANno domini milleſimo duceoteſimo ſexageſimo Indictione tertia die ultimo menſis Ianuarii Bononie actum in pozale ſub porticu domus infraſcripti domini Bonacurſii Abbatis Nonantulani preſentibus domino domno honeſto monaco nonantulano, & antonio filio uguitionis de guazarugio, & Iacobino de predoſa filio qu. bonvicini, & petro de quatuor caſtellis qu. zanni, & territino q. Iacobi teſtibus vocatis & rogatis. Cum dillecte mulieres monace ac ſorores S. Silveſtri de miſtrino humiliter nobis Bonacurſio dei gratia Abbati Nonantulano ſupplicaverint, ut eas providere deberemus in regimine ipſius eccleſie, & iam dicta eccleſia pertineat ad nonantulanum monaſterium pleno iure tam in ſpiritualibus quam in temporalibus; Nos inclinati volentes ſuis iuſtis peticionibus exaudire diligenter, & ad rellevationem ipſius eccleſie, que propter guerram multa mala & incommoda & indecentia

tia ſubſtinuit, Chriſti nomine invocato nec non ſne matris virginis beatiſſime marie & beati ſilveſtri ſupradicti confeſſoris eligimus ſororem Amſellixiam iam dicte Eccleſie S. Silveſtri in Abbatiſſam beati ſilveſtri de miſtrino ſupradicti, & precipimus quod ſorores que nunc ſunt vel pro tempore erunt in dicta Eccleſia ei exhibeant hobedientiam & reverentiam, privando rebelles & contradictores a beneficiis illius eccleſie & officiis & ingreſſibus.

Ego Iacobus fil. qu. Spiglati notarius auctoritate Imperiali predictis omnibus preſens affui, & ut ſupra legitur rogatus ſcripſi.

Additur decretum Capituli Nonant. 3. intr Febr. quo dicta electio approbatur: Rog. Ubertinus de Caniverſa; & documentum, quo D. Rolandus prior Eccl. S. Leonardi de Padua receptis literis Bonacurſii Abb. eamdem Amfelicjam in poſſeſſionem immittit 10. exeunt. Apr. Rog. Ubertinus Zuccus.

CCCCLXXI.

Apographum authenticum in Arch. Nonant.

1260.

IN nomine domini amen. Anno eiuſdem milleſimo duceteſimo ſexageſimo. Indictione tercia die quarto exeunte Septembri in nomine ſancte & individue trinitatis amen. Tempore domini Alexandri pape quarti Domnus Bonacurſus dei gratia monaſterii Sancti Silveſtri de nonantula venerabilis Abbas pro ſe & conventu ſuo & ſucceſſoribus ſuis dedit & conceſsit domine martine actenus abbatiſſe monaſterii de fontanellis parmenſis diocesis & ſorori ſue Bontade ibidem preſentibus recipientibus pro ſe ipſis & ſororibus earum omnibus abſentibus, videlicet ſorore humilitate, ſorore Giſla, ſorore caracoſa, & ſorore Iohanna & earum ſucceſſoribus ordinis ſancti benedicti in perpetuum eccleſiam ſancti benedicti de cremona ſita in citanova ad ipſum nonantulanum monaſterium pleno iure ſpectantem, que hucuſque regi conſuevit per prepoſitum & canonicos regulares, cum poſſeſſionibus & redditibus & omnibus aliis pertinenciis dictum locum & Eccleſiam quoquo modo vel iure contingentibus, reddendo inde per annum dicto domino abbati & ſucceſsoribus ſuis in perpetuum aput nonantulam in feſto beati ſilveſtri tres tobaleas decem brachiarum quamlibet, unam videlicet ad menſam domini abbatis, & duas ad menſam monachorum, volens & concedens pro ſe & conventu ſuo toto & ſucceſſoribus ſuis, quod dicta domina martina & ſoror Bontade & ſucceſſores ſue de omnibus ad dictam eccleſiam pertinentibus ad ſui & eccleſie commodum, requiſito tamen & obtento in primis conſilio & conſenſu domini abbatis nonantulani, qui pro tempore fuerit potiſsime in Abbatiſſe electione confirmatione & receptione, item in quarumcumque Monialium admiſſione, in qualicumque quantave rerum alienatione, pacifice & quiete in omnibus & per omnia diſponere valeant & ordinare, ſalvo tamen dicto domino abbati & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum iure inſtituendi & deſtituendi quemcumque & quoſcumque, & etiam quandocumque ſibi & domui & etiam ordinis ſancti benedicti viderit expedire; ſalvo etiam in omnibus & per omnia eidem domino abbati & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum iure & auctoritate pontificali & parochiali. Ad que omnia fideliter obſervanda dicta domina martina & ſoror Bontada pro ſe & ſororibus ſuis predictis & ſucceſſoribus ipſarum omnibus in perpetuum renuntiaverunt omnibus iuris & facti auxiliis, omnibus exceptionibus privilegiis & impetracionibus conceſsis vel concedendis nominalibus vel innominalibus, excogitabilibus vel etiam inexcogitabilibus, volentes & concedentes pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod ſi in aliquo contrafecerint vel venerint liceat dicto domino abbati & ſucceſſoribus ſuis

ſuis iſtam ſuam donationem ſimpliciter & totaliter ſine contradictione ipſarum vel ſucceſſorum ſuarum revocare, & ad ſenſum ſuum de dicta Eccleſia poſſeſsionibus & aliis pertinentiis totaliter diſponere & ordinare. Inſuper autem predicta domina martina & ſoror Bonrada iuraverunt corporaliter ad ſancta Dei evangelia omnia predicta obſervare, & nullo modo facere contra nec venire.

Acta & celebrata fuerunt predicta in capitulo monaſterii ſancte marie de ciſtello extra circullam Burgi ſancti Felicis Bonon. (1) coram domino Ugolino archipresbitero de Sollaria, domno Bartholomeo monacho nonantulano, Guidocto de Mozano, Iohanne clerico quondam Camerini, Iohanneto & Bruſca familiaribus ipſius domini Abbatis.

Ego Donatus quondam Guidonis Naſi imperiali auctoritate Notarius dictis omnibus interſui, & ut ſupra legitur mandato domini Abbatis & dominarum predictarum rogatus ſcripſi & publicavi.

Ego Scarlatinus de Bondeno auctoritate imperiali notarius, ut in ſcedis ſeu rogationibus vel protocollis quondam domini Donati quondam Guidonis naſi notarii mihi conceſsis ex forma conſiliorum comunis civitatis Bonon. inveni, ſupraſcriptum inſtrumentum de dictis ſcedis ſeu rogationibus vel protocollis bona fide extraxi & exemplavi, & in publicam formam redegi, & etiam ſecundum conſuetudinem ipſius Donati nihil addens vel minuens, niſi forte in compoſitione litterarum vel ſillabarum puntum vel literam plus vel minus, ſet non quod ſenſum vel ſententiam mutet me ſciente, ſub anno domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto Indictione tertia decima die vigeſimo intrante februario; & ſcripſi manu propria.

In nomine domini anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo indictione tercia die quarto exeunte ſeptembri dominus Bonacurſius dei gratia monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula venerabilis Abbas volens Eccleſie ſeu Monaſterio ſancti Benedicti de Cremona ad ipſum nonantulanum monaſterium pleno iure ſpectanti, quod uſque nunc regi conſuevit per prepoſitum & canonicos regulares, & quam concedens quibuſdam monialibus ad ordinem & regulam beati benedicti translatavit & immutavit, de Abbatiſſa providere, elegit & nominavit & nominando elegit dominam martinam ſororem & monacham dicti monaſterii in Abbatiſſam ipſius eccleſie & monaſterii conferens & aſſignans eidem curam regimen & adminiſtrationem tam ſpiritualem quam temporalem ipſius monaſterii inveſtiendo ipſam de predictis omnibus per librum quem habebat in manibus. Que quidem domina martina ibidem incontinenti manualem fecit & perpetuam promiſit obedienciam & reverenciam dicto domino Abbati Nonantulano. Acta & celebrata fuerunt &c. [*ut ſupra*].

Ego Scarlatinus de bondeno &c. [*ut ſupra*].

In nomine domini amen, anno einſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo Indictione tercia die quarto exeunte ſeptembri dominus Bonacurſius dei gratia monaſterii ſancti ſilveſtri de nonantula venerabilis Abbas dedit licenciam & liberam poteſtatem domine martine abbatiſſe monaſterii ſancti benedicti de Cremona ad ipſum monaſterium nonantulanum pleno iure ſpectantis recipien-

di

(1) Queſto è quel Monaſtero, che nell' Elenco pubblicato dal P. Melloni (*Atti de' SS. Bologn. T. II. pag. 367. &c.*) ſi dice: *Monaſterium Dominarum S. Marie de Stelis Ord. Ciſtercien.*, ſottopoſto già a' Monaci di S. Maria *in Strada* dell' Ordine ſteſſo, e poi unito a quello di S. Lorenzo governato da' Canonici Regolari Lateraneſi. In quel Monaſtero doveano aver preſo alloggio le Monache venute a Bologna per ottener dall' Abate di prender poſſeſſo di S. Benedetto di Cremona.

di in eodem monaſterio monachas ſeu etiam converſas ſorores cum conſenſu tamen ſororum & monacharum ipſius monaſterii uſque ad numerum viginti ſororum inter monachas & converſas, ita quod ultra viginti ſororum numerum, cum ibi completus fuerit, aliquam non recipiat monacham vel converſam ſine ſuo ſpeciali & expreſſo mandato. Dedit etiam ſibi licenciam & poteſtatem recipiendi, ſi ſibi videbitur expedire, de conſenſu tamen, ut dictum eſt, monacharum ipſius monaſterii, quatuor converſos & non plures ſine ſuo ſpeciali mandato pro negociis ipſius monaſterii exercendis. Actum in capitulo monaſterii ſancte marie de ciſtello (*ut ſupra*).

Ego Scarlatinus de Bondeno &c. (*ut ſupra*).

CCCCLXXII.

Autographum in Arch. Nonant.

1260.

ANno dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo Indictione quarta die ſecundo intrante octobri in cremona in claustro monaſterii ſancti benedicti ſiti in citanova preſencia bonazoli & dondey de turris & riludi de muxio atque Egidii de vacharicia ibi teſtium rogatorum. Domine Bonitas, Umilitas, Ghixela, Characoxia, & zohanna monace & ſorores quondam monaſterii de fontanelis parmenſis diocefis, conſenſu & parabola & preſentia domine martine abbatiſſe dicti quondam monaſterii, & nunc abbatiſſe monaſterii de cremona ſiti in citanova in concordia firmaverunt, prout melius potuerunt, totum illud quod dictum & ordinatum & proviſum fuit per dictam dominam marnnam abbatiſſam & per dictam dominam bonitatem ſororem eius domino bonacurſo dei gratia monaſterii ſancti ſilveſtri de nonantula abbati, ſecundum quod continebatur in quodam publico inſtrumento ibi a me bartolomeo notario viſo & lecto, & facto a Donatho quondam Guidonis naſi notarii. Inſuper predicta domina martina abbatiſsa conſenſu parabola & voluntate dictarum dominarum bonitatis, umilitatis, gixele, characoxie, & iohanne ſororum & monacharum eiuſdem monaſterii, & ipſe omnes monace & ſorores conſenſu & parabola dicte domine abbatiſſe renunciantes omnibus ſtatutis divinis & eccleſiaſticis factis & facturis & omnibus auxiliis exceptionibus & privilegiis factis vel facturis, promiſerunt mihi Bartolomeo notario infraſcripto ſtipolanti & recipienti nomine dicti abbatis & monaſterii & conventus ſancti ſilveſtri de nonantula predicta omnia, que in dicto inſtrumento facto per dictum Donathum notarium continentur, attendere & obſervare, & non contravenire ullo modo iure vel occaſione per ſe & ſucceſsores eorum.

Ego bartholomeus de ſtrata domini imperatoris frederici notarius his omnibus interſui, & hanc cartam rogatus ſcripſi.

CCCCLXXIII.

1261.

Laudum de Controverſia inter Comm. Mutin. & Abb. Nonant.

(*In Lib. inſcript.* Proviſioni ed Ordini della Com. di Modena.)

CCCCLXXIV.

Autographum in Archiv. Nonant.

1263.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Nonantula Ordinis S. Benedi-

dicti ad nos & Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Volumus & univerſitati veſtre auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus, ne caſtrum ſancti mariani ſitum in valle arni, quod ad vos & monaſterium veſtrum in temporalibus plene pertinet, vendere, diſtrahere, concedere, permutare, infeudare, ſeu in emphiteuſim aut ad cenſum dare, ſeu alias alienare quocumque modo vel titulo preſumatis. Nos enim quidquid contra huiuſmodi inhibitionem noſtram de ipſo caſtro attemptari contigerit, irritum decernimus & inane. Dat. apud Urbem veterem Non. Auguſti Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Sig. avulſum.

CCCCLXXV.

1263.

Landulfus Abb. Nonant. bona in emphytheuſim concedit filiis Manfredi.

(Antiqu. Ital. Vol. III. p. 780.)

CCCCLXXVI.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1265.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto Indictione octava die tertio intrante Septembri. Domnus Landulfus dei gratia monaſterii ſancti Silveſtri de Nonantula venerabilis Abbas de conſenſu & voluntate fratrum ſuorum eiuſdem monaſterii monachorum, videlicet dompni Pauli prioris Clauſtralis *&c.* [*enumerantur XIII. alii*] dederunt *&c.* conceſſerunt ad affictum hinc ad decem annos proxime complendos domino Bazalerio filio qu. domini Nicholaì de Bazaleriis de Bononia perceptionem omnium & ſingulorum fructuum & reddituum *&c.* in loco qui dicitur palata, & in omnibus & ſingulis locis eius, boſchis, vallibus, & paludibus poſitis & exiſtentibus infra hos fines, a mane argile de Scoltenna vecla iuxta Caſale Centi qui dicitur limes altus, & uſque in fluvium obſcurum, & roſais qui vulgo dicitur roſoleſe & uſque ad ducēnū [*ſic*] [*nello ſtrom. del 1289. Concillum*] a meridie via que dicitur coſtiada, a ſero tenuta hominum de ficco, de ſubtus Argile Auxianum qui dicitur volta guarina *&c.* pro quibus omnibus *&c.* idem dominus Bazalerius promiſit & convenit eiſdem domino abbati & fratribus *&c.* deferre ſeu deferri facere ſuis expenſis & eidem domino Abbati dare in Civitate Bononie ad domum ipſius monaſterii de pozale annuatim *&c.* viginti quinque currus bonorum lignorum de ſoco. Actum Nonantule *&c.* [1].

Rog. Donatus qu. Magiſtri guidonis naſi.

CCCCLXXVII.

Autographum in Arch. Nonant.

1266.

IN nomine domini amen anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto Indictione nona die quartodecimo exeunte Iulio. Nos donnus Landulſus miſeratione divina Abbas monaſterii ſancti ſilveſtri de nonantula una cum monachis & fratribus noſtri Monaſterii, videlicet donno Paulo priore clauſtrali, donno Symone, donno Benedicto, donno matheo, donno ſervodeo, donno honeſto, donno andrea, donno Iohanne, donno michaele, donno martino, donno thebal-

T. II. Ccc 2

(1) Solo nel 1289. rinunciò Bazalerio a' Monaci queſte tenute, come da Stromento del detto anno 11.

Dec. *Rog. Michael. Magiſtri Adami.*

baldo, donno Gulielmo, & doono Anthonio, intelligeotes a teſtatione plurium, moti etiam aliquibus indiciis & cooiecturis, nos eſſe deceptos per dominum ſulchonem de mootagnone paduanum, qui nobis ſuaſit, ac etiam obtexit, quod dominus hengellerius & honor de montagnone erant de iure & iuſte privati precaria ſive libello, quam ſive quem anteceſſores ſui & ipſi tenuerunt & tenent a noſtro monaſterio per ſententiam epiſcop. adrienſis a ſede apoſtolica delegati, quam ſententiam dictus epiſcopus tuliſſe dicitur contra eos eis abſentibus & non citatis, & ipſos hengellerium & honorem io carceribus perfidi Encellini de romano detemptos eſſe, donec dictus honor mortuus fuit, & dictus hengellerius ipſum carcerem poſt mortem dicti Encellini evaſit; & intelligentes etiam, quod iam dictus hengellerius & honor, quamdiu vixit, & ipſe hengellerius vivente ipſo honore & poſt eius mortem ſolverunt penſionem precarie ſibi & ipſi honori pertingentem & contingentem; & per talem ſuaſionem, ſicut ſuperius eſt expreſſum, dictus dominus ſulco a nobis & fratribus noſtris extorſiſſe dicitur & feciſſe ſibi concedi precario terras, poſſeſſiones, & iura predictis dominis hengellerio & honori cum ſuis finibus & coherenciis ſicut cooſtat per inſtrumentum ſcriptum manu trentini a ſeno de vicencia tabellionis, & quia illam conceſſionem & inveſtituram a nobis per tam pravam ſubiectionem dicitur extorſiſſe. Ideo nos abbas una cum predictis monachis & fratribus ooſtris habita diligenti deliberatione & conſilio ſapientum, ſi ita eſt, ut ſuperius eſt expreſſum, revocamus & retractamus, &, pro ut poſſumus, annullamus.

Actum Nonantule in choro dicti monaſterii coram domino Iacobino filii domini aventure de todeſca de monteſſilice, Leonardo notario qu. conradini de guicemano de padua, albertinello fil. qu. gheri de nonantula & aliis teſtibus ad hoc rogatis & vocatis.

Et ego Scarlatinus de bondeno notarius his omnibus aſſui, & rogatus ſcribere ſcripſi.

CCCCLXXVIII.

Apographum authenticum in Archiv. Nonant.

1274.

Anno domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto Indictione ſecunda die ſeptimo intrante aprili. Dominus Landulfus dei gratia monaſterii Sancti Silveſtri de oonantula venerabilis abbas per ſe ſuoſque ſucceſſores inveſtivit iure recti & honorifici feudi ſecundum uſum regni per librum quem tenebat in manibus dominum Petrum quondam Domini Giberti pariſii de ſregnaoo de omni & toto eo quod ipſe & ſui maiores habuerunt & tenuerunt, vel alius ſeu alii pro eis & ipſe habet vel tenet hodie vel alius ſeu alii pro eo per anticum ſeudum iuſte & rationabiliter a nonantulano monasterio predicto ſeu ipſius Abbatibus in curte & diſtricto toto Raſtilini, in plebatu Fanani, & in plebatu Lizani, ſeu in aliis quibuſcumque locis, ſicut etiam continetur in inſtrumento inveſtiture ſacto per domuum Raimundum olim ipſius Monaſterii Abbatem patri dicti domini petri ſcripto mann bonzanoti notarii de nonantula a me notario infraſcripto viſo & lecto. Confitendo & aſſeverando quod totum quod habet & poſſidet & pro eo habetur & poſſidetur in ipſa curte predicta & plebatibus habet & poſſidet per feudum a nonantulano monaſterio. Pro quo feudo & inveſtitura iuravit corporaliter ad ſancta dei evangelia tacto libro fidelitatem ſupradicto Domioo Landulfo Abbati recipienti pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus & monaſterio nonantulano ſecundum modum & formam, quam iuraverunt illi de ſregnano ipſo prefato Domino Landulfo Abbati, ſicut ſcriptum eſt manu mei Donati notarii.

Actum

Actum Nonantule in clauſtro ipſius monaſterii coram domno thebaldo monacho nonantulano, presbitero placito clerico Eccleſie ſancti bartholomei de manzolino, domno miliarino de miliarinis de mutina, domino Guidone bocchacio, & Girardino de ſtupa ambo de mutina, & nigrobono de aldinis notario de manzolino teſtibus.

Ego Scarlatinus de Bondeno notarius, qui in pleno & generali conſilio civitatis mutine tempore regiminis domini Girardi maſtinelli tunc poteſtatis Mutine inſtrumenta complere atque reficere iuravi, prout in ſcedis ſeu rogatiooibus vel protocollis quondam Donati Magiſtri Guidonis naſii ſancte romane Eccleſie iudicis & notarii inveni, ſuprascriptum inſtrumentum ſeudi ad nonantulanum monaſterium ſpectantis, ſicut in eius ſceda inveni, bona fide & ſine fraude complevi & exemplavi nihil addens vel minuens niſi forte in compoſitione litterarum vel ſillabarum, ſed non quod ſenſum vel ſentenciam mutet me ſciente ſub anno domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Indictione quinta die iovis nono intrante Decembri.

CCCCLXXIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1275.

IN nomine Domini amen. Anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinro Indictione tertia die tertio intrante Ianuario. Dominus Landulſus Dei gratia Monaſterii ſancti Silveſtri de nonantula venerabilis abbas per ſe ſuoſque ſucceſſores inveſtivit dedit & conceſſit prechario & emphiteotico iure domino Paſquali notario quondam dominici de bonzangno de Padua curatori Dominorum Tanſelgardi & Corradi fratrum filiorum quondam domini Henghelerii de montagnone de Padua recipienti curatorio nomine pro eis &c. quartam partem & medietatem unius alterius quarte partis, que ſcilicet medietas fuit quondàm domini honoris ſecundum diviſionem concorditer inter eos ex una parte & eorum conſortes ex altera factam, ſcilicet caſtri & loci & curie montagnonis. Item maſſaritie une que iacent in comitatu Paduano, & iudiciaria montis ſcilicis, & in loco & fundo ubi dicitur pernumia. Item medietatis omnium rerum iuris ipſius monaſterii, que iacent in loco & fundo ubi dicitur Ciſternula & in Regula infra hanc deſignationem & terminationem, videlicet a mane eſt via antiqua, a meridie eſt flumen quod dicitur dorſone, a ſero eſt foſſa. Item quinque maſſariciarum terre iuris ipſius monaſterii, que iacent in comitatu Vicentino in loco & fundo dicto Cogollo & in alio loco dicto Muxone & in alio loco dicto Senadore. Ea videlicet ratione quod ſupraſcripti fratres habeant &c. cum curtibus, ortis, areis &c. vallibus, paludibus, caſtellariis, rupinis, piſcationibus, venationibus &c. & uſibus aquarum aquarumque ductibus &c. Reddant inſuper &c. ipſi domino abbati &c. priori videlicet ſancti Leonardi ſpectantis ad ipſum nonantulanum monaſterium pleno iure annuatim in menſe martii nomine penſionis quattuor ſolidos & dimidium veronenſium parvorum &c.

Actum Nonantule in ipſo Monaſterio coram dompno Rolando Monacho &c. Lunardo quondam domini Henghelerii de montagnone teſtibus &c.

Rog. Donatus, qu. Magiſtri Guidonis Naſi.

CCCCLXXX.

CCCCLXXX.

Autographum in Arch. Nonant.

1278.

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati monaſterii ſancti Laurentii, Florio de Doaria, & Gerardo de Trecio Canonicis Cremonenſibus ſalutem & Apoſtlicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii Prior & Conventus Monaſterii de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti per Priorem ſoliti gubernari Monaſterio ipſo vacante, quod nunc vacat, quod olim inter quondam Abbatem dicti Monaſterii ac ipſos Priorem & Conventum ex parte una, & Poteſtatem Conſilium & Commune Civitatis Mutinen. ſuper temporali iuriſdictione Nonantule, Roncalii, & quorumdam aliorum Caſtrorum & Villarum Mutinen. diocefis ad Monaſterium ipſum ſpectantium ex altera orta materia queſtionis, tandem ſuper hoc qnedam inter partes compoſitio intervenit, in qua inter alia continetur, quod homines Coloni laboratores huiuſmodi terrarum dicti Monaſterii ab omnibus collectis factionibus preſtationibus dicti Communis eſſent penitus liberi & immunes, prout in publico inſtrumento inde confecto plenius dicitur contineri. Sed predicti Poteſtas Conſilium & Commune contra compoſitionem huiuſmodi temere venientes, Iohannem de ſancto Iohanne, Dominicum Mutinenſem, Cotolum Dundideum, & Ottolinum de Ridu laboratores & colonos terrarum ipſarum dicti Monaſterii pro eo quod ad fodiendum in quodam foſſato, quod predicti Poteſtas & Conſilium & Commune in diſtrictu Nonantule fieri mandaverant, accedere noluerunt, prout ſecundum tenorem dicte compoſitionis minime tenebantur, in quibuſdam pecuniarum ſummis ſolvendis dicto Communi contra iuſticiam condempnaverunt in predictorum Prioris & Conventus ac ipſius Monaſterii preiudicium & gravamen. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod Canonicum fuerit appellatione poſtpoſita decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, proviſo ne in univerſitatem mutinenſem excommunicationis vel interdicti ſententiam proferatis, niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperitis ſpeciale. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. Viterbii II. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno primo.

Sig. avulſum.

CCCCLXXXI.

Autographum in Arch. Nonant.

1279.

IN nomine domini amen. Nos Frater Latinus permiſſione divina Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus Apoſtolice Sedis Legatus dudum occaſione quorumdam Statutorum, que per comune mutinen. in preiudicium eccleſiaſtice libertatis edita fuerant, & quia contra inhibitionem noſtram eidem Comuni ſub pena mille marcharum factam homines civitatis eiuſdem Monaſterium de Nonantula variis modis ledere & offendere preſumpſerunt, ac propter iniuriam & offenſam nobis & Eccleſie Romane illatam in perſonis Lombardelli famuli noſtri noſtras ad Comune predictum litteras (1) deferentis & Vbaldi Vbertini Notarii de Bononia, qui cum eo-

(1) Intorno all' occaſione e all' argomento di queſta lettera V. il Tomo I. p. 138.

eodem nuntio iverat, Poteſtatem, Capitaneum, vigintiquatuor defeoſores populi & conſilium mutineoſe, ac omnes per quos civitas ipſa quomodolibet regitur, excomunicatioois, Civitatem vero ipſam interdicti ſententiis uſque ad ſatisfactionem condignam decrevimus ſubiacere, prout in ſententia noſtra ſuper hoc lata plenius cootinetur. Demum poteſtas ac alii ſupradicti & comune civitatis eiuſdem ſaniori ducti conſilio ad maodata noſtra humiliter redeuntes petierunt huiuſmodi ſeotentias per Nos miſericorditer relaxari, preſtantes per Andream de Donnolina eorum Sindicum ad hoc ſpecialiter ordinatum iuratoriam & inſuper fideiuſſoriam cautiooes ſub pena trium milium marcharum argenti de ſtando & parendo mandatis noſtris alte & baſſe quecumque premiſſorum occaſione eis duxerimus facieoda. Nos igitur volentes, ut convenit, quod diſcipline non deſit miſericordia nec miſericordie diſciplina, predicto eorum ſindico in noſtra preſentia conſtituto precepta facere decrevimus infraſcripta.

In primis pręcipimus & mandamus poteſtati, capitaoeo, vigintiquatuor defenſoribus populi, cooſilio & comuni mutin., & tibi Aodree de doooolina ipſorum ſindico vice & nomine eorundem, quod omoia ſtatuta & capitula ſtatutorum dudum per noſtram ſententiam caſſata de capitulariis ſuis abradant, nunquam eadem reſumpturi ſeu renovaturi, que ſunt hec: *Statuerunt ſi quidem quod nullus qui non ſit civis mutineuſis & iude oriundus vel de diſtrictu poſſit eſſe ſiudicus, actor, vel procurator alicuius capituli vel collegii, nec agere vel defendere pro illis.* Item ſtatuerunt, quod *ſi quis contra aliquem de diſtrictu mutine temptaverit aliquem extraneum delegatum preeſſe quipiam in ſpiritualibus & eccleſiaſticis cauſis, puniatur in certa pecunie quantitate, & intelligatur cutraneus quicumque uon ſit poteſtas vel rector vel officialis civitatis mutine.* Item ſtatuerunt quod *ſi quis ſuo vel eccleſie ſue nomine vel alius qui non ſit iuriſdictioni comuuis mutine ſubiectus traxerit comune mutin. ad aliquem delegatum poteſtatem, teneatur cogere propinquos trabentis reſtituere ei qui tractus fuerit omnia dampna & expenſas propter boc factas, ſed ſi propinquos nou babeat reſtituatur de bonis & poſſeſſionibus ipſius trabeutis.* Statuerunt etiam quod *quicumque procuraverit vel de cetero procurabit quod poteſtas, conſilium, vel comune excomunicetur vel interdicatur, in nullo ſuo vel alieno uegotio audiatur, & quilibet illum offendere poſſit impune in rebus & in perſona in civitate vel diſtrictu mutin., niſi procuraverit quod binc ad uuum menſem buiuſmodi ſenteutie revocentur.* Item ſtatuerunt quod *nulla eccleſiaſtica perſona audeat aliquem Laicum civitatis vel diſtrictus mutin. trabere in aliqua queſtione perſonali vel reali coram alio iudice quam coram poteſtate eiuſdem civitatis vel eius officialibus, & qui contra fecerit extrabatur iu conſilio generali de protectioue comuuis mutiue, & impune poſſit iu perſona vel rebus ſuis vel eccleſie a quocumque offendi, & nullus babitator eiuſdem civitatis vel diſtrictus audeat laborare terras eius proprias vel eccleſie ſue, nec in eius molendinis molere, vel in eius domibus babitare; quodque nullus audeat aliquod reſcriptum impetrare a domiuo matbeo, qui ſe dicit Epiſcopum mutine vel ab eius Vicario* [2]. Item ſtatuerunt quod *nullus Laicus audeat impetrare vel impetrari facere vel impetranti ſeu impetrare volenti conſentire nec auxilium vel conſilium aliquod ei prebere, nec repreſentare ſeu repreſentari facere aliquas litteras per quas poteſtas vel capitaneus mutinen. vel couſilium communis vel populi mutin. ſeu ipſum comune incurrat vel incurrere poſſit aliquam excommunicationis vel interdicti ſententiam. Alioquiu tam ipſe quam Laicus qui de predictis vel aliquo predicto-*

rum

(1) Era allora Veſcovo di Modena Matteo Pio; e perchè queſti probabilmente eraſi oppoſto a cotali Statuti, perciò in eſſi di lui ragionavaſi quaſi come di Veſcovo intruſo.

rum aliquam proteſtationem ſeu denunciationem ſeu repreſentationem vel inſtrumentum aut ſcripturam aliquam fecerit, de predictis graviter puniatur. Item precipimus, quod in capitulis ſeu ſtatutis contentis ſub rubrica *de feudis & precariis & libellis* quicquid de clericis vel eccleſiis dicitur, abradatur. Capitula autem illa ſeu ſtatuta ſunt hec. *Precarie alicui conceſſe poſſint a quocumque concedi non obſtante pacto precarie preterquam ſervis & clericis non obſtante pacto ſucceſſionis eo ſalvo ut penſio & ius renovandi perveniat ad eum, ad quem pervenire debebat res per pactum precarii. Item & ſi predicti tam clerici quam Laici predictis precariis & libellis renovare diſtulerint, ut ſupradictum eſt, poſtquam requiſiti fuerint a precario vel libellario aut eorum nuntio trina denunciatione facta per rectorem civitatis vel eius nuntium, perinda habeatur, ac ſi precaria vel libellus renovatus fuiſſet, nec interim donec renovetur teneatur penſionem preſtare. Ita tamen quod quicumque voluerit renovare cogatur precarius & libellarius ſolvera predictam ſummam in renovatione cautam, ſcilicet octo ſoldos vel decem mutinenſes pro iugere, ut dictum eſt. Item ſi aliquis clericus vel laicus conceſſiſſet terram per precariam vel libellum aut per breve in perpetuum, quod non liceat eis facere ſimilem conceſſionem cuilibet; habeat nihilominus licentiam ille, cui facta eſt conceſſio, de eo faciendi ſimilem concaſſionem cui voluerit, libere tamen perſone, non obſtante. pacto precarie vel libelli vel brevis in perpetuum. Item & ſi Libellarius vel qui habuerit per breve in perpetuum illam terram, illam terram poſſedit ſolus vel inter ſe & actorem ſuum, vel tantum ſuus actor, a quo cauſam habuerit per decem annos ſalvo iure penſionis illi cui preſtanda eſt penſio, eo ſalvo quod ſi aliquis de cetero conceſſiſſet per libellum vel per breve in perpetuum quam clericus vel eccleſia ſive capitulum aut collegium diuerit & oſtenderit terram eccleſie fuiſſe ad donnicatum vel ad medium vel ad tertium aut ad quartum ſeu ad fictum breve aut permanentiam tempore conceſſionis ſue, moderatione iſtius ſtatuti non obſtante, quominus a poſſeſſore terra illa auferri poſſit, niſi originala inſtrumentum oſtenderit* [3]. Item precipimus & mandamus quod predicte abraſiones fiant cnram nuntin noſtrn & coram aliis hnneſtis perſonis per illum ad hoc adhibendis, de quo etiam fiat publicum inſtrumentum continens tenores ſtatutorum & capitulnrum taliter abraſnrum. Item quod de cetern nullum ſtatutum vel reſormationem renovent vel de nnvn edant ſeu faciant directe vel indirecte contra eccleſias vel eccleſiaſticas perſnnas vel eorum bona & iura, nec etiam aliqua iam edita reſnrmata ſeu ſtatuta ad eas in earum preiudicinm extendere, vel ſecundum ea contra eas procedere ulln modn preſumat; ſuper quibus a populn mutin. reſormatinnem fieri precipimus ſpecialem hec omnia complectentem. Item precipimus & mandamus quod ſtatuta & ordinamenta contenta ſub rubrica *da feudis libellis & precariis*, & etiam reſnrmationem editam nuper ſuper illnrum obſervatione, & quod ſecundum ea deberet iudicari, & quod aliter lata ſententia non teneret, nullatenus extendatur ad eccleſiaſticas res vel perſonas, nec in cauſis ſeu negntiis earum ſecundum ea iudicent, vel quomodolibet procedant, & de hnc fiat etiam reſnrmatio ſpecialis. Item precipimus, quod reſnrmatin per eos dudum facta contra Monaſterium de Nonantula & perſonas & res eiuſdem, quod eſſent extra protectionem cnmunis Mutin., & quiſquam poſſet id & eas impune nffendere, & eciam de ſequeſtracione ſegetum & bladi & de inhibi-

hibi-

(3) Queſt' ultimo paragrafo degli Statuti, che quì ſi caſtano, è così intralciato, ch' io non giungo ad intenderne il ſenſo. Forſe il Notajo, che ſteſe queſt' atto, nell' inſerirvi queſto paragrafo, omiſe per inavvertenza qualche parola, o qualche membro. Se nell' Archivio della Città ſi conſervaſſero gli originali Statuti quì indicati, ſi potrebbe con eſſi correggere queſto paſſo. Ma a me non è avvenuto di ritrovarli.

hibitione facta tezolariis dicti monaſterii, quod ipſi monaſterio non reſponderent, ſet ſolum communi mutin., revocetur expreſſe, & in contrarium alia reformatio fiat per dictum Comune, per quam predicta revocentur expreſſe, & etiam hoc publice per civitatem preconizetur. Item precipimus quod pro expenſis factis pro parte monaſterii predicti in proſecutione negotii coram nobis ſolvant & dent ſindico ipſius monaſterii centum ſeptuaginta libras Bononienſes. Et item precipimus quod pro intereſſe & dampnis que monaſterium ipſum paſſum eſt ſive in domibus ſive occaſione detentionis conſanguineorum monachorum ipſius monaſterii, ſive occaſione translationis rerum & perſonarum ſuarum propter metum mutinenſium, ſive occaſione ſequeſtrationis ſegetum ſive bladi ipſius monaſterii nuper facte, dent & ſolvant ſindico eiuſdem monaſterii ducentas libras Bononienſes. De dampnis autem, que ipſi monaſterio dicuntur illata in ſilvis & in aliis per ipſos mutinenſes vel eorum mandato ſive occaſione data per ipſos, ipſum Comune reſpondeat de iure monaſterio ſupradicto coram nobis vel delegato a nobis deputando. Et de eo quod Monaſterium probare potuerit, ipſum Comune ſatisfacere teneatur. Et item precipimus quod Lombardello nuntio noſtro pro iniuria per eos ſibi illata dent decem libras bononienſes & eum decenter induant. Vbaldo vero notario filio Vbertini de piſtore civi bononienſi, qui ſecum venit, in emendam iniurie eidem illate decem libras bononienſes perſolvant. Et item precipimus quod nuntio, quem pro premiſſorum executione & ſententiarum excomunicationis & interdicti relaxatione mutinam cum uno notario mittere intendimus, pro ſingulis diebus, quibus in civitate mutin. vel in via pro dicto negotio moram traxerit, perſolvant centum ſolidos bononienſes. Et item quoniam occaſione ſententie interdicti, quam mutinenſes ipſi ſubſtinuerunt aliquandiu animo indurato, eccleſie, monaſteria & religioſi civitatis mutinenſis & ſuburbiorum dampna in oblationibus & elemoſinis pertuliſſe noſcuntur, precipimus ut in emendam huiuſmodi dampnorum ipſi mutinenſes dent & ſolvant predicto nuntio noſtro centum libras bononienſes diſtribuendas inter eccleſias ipſas & monaſteria ac religioſos diſcretione previa per eumdem. Item quia mutinenſes contra mandatum noſtrum eis factum ſub pena mille marcharum argenti, ne contra monaſterium nonantulanum vel alias eccleſias civitatis & diocesis mutinenſis aliquid attemptarent, dictum monaſterium in domibus & aliis rebus offendere preſumpſerunt, Nos pro eorum contumacia & inſuper pro iniuria ab eis illata nobis & eccleſie Romane in perſona Lombardelli famuli noſtri, quem ad civitatem ipſam cum noſtro mandato miſeramus, dictos poteſtatem, capitaneum, vigintiquatuor defenſores populi, conſilium & Comune mutinenſe ac te Andream de Donnolina eorum ſindicum ipſorum nomine in mille marchis argenti mulctando punimus & etiam condempnamus. Et item precipimus & diſtricte inhibemus ſepefatis poteſtati, capitaneo, Vigintiquatuor, Conſilio & Comuni Mutinenſi & tibi Andree Sindico nomine & vice ipſorum, ne de cetero illa aut ſimilia illis, propter que memorate ſententie excommunicationis & interdicti in eos & eorum civitatem prolate ſunt, attentare preſumant. Sed ſi forte in preiudicium eccleſiarum ſeu monaſteriorum vel alicuius eccleſie aut monaſterii ſeu perſone eccleſiaſtice generaliter vel ſpecialiter aliquid ſtatuere, reformare, vel ordinare preſumpſerint, & tertio requiſiti per Epiſcopum eiuſdem loci vel per eius Vicarium ſive per Capitulum Mutinen. Eccleſie, quod ſtatutum ordinatum vel reformatum taliter fuerit omnino non revocaverint, ex tunc civitatem ipſam ipſo facto interdicti ſententie decernimus ſubiacere, diſtricte precipientes Epiſcopo eiuſdem loci ac eius Vicario, ut predictam interdicti ſententiam faciant uſque ad ſatisfactionem con-

condignam inviolabiliter obſervari. Item precipimus ſub debito preſtiti iuramenti & ſub pena trium milium marcharum argenti a predictis poteſtate, capitaneo, vigintiquatuor, conſilio & comuni, & a te Andrea ſindico nomine ipſorum de parendo ſimpliciter mandatis noſtris ſollempniter promiſſa & ſtipulata, quod infra ſpatium unius menſis premiſſas abraſiones, reformationes, & revocationes ſub preſcripta forma faciant, & preſcriptas pecuniarum ſummas & etiam predictam mille marcharum argenti penam ſeu mulctam, niſi medio tempore pro aliqua parte eiuſdem mulcte remiſſionem a nobis obtinuerint, predictis qui recipere debent ac nobis exſolvant, & inſuper quecumque premiſſa ſunt diligenter adimpleant & obſervent. In cuius rei teſtimonium & perpetuam rei memoriam ſupraſcripta omnia & ſingula ſcribi & in publicam formam redigi mandavimus per Notarium noſtrum infraſcriptum, & fecimus inſuper preſens publicum inſtrumentum ſigilli noſtri appenſione muniri.

Lata fuit ſupraſcripta ſententia, & dicta precepta facta fuerunt ſupraſcriptis per memoratum dominum Legatum Florentie in palatio domini thome de moziis anno domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono die nona menſis octobri Indictione ſeptima Pontificatus domini Nicolai pape tertii anno ſecundo preſentibus venerabilibus patribus domino fratre Iohanne Barenſi Archiepiſcopo, domino Ottaviano Epiſcopo Bononienſi, domino Alexandro Comite de Mangona [4], domino Comite Guidone Salvatico, domino Guillelmo durantis Canonico Narbonenſi domini pape Capellano, domino Gentili Canonico Camarinenſi, domino Bartholomeo Arcioni Archidiacono Vicentino, & magiſtro Simone de Venafro Canonico Aquilegenſi dicti domini Legati Capelanis teſtibus vocatis & rogatis.

Et Ego Bonamore de Corelia Carfagnane Lucane diocefis publicus imperiali auctoritate Notarius dicti domini Legati Scriba & familiaris predictis omnibus interſui, & ea de mandato eiuſdem domini Legati ſcripſi & publicavi, meoque ſigno ſignavi, & ubi due dictiones ſuper interlineate ſunt ſcilicet *dicuntur* & *noſtrum* propria manu interlineavi.

CCCCLXXXII.

Autographum in Arch. Nonant.

1279.

FRater Latinus permiſſione divina Oſtienſis & Velletren. Epiſcopus Apoſtolice Sedis Legatus Religioſis viris Conventui Monaſterii de Nonantula Mutin. dioc. ſalutem in Domino. Exhibita nobis veſtra petitio continebat, quod numerum Monachorum veſtri Monaſterii propter ipſius vacationem diutinam eſt adeo diminutum (*ſic*), quod idem Monaſterium patitur propter hoc in ſpiritualibus & temporalibus detrimentum. Quare humiliter petebatis a nobis ut recipiendi aliquos in Monachos & in fratres dicti Monaſterii vobis concedere licentiam curaremus. Veſtris itaque precibus inclinati recipiendi ſex perſonas ydoneas in Monachos ac in fratres eiuſdem Monaſterii de conſilio tamen & aſſenſu religioſorum virorum prioris Predicatorum & Guardiani Minorum fratrum Ordinum Mutinen. vobis licentiam concedimus poſtulatam, preſentes vo-

(4) E' celebre nella Storia de' baſſi tempi la famiglia de' Conti di Mangone nella Romagna. Quegli, che è qui nominato, debb' eſſere quell' Aleſſandro figlio del Conte Alberto da Mangone, che l' anno 1248., ſe il Ghirardacci racconta il vero (*Stor. di Bol T. I. p.* 173.) ſoggettoſſi al Comun di Bologna inſieme co' ſuoi Caſtelli Mangone, Monteadeſo, e Bruſco, e padre di quell' altro Alberto, che l' anno 1297. vendè a' Bologneſi il Caſtello di Bargazza nella Romagna (*Script. Rer. Ital. Vol. XVIII. p.* 131) il quale eſſendo poſcia ſtato ucciſo l' anno 1325., il Caſtel di Mangone paſſò ſotto il dominio de' Fiorentini (*G. Villani* L. IX. C. CCCXI.)

vobis litteras in teſtimonium concedentes. Dat. Florentie Non. Novemb. Pontif. Domini Nicolai PP. tertii anno ſecundo.

CCCCLXXXIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1280.

IN nomine Domini anno einſdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo Indictione octava die ſexto exeunte Iunio. De lite ſeu queſtione que vertebatur &c. inter Monaſterium Sancti Silveſtri de Nonantula & commune Crevacorii ſeu Allegracorii ex una parte, & commune ſancte Agathe & ſingulares homines dicte terre ex altera, occaſione nemoris caſtriveteris, quod nemus dictum commune ſancte agathe dicebat ad ſe pertinere uſque ad duzolum Leonis perleonis, & dictum duzolum dicebat eſſe a latere inferiori eccleſie ſancte marie de portu per plures & plures perticas, & dictum Monaſterium dicebat predictum nemus ad ſe pertinere pro tribus partibus pro indiviſo iure proprietatis & poſſeſſionis, & pro quarta parte pro indiviſo dicebat commune crevacorii ſeu Allegracorii pertinere ad dictum commune iure feudi dicto communi conceſſi a predicto monaſterio ſancti Silveſtri de Nonantula, & predictum monaſterium & dictum Commune Crevacorii ſeu Allegracorii dicebat ipſum nemus tales habere confines, videlicet quod poſitum eſt in curia & diſtrictu ſeu guardia Crevacorii ſeu Allegracorii ad ſicum in loco qui dicitur ſparata de ſico iuxta poſſeſſiones laboratorias eccleſie ſancte Marie de portu ac iuxta poſſeſſiones communis ſancti Iohannis in perſiceta a latere ſuperiori, & iuxta poſſeſſiones domini bazalerii de bazaleriis ab alio latere, volentes dicte partes ad concordiam pervenire &c. promiſerunt & compromiſerunt in dominum Rolandinum de Romanziis Legum Doctorem ibidem preſentem tamquam in arbitrum &c. promitentes predicte partes &c.

Act. Bononie ſub porticu domus Vbaldini quondam domini Aremundi de Romanziis & fratrum, preſentibus domino Vgolino qu. domini Peregrini amaldini, & iohanne qu. domini bonacurſii Lodeyci, domino Scanabicho de Romanziis, Curſio qu. d. Aremundi de Romanziis, Guidetto d. Rolandini de Romanziis &c. (1)

Rog. Raynerius qu. D. Leonardi Tuſcholi.

CCCCLXXXIV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1280.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo Indictione octava die martis quinto exeunte auguſto D. Petrus Guidonis proſperi iudex & dominus iohannes de tantis milex off. cauſſarum ad diſcum equi precepit bertholo Odonis nuntio communis bononie, quod det tenutam & corporalem poſſeſſionem Zacobino de guidis de riolo procuratori domini ſcarlatini de bondeno notarii Sindici monaſterii nonantulani de omnibus poſſeſſionibus & terris poſitis in curia & diſtrictu Raſtelini, que ſunt monaſterii nonantulani, que date fuerunt in feudum domino Ghiberto pariſio, & etiam filio ſuo domino Petro Pariſio. Et hoc cum ipſe dominus petrus deceſſerit ſine filiis maſculis deſcendentibus ex eo ſeu etiam legitimis, unde dictum feudum terras & poſſeſſiones reverſe ſunt ex uſu feudorum monaſterio nonantulano &c. Videlicet de una pe-

(1) Di queſto compromeſſo fatto nel celebre Giureconſulto Rolandino de' Romanzi fa menzione il dottiſſimo P. Ab. Sarti (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. I. p.* 199.), il quale accenna ancora il Laudo da lui profferito.

Digitized by Google

pecia terre poſita in curia & diſtrictu raſtelini, que nunc tenetur pro diſtrictu ſancte Agathe iuxta viam ab omnibus lateribus &c. Item de una alia pecia terre aratorie poſita in loco qui dicitur cazarelli &c. Item de una alia pecia terre aratorie poſita in iiſdem pertinentiis in loco ubi dicitur malerba &c. Item de una alia pecia terre aratorie poſita in loco qui dicitur campus marzus &c. Item de una alia pecia terre aratorie iuxta foveam mortuam &c.

Rog. Petrus Vguicionis de Bambaglolis.

CCCCLXXXV.

Autographum in Arch. Nonant.

1285.

BErnardus miſeratione divina Epiſcopus Portuenſis Apoſtolice Sedis Legatus diſcreto Viro priori Sancti Barbatiani Bonon. ſalutem in domino. Conqueſti ſunt nobis prior & conventus Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula per Priorem, cum ipſum Monaſterium vacat Abbate, quo ad preſens carere dinoſcitur, ſoliti gubernari, Ordinis Sancti Benedicti, quod Princivallinus Gualandi de Gualandellis de Fregnano Laycus mutinenſis dioceſis eccleſiam de ſarazona, quam in uſus proprios canonice ſe obtinere proponunt, nefario auſu deſtruxit. Quocirca diſcretioni tue qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dictum ſacrilegum tamdiu excommunicatum publice nuncietis, & faciatis ab aliis arctius evitari, donec ſuper iis ſatisfecerit competenter, & cum veſtrarum teſtimonio litterarum ad Apoſtolicam Sedem vel ad noſtram preſentiam venerit abſolvendus. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis veritati teſtimonium perhibere. Dat. Bonon. VI. Kal. Februarii Pontificatus Domini Martini pape IIII. anno tercio.

CCCCLXXXVI.

Autographum in Arch. Non.

1285.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati Monaſterii Sancti Proculi & Archipresbitero Eccleſie Bononienſis ac Priori Sancte Marie de Reno Bononienſis dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua Nobis Cantarinus Rector Eccleſie Sancte Crucis de Spagna Mutinenſis Dioceſis petitione monſtravit, quod Barthaloto Presbitero Archipresbitero plebis de Coſcogno eiuſdem dioceſis ſuggerente mendaciter Venerabili Fratri noſtro. B. portuenſi Epiſcopo tunc in partibus illis apoſtolice Sedis Legato, quod Eccleſia ipſa, quam dictus Cantarinus canonice fuerat aſſecutus, & etiam pacifice poſſidebat, vacabat, idem Legatus Venerabili fratri noſtro . . . . . . mutinenſi epiſcopo ſuis dedit litteris in mandatis, ut ſi ei de huiuſmodi vacatione ipſius eccleſie conſtaret, eandem eccleſiam predicto Archipresbitero auctoritate ipſius Legati conferre ac aſſignare curaret, ipſumque in illius corporalem poſſeſſionem induceret & tueretur inductum, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; dictus vero epiſcopus formam dictarum literarum excedens ex arrupto, quamquam ſibi de huiuſmodi vacatione dicte eccleſie non conſtaret, prout nec conſtare poterat, cum dictus Cantarinus eam canonice adeptus fuiſſet, & iuſte poſſideret, eandem prout ſuperius eſt expreſſum, eodem Cantarino penitus ignorante ac abſente ſed non per contumaciam, de facto contulit, ipſumque in illius corporalem poſſeſſionem induxit pretextu huiuſmodi litterarum in ipſius Cantarini preiudicium & gravamen. Propter quod idem Rector quam cito id ad eius pervenit notitiam ad Sedem apoſtolicam appellavit. Quocirca diſ-

diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod canonicum fuerit appellatione poſtpoſita decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Et ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Rome apud ſanctam Sabinam Idus Novembris Pontificatus noſtri anno primo.

Sigillum avulſum.

CCCCLXXXVII.

Autographum in Archiv. Nonant.

1286.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis . . . . . . Abbati monaſterii ſancti Bartholomei ferrarienſis & ferrarino ferrarienſi & Bonifacio de loiano Bononienſis Eccleſiarum canonicis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis . . . . . . Prior & Conventus Monaſterii de Nonantula ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis per Priorem ſoliti gubernari Monaſterio ipſo Abbate vacante, quod nunc vacat, Ordinis Sancti Benedicti, quod Abbatiſſa & Conventus monaſterii Sancti Franciſci Bononienſis Ordinis ſancte Clare ſuper decimis, terris, debitis, poſſeſſionibus, & rebus aliis iniuriantur eiſdem. Ideoque diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito decidatis, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. Rome apud S. Sabinam IIII. Non. Februarii Pontificatus noſtri anno primo. (1)

Sig. avulſum.

CCCCLXXXVIII.

Apographum in proceſſu authentico an. 1301. *confecto in Arch. Nonant.*, & *in Reg. Archiv. Vatic.*

1286.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio Guidoni Sacriſte & adminiſtratori Monaſterii Nonantulani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Mutin. diocesis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Olim Monaſterio de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis S. Benedicti Mutin. dioc. per mortem quondam Landulfi abbatis eiuſdem Monaſterii paſtoris ſolatio deſtituto, dilecti filii prior & conventus ipſius Monaſterii te in eius abbatem

(1) A queſta conteſa medeſima del Monaſtero di Nonantola colle Monache di S. Chiara di Bologna appartiene un altro documento de' 20. di Aprile di queſt' anno 1286. rogato da Biondo del fu Pietruzolo di Buonincontro, che conſervaſi nell' Archivio della Badia, e che meglio ci ſpiega qual ne foſſe il ſuggetto La Badeſſa Suor Guglielma da Verona, radunato il Capitolo, a cui intervengono quarantatrè Monache, inſieme con eſſe *tamquam heredes domine Iacobine filie quondam domini Iacobini de riolo*, & *quondam uxoris domini Cervotti domini Accurſii doctoris Legum*, nomina alcuni Sindici per trattar la cauſa, che il lor Monaſtero ha con quel di Nonantola all' occaſione del teſtamento della medeſima Jacopina, la cui eredità pretendevano i Monaci, che per diritto di enfiteuſi doveſſe ad eſſi ſpettare. Del Teſtamento di Jacopina moglie di Cervotto figlio del celebre Accorſo parla anche il P. Ab. Sarti (*De Cl. Profeſſ. Archigymn. Bonon. Vol. I. P. I. p.* 188.) Ma qual foſſe l'eſito della conteſa per eſſa inſorta, ci è ignoto.

tem concorditer elegerunt. Poſtmodum autem tu & procuratores & nuntii dictorum prioris & conventus propter hec ad Sedem Apoſtolicam accedentes preſentato decreto de electione huiuſmodi fe. re. Iohanni PP. predeceſſori noſtro, ab eo ut electionem confirmaret eandem ſuppliciter petiſtis, dicto noſtro predeceſſore examinationem tam proceſſus ipſius electionis quam perſone tue bone memorie Sabinenſi Epiſcopo (1), & dilectis filiis noſtris Anchero tit. S. praſedis presbitero (2) & Matheo S. Marie in porticu diacono (3) cardinalibus committente, iidem Epiſcopus ac Cardinales diligenter in examinatione electionis huiuſmodi procedentes, que ſuper his invenerunt dicto predeceſſori noſtro fideliter retulerunt. Et licet per predictam examinationem compertum fuerit predictam electionem fuiſſe de perſona tua canonice celebratam, poſtea tamen quedam impedimenti obſtacula emerſerunt, propter que huiuſmodi iſtius electionis negotium eſt protractum, dictumque Monaſterium per X. annos & amplius viduitatis incommoda noſcitur pertuliſſe. Nos igitur attendentes, quod ſi prefatum Monaſterium per prolixioris temporis ſpatium deſtitutum omnino adminiſtratoris regimine remaneret, graviora poſſet incurrere detrimenta, & per hec volentes ei ſalubriter providere, de tua quoque circumſpectione plenam in domino fiduciam obtinentes ipſius Monaſterii & membrorum eius tam in ſpiritualibus quam temporalibus plenam generalem & liberam adminiſtrationem tibi auctoritate preſentium duximus concedendam, gerendam a te donec circa perſonam tuam & provviſionem dicti monaſterii per ſedem apoſtolicam contigerit plenius ordinari, quolibet tamen alienationis genere plenius interdicto, ita ut nihil de bonis ipſius Monaſterii vel membrorum ejus alienare valeas vel preſumas, ſuper quo de noſtro ſpeciali mandato iuramentum corporaliter preſtitiſti. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus adminiſtrationem huiuſmodi ſic geras ſollicite fideliter & prudenter, quod exinde dignam deo reddere valeas rationem, & nos devotionem poſſimus merito commendare. Dat. Tibure III. Non. Iul. Pontific. noſtri anno ſecundo.

CCCCLXXXIX

Ex Annalibus MSS. Peregrin. Priſciani, & ex Apographo Authent. Arch. Eſten.

1289.

IN Chriſti nomine milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono Indictione II. die Martis ſeptimo Februarii. Dominus Domnus Guido permiſſione divina Monaſterii Nonantulani Electus & generalis Adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam conſtitutus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus voluntate & conſenſu totius Capituli & Conventus Monaſterii ſupradicti dedit & conceſſit precario & emphiteothecario iure Contardo de Bondeno Notario & Procuratori Illuſtris Viri Domini Obizonis Dei gratia Eſtenſis, & Anconitani digniſſimi Marchionis ac Civitatis Mutine & diſtrictus perpetui domini generalis, & quod ſit Procurator ad hoc ſpecialiter conſtitutus patet publico inſtrumento per me Notarium infraſcriptum, ſtipulanti & recipienti procuratorio nomine pro dicto domino Marchione & ſuis filiis & nepotibus maſculis & legittimis ex eo deſcendentibus, & ſi filios vel nepotes maſculos & legittimos liberos non habuerit, vel ſi habuerit & penitus defecerint, tunc deveniat in unam eius filiam vel neptem liberam legittimam, que Virum liberum & legittimum accipiat, &

(1) Giovanni Viſconti Piacentino nipote di Gregorio X. e da lui l'anno 1275. nominato Cardinale Veſcovo di Sabina.

(2) Anchero Pantaleone nipote del Pontefice Urbano IV., e da lui eletto tra' Cardinali l'anno 1261.

(3) Matteo Orſini creato Cardinale nell'anno ſteſſo.

& rem patris poſſideat, uſque in eiuſdem domini Marchionis terciam generationem expletam, qua expleta libere revertatur cum omni ſuo iure ſive melioramento ad dictum Monaſterium, cuius eſt proprietas, dominium utile & directum, ut dictus Procurator confeſſus fuit coram me Notario & teſtibus infraſcriptis; videlicet medietatem pro indiviſo totius Curte Trecentule & Pontis Ducis, que Curte tota & Pons reiacent inter hos Confines: a mane Valderaveda & Caſale, a meridie Cazaneteta, ſive Cazanedega & Roxoleſe, a ſero ſinale & Vedegoſo & berbixello, & de ſuptus aqua longa que dicitur Moclena, ſive Canale moclene, & modenella, preter illam terram de predicta terra, que conceſſa eſt per dictum dominum Scarlatinum de Bondeno notarium filium quondam domini Alderigi de bondeno de Scarlatinis dicto Contardo & bigarino & petro & bonſignori fratribus dicti Contardi, ut continetur in duobus Inſtrumentis, uno ſcripto manu Antonii Agoſtini notarii de bondeno, alio ſcripto manu Tomaſini Notarii de Pantya, ut mihi Notario dixerunt. Ea videlicet ratione & pacto, quod dictus D. Marchio & eius filii & nepotes, ut ſuperius dictum eſt, habeant, teneant, & poſſideant dictas res tam in terris, quam in campis, paludibus, piſcationibus, & boſchis cum omni iure & utilitate ad ipſas res in integrum pertinente faciendo de fructibus dictarum rerum quicquid eis placuerit ſine alterius moleſtia vel contradictione, ſi iuſte & rationabiliter petiit dictus procurator. Ita tamen quod non habeant licentiam dictas res vendendi, alienandi, cambiandi, obligandi, nec modo aliquo transferendi niſi ſecundum tenorem huius precarie, in minoribus vel venerabilibus perſonis; non autem in Cataneis, Valvaſoribus, Servis, nec in Eccleſia vel locis Religioſis ſeu Venerabilibus, niſi in illis perſonis per quas ius ipſius monaſterii modo aliquo non minuatur. Quod ſi facient, cadant penitus ab omni eorum iure, non obſtantibus Statutis vel Informationibus factis ſeu etiam faciendis. Reddant inſuper & ſolvant pro omni fructu & redditu dictarum rerum annuatim Nonantule in dicto Monaſterio Nuntio dicti Monaſterii in menſe Martii nomine penſionis viginti ſoldos mutinenſes bonos & expendibiles pro tempore currentes. Promittens dictus Dominus Domnus Guido electus & generalis Adminiſtrator ſupraſcripti monaſterii pro ſe & ſuis ſucceſſoribus & eorum nomine & vice & nomine dicti Monaſterii capituli & Conventus ipſius dictas res ab omni perſona Collegio & Vniverſitate omni ratione defendere, ſi inſte & rationabiliter petiit dictus Procurator. Que omnia facta ſupra promiſit unuſquiſque alteri intra ſe ad invicem ſtipulandi attendere & obſervare, & non contrafacere vel venire, ſub pena centum librarum mutinenſium, qua ſoluta vel non dicta omnia rata ſint & firma; & de his poſſint fieri plura Inſtrumenta unius tenoris, quia ſic placuit inter eos.

Actum in Clauſtro dicti Monaſterii preſentibus teſtibus vocatis & rogatis domino Thebaldo de Bontegnis, Silveſtro domini Paſcalis de Nonantula, Dominico Tomaſini de Bononia, Matheo de Bozola de Argenta, Iacobo Ugoli, & Michele gravi de Nonantula.

Ego Delay de Ronchaleis de Mutina ſupradictis omnibus interſui, & rogatus predicta ſcribere, ſcripſi.

CCCCXC.

Autographum in Arch. Nonant.

1291.

IN Chriſti nomine anno eiuſdem nativitatis milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo Indictione quarta die decimo menſis Februarii Ferrarie in domo Eccleſie ſancti

ſti Iohannis caſtri tedaldi teſtibus vocatis & rogatis Iohanne ſariore, armanno quondam rcbacanalis, & martino quondam mariani omnes de contrata Zilii de ſorno Ego Dompnus Ciprianus Prior Eccleſie Sancti Iohannis predicti reverenter receptis litteris mihi preſentatis ex parte venerabilis patris & domini mei domini dompni Guidonis electi & adminiſtratoris Monaſterii Nonantulani, in quibus continebatur, ut notam facerem quantitatem introitus pervenientem in omni anno & penes me ex dicta eccleſia & pro dicta eccleſia, diligenter examinatis redditibus omnium blavarum, vini, penſionum, & alterius utilitatis cuiuſcumque conditionis annuatim provenientibus penes me pro dicta Eccleſia, dico & proteſtor atque patefacio coram teſtibus ſupraſcriptis & notario infraſcripto me habere & percipere de introitu ex dicta Eccleſia compenſatis omnibus redditibus & utilitatibus cuiuſcumque conditionis omni anno communiter centum & quinquaginta libras Ferrar., & pro ipſis centum & quinquaginta Libr. Ferrar. perſolvo cenſum domini pape.

Et me preſente Guidone de Bruxatis not. rogato ſcribente.

CCCCXCI.

Autographum in Archiv. Nonant.

1293.

IN Chriſti nomine amen, anno eiuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, Indictione ſexta, die quarto decimo menſis Octubris. Cum hoc eſſet, quod Commune totum & homines caſtri ſeu terre ſancti Mariani vallis Arni diſtrictus Florentini Coloni aſcripticii fideles atque manentes Monaſterii Nonantulani ex quorundam emulorum falſa forent ſuggeſtione commoti, ſeu ſuperexcreſcente malicia contra dictum Monaſterium rebellionis, transgreſſionis, & contradictionis ſpiritum aſumpſiſſent, & cum Priore Monaſterii ſeu Eccleſie Sancti Felicis in plazza de florentia ad dictum Monaſterium pleno iure ſpectantis diutius litigaſſent, ſuum volentes errorem corrigere, ac etiam, quod preſumpſerunt indebite, in irritum revocare, idcirco religioſus vir dominus dompnus Guido permiſſione divina Nonantulani Monaſterii predicti electus & generalis adminiſtrator in ſpiritualibus & temporalibus per Sedem apoſtolicam conſtitutus attendens, quod dicum Commune & homines dicte terre ſancti Mariani parati ſunt fidelitatem & ſervicia facere, quam & que ipſi & eorum maiores fecerunt Monaſterio ſepedicto, & in omnibus & per omnia bonam fidem agnoſcere, ad quam tenentur & debent de iure, conſiderans etiam, quod gremium ſuum redeuntibus numquam claudit Eccleſia, volens cum eis de benignitate & ſpeciali gratia miſericorditer agere, ut omnis deinceps inter dictum Monaſterium & dicum Commune ſancti Mariani tollatur iurgiorum materia, & litium ſtrepitus ſopiatur, diſcreto viro dompno Anſelmo Monacho Nonantulano priori dicti Monaſterii ſancti Felicis & Vicario ipſius domini Electi plenam, in quantum de iure potuit, dedit licentiam & liberam poteſtatem irritandi & annullandi quoddam inſtrumentum fidelitatis factum tempore dicti prioris dompni Anſelmi & Vicarii dicti domini Electi preſtite per homines dicte terre ſancti Mariani ipſi Priori & Vicario recipienti nomine & vice Nonantulani Monaſterii antedicti ſcriptum manu ſilveſtri quondam paſcalis notarii ſub milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto Indictione quartadecima die quintodecimo menſis decembris, ita quod ipſum inſtrumentum ſit caſſum, irritum & nullius valoris atque momenti, dummodo predictum Commune & homines dicte terre ſancti Mariani faciant & preſtent ante irritationem dicti inſtrumenti fidelitatem, iuramentum, & manentiam, homagium,

&

& Coloniam dicto priori dompno Anſelmo recipienti nomine & vice Nonantulani Monaſterii antedicti iuxta tenorem & verba inſtrumenti fidelitatis factum per dictum Commune & homines dicte terre domino Raymundo olim venerabili Abbati Nonantulani Monaſterii ſepedicti ſcripti manu Bonifacii Guaſconis notarii ſub milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto Indictione tertia decima die undecimo exeunte Aprili, & promittant etiam omnia & ſingula attendere, obſervare & adimplere, que in ipſo inſtrumento ſcripto manu dicti Bonifacii continentur. Quod ſi inſtrumentnm, quod de novo fiet inter dictum Priorem & Vicarium & dictum Commune & homines ſancti mariani, non fieret in omnibus & per omnia ſecundum tenorem & verba dicti inſtrumenti fidelitatis & inveſtiture ſcripti manu dicti Bonifacii Guaſconis, dictus dominus Electus voluit & mandavit quod ipſum inſtrumentum de novo faciendum nullam habeat firmitatem, dictam licentiam ex nunc in irritum revocando, memorato inſtrumento ſcripto manu Silveſtri quondam Paſcalis predicti in ſuo robore permanente.

Actum Bononie in domo dicti domini Electi preſentibus Domino Landulfo de Comitibus de Caſaliclo, Amatino quondam Negroboni, Raynerio quondam Oderici, Iacobo tamara, & Brunemonte Guarini teſtibus vocatis & rogatis.

Ego Cincius quondam Panchagnoni auctoritate imperiali notarius & dicti Monaſterii notarius predictis interfui, & de mandato dicti domini Electi ſcripſi.

CCCCXCII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1294.

IN Chriſti nomine amen. Anno eiuſdem nativitatis milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto Indictione ſeptima die quintodecimo auguſti allegracoris ſub porticu domus communis preſentibus &c. Congregata concione communis & hominum terre crevalcoris ſeu allegralcoris &c. unanimi concordia & conſenſu fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt dominum Iohannem quondam andree pivini &c. ſuum ſyndicum &c. ad recipiendam a religioſo viro domino dompno Guidone Nonantulani Monaſterii electo & amminiſtratori generali per ſedem apoſtolicam conſtituto cartam conceſſionis & inveſtiture & inveſtiturarum poſſeſſionum, nemorum, piſcariarum, & paludum dicti monaſterii &c. intra hos fines; a mane limes curti, a meridie ſignata & eccleſia ſancti Iohannis, a ſero flumen mucia, & de ſubtus volta guarina, ſecundum pacta & convenciones que continentur in inſtrumento conceſſionis &c. facte a bone memorie domino Bonacurſio olim dicti Monaſterii venerabili abbate ſcripto manu Donati Guidonis naſi notarii, & ad fidelitatem iurandam nomine & vice dicti Communis dicto domino Electo & nonantulano monaſterio, & iurari faciendum pro communi crevalcoris ſeu allegralcoris predicti, & ad renunciandum ſententie late per dominum manfredum mamaiella olim iudicem & aſſeſſorem domini Guillelmi de Oldoinis Poteſtatis Bonon. &c. (1)

Rog. Naſcimbene qu. D. Iohannis Boſcaverſi.

(1) Queſti fu Podeſtà di Bologna nel 1294. inſieme con Giovanni da Lucino, come io ho oſſervato nelle Memorie Bologneſi raccolte dal C. Senatore Lodovico Savioli, benchè di lui non faccian menzione le Croniche pubblicate dal Muratori.

CCCCXCIII.

Ex Reg. An. I. Liter. Apoſt. Bened. PP. XI. a p. 335. In Arch. Vatic.

1304.

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Nicolao Epiſcopo Oſtienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Olim Monaſterio de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentem Ordinis S. Benedicti Mutinen. Dioceſ. per mortem quondam Landulfi Abbatis ipſius Monaſterii Paſtoris ſolatio deſtituto, dilecti filii . . . . Prior & Conventus ipſius Monaſterii dilectum filium Guidonem Sacriſtam Monaſterii predicti in eiuſdem Monaſterii Abbatem concorditer elegerunt. Poſtmodum autem dictus Sacriſta ac Procuratores & Nuntii dictorum Prioris & Conventus propter hoc ad Sedem Apoſtolicam accedentes preſentato Decreto electionis huiuſmodi felicis recordationis Iohanni Pape vigeſimo primo Predeceſſori noſtro, ab eo, ut electionem confirmaret eandem, ſuppliciter poſtularunt, & licet idem Predeceſſor electionem ipſam examinari fecerit diligenter, quia tamen quibuſdam impedimentis emergentibus huiuſmodi negotium terminari nequiverat, dictumque Monaſterium diu viduitatis incommoda deplorarat, pie memorie Honorius Papa quartus Predeceſsor noſter, ne Monaſterium ipſum propter adminiſtrationis defectum graviora damna ſubiret, ipſius Monaſterii & membrorum eius tam in ſpiritualibus qu m in temporalibus plenam generalem & liberam adminiſtrationem ſacriſte memorato commiſit gerendam ab eo, donec circa perſonam ipſius & proviſionem dicti Monaſterii per Sedem predictam contingeret plenius ordinari. Qui, ſicut accepimus, ex tunc adminiſtrationem eandem exercuit ſollicite, fideliter, & prudenter. Nos autem nolentes quod Monaſterium ipſum Paſtoris ſolatio remaneat ulterius deſtitutum, Fraternitati tue, de cuius circumſpectione fiduciam gerimus in domino ſpecialem, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus electionem eandem ac ipſius Sacriſte merita per te vel alium ſeu alios diligenter examinans, ſi eam repereris de perſona ydonea canonice celebratam, ipſam auctoritate noſtra confirmes; alioquin ea rite caſsata dicti Conventus per electionem Canonicam ſibi provideant de Abbate, tuque huiuſmodi aliam eorum electionem, ſi canonica fuerit, confirmare, alias infirmare procures, ſicut de iure fuerit faciendum, faciens illi cuius, ut premittitur, electio confirmata fuerit munus benedictionis impendi, ſibique ab eius ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, recepturus poſtmodum ad eodem noſtro & Eccleſie Romane nomine fidelitatis debite ſolitum iuramentum iuxta formam quam tibi ſub Bulla noſtra mittimus interclusam. Formam autem iuramenti, quod ipſe preſtabit, per ipſius patentes litteras eius ſigillo munitas Nobis per proprium Nuncium quantotius deſtinare procures. Contradictores &c. Datum Laterani Septimo Idus Februar. Pontif. noſtri Anno primo.

CCCCXCIV.

Apographum vetus in Arch. Nonant. & ex Regeſt. Vatic.

1306.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Nycholao Epiſcopo Oſtienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet ex debito paſtoralis officii de univerſis orbis eccleſiis & monaſteriis teneamur propenſius cogitare, illorum tamen ſollicitior cura nos angit, que ad Romanam Eccleſiam nullo pertinent mediante. Vacante ſi quidem dudum monaſterio de No-

Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis ſancti Benedicti mutin. dioc. per obitum quondam Landulfi abbatis ipſius, licet dilectus filius Guido ſacriſta eiuſdem monaſterii fuerit in ipſius monaſterii abbatem tunc ellectus, quia tamen huiuſmodi ellectionis confirmatio non nullis impedimentis emergentibus diu fuerat prorogata, felicis recordationis honorius papa IIII. predeceſſor noſter ipſius monaſterii & membrorum eius in ſpiritualibus & temporalibus plenam, generalem, & liberam adminiſtrationem ſacriſte memorato commiſit gerendam ab eo, donec circa perſonam ipſius & proviſionem dicti monaſterii per ſedem apoſtolicam contigerit plenius ordinari. Cum autem nos eundem Guidonem ſacriſtam certis ex cauſis, que ad id nos rationabiliter induxerunt, ab adminiſtratione huiuſmodi duxerimus removendum, nolentes quod idem monaſterium ob adminiſtratoris carentiam ſubſtineat circa temporalia vel ſpiritualia leſionem, ac propterea tam ipſi monaſterio, ne preſidio careat protectoris, quam tibi ut ſubventionem inde recipias, per quam incumbentia tibi honera expenſarum poſſis commodius ſubportare, providere ſalubriter intendentes, monaſterium ipſum cum membris, eccleſiis, caſtris, pertinentiis, & locis ei ſubiectis fraternitati tue, de qua fiduciam gerimus in domino ſpecialem, uſque ad apoſtolice Sedis beneplacitum commendamus, exercendi interim per te vel alium ſeu alios plenam generalem & liberam adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus & temporalibus tam in capite quam in membris, ac illorum percipiendi fructus, redditus, & proventus, & diſtribuendi de illis prout tue & ipſorum monaſterii ac membrorum utilitati videris expedire, ita tamen quod de ipſis pro ſubſtentatione monachorum & perſonarum ibi degentium congrua portio reſervetur, inquirendi preterea, reformandi, & corrigendi in eodem monaſterio tam in capite quam in membris quecumque inquiſitionis, reformationis, & correctionis officio videris indigere, inſtituendi etiam & deſtituendi perſonas ibidem, prout ipſius monaſterii conditione penſata ſalubriter expedire putaveris, nec non ordinandi, precipiendi, & ſtatuendi omnia, que ad ipſorum monaſterii, membrorum, eccleſiarum, & locorum utilitati noveris pertinere, procedendi quoque contra omnes & ſingulos occupatores, invaſores, & direptores bonorum monaſterii, eccleſiarum, & locorum predictorum, prout negotii qualitas exegerit, tibique videbitur faciendum, contradictores inſuper quoſcumque & cuiuſcumque conditionis fuerint aut ſtatus, etſi pontificali vel alia eccleſiaſtica ſive mundana preemineant dignitate, auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendi, ac faciendi per te vel alium ſeu alios omnia que in premiſſis & circha ea fuerint opportuna non obſtantibus &c. Dat. apud S. Siricum XII. Kal. Mart. pontificatus noſtri Anno primo.

CCCCXCV.

1307.

Pacta, quibus Nonantulani dedunt ſe Bononienſibus.

(Lunig. Cod. Diplom. Vol. IV. p. 55.)

CCCCXCVI.

Autographum in Arch. Nonant.

1307.

NEapoleo miſeratione divina Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Apoſtolice Sedis Legatus dilecto in Chriſto religioſo viro fratri Nicolao Abbati Monaſteriorum Sancti Stephani Bononien. & Sancti Bartholomei de Muſiglan. Ordinis Sancti Be-

nedicti Bonon. quondam Dioceſis invicem unitorum Capellano noſtro ſalutem in Domino (1). Circa ſtatum Eccleſiarum ac monaſteriorum infra legationis noſtre terminos conſiſtentium paterne diligentie cura ſedulo vigilantes eorum profectibus indefeſſa ſedulitate ardenter intendimus, ſtudentes ipſorum commoda interdum per ſalubris unionis miniſterium, prout locorum & temporum & perſonarum qualitate penſata eccleſiarum & monaſteriorum predictorum & prelatorum eis preſidentium utilitati expedire proſpicimus, efficaciter procurare. Sane dudum ad notitiam noſtram fidedigna inſinuatione deducto, quod Monaſterium Sancti Bartholomei de Muſiglan. Ordinis Sancti Benedicti Bononien. quondam Dioceſis tunc vacans erat in nationis perverſe medio conſtitutum, & quod nonnulli viri potentes a timore domini alieni favente ipſis malitia temporis in eo, ut ipſius facultates invadere, occupare, & etiam exhaurire valerent, aliquem virum pravum per impreſſionem nephariam & procacem potentiam intrudere conabantur, Conventui & Monachis & aliis quibuſcumque perſonis vocem in electione Abbatis eiuſdem Monaſterii habentibus per ſolempnes proceſſus noſtros in publico publice habitos, cum alias ad eos propter eorumdem impreſſorum & etiam Bononienſium ſevitiem tute non poſſent noſtre litere pervenire, preſente multitudine copioſa fidelium diſtrictius duximus inhibendum, ne ad providendum eidem Monaſterio de Paſtore per electionem vel poſtulationem aut alias procedere quoquo modo preſumerent abſque noſtro mandato vel licencia ſpeciali faciente plenam & expreſſam de inhibitione huiuſmodi mentionem. Decrevimus quoque irritum & inane quicquid contra tenorem inhibitionis huiuſmodi per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ceterum eiſdem Conventui, Monachis, & perſonis dedimus in mandatis, quod infra unius menſis ſpatium ex tunc computandi, quem pro peremptorio termino aſſignabamus eiſdem, per ſe vel procuratorem ſufficienter inſtructum ad parendum circa reformationem eiuſdem Monaſterii noſtris ſalubribus ordinationibus & mandatis comparerent coram nobis, cum dictum Monaſterium, cuius Abbates per nonnullos ſacrilegos bona eiuſdem Monaſterii ambientes preteritis viciniſque temporibus pluribus fuerant afflicti contumeliis, & oppreſſionibus pregravati, & aliqui eorum excidio dire mortis extincti, per oportune proviſionis noſtre ſtudium de ipſius Conventus conſilio intenderemus ſalubriter reformare; alioquin contra eos, prout eorum contumacia exigeret, procederemus, ad reformationem eiuſdem monaſterii, ſicut nobis videretur expediens, nihilo minus procedendo. Et ut proceſſus inhibitionis decreti & mandati huiuſmodi in communem omnium notitiam deveniret, cartas ſive membranas proceſſum continentes eumdem in portis Eccleſie ſancti Andree ſite iuxta plateam publicam de Cortona affigi fecimus, ut proceſſus ipſe ſuo quaſi ſonoro preconio & patulo inditio publicaretur, ut non poſſent excuſationem pretendere, vel ignorantiam allegare, quod huiuſmodi proceſsus non perveniret ad eos, vel ignoraſſent eumdem, cum non eſset veriſimile remanere quoad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus extitit publicatum. Perlato itaque nobis, quod per dilectum in Chriſto Religioſum vi-

(1) Benchè queſto documento non appartenga direttamente al Monaſtero di Nonantola, mi è ſembrato nondimeno opportuno il darlo alla luce, sì perchè l'Ab. Niccolò, a cui eſſo è diretto, fu pochi anni dopo eletto Abate di Nonantola, sì perchè è il ſol documento da cui raccolgaſi l'unione del Monaſtero di S. Bartolommeo di Muſiano nella Dioceſi di Bologna con quello di S. Stefano della ſteſſa Città, del qual Monaſtero di Muſiano veggaſi il Dizionario della Collina e Montagna Bologneſe (*P. IV. p.* 145.). Il Cardinale ſcrittore di queſte lettera è Napoleone Orſini celebre nella Storia di queſti tempi.

virum dompnum Ubertum Abbatem Monaſterii ſancti Siſti Placentin., ex eo quod prius fuerat Abbas eiuſdem Monaſterii de Muſiglan. abſque minori periculo erga eum non ſervente ſevitia eorumdem prefatus Conventus citari poterat, eidem Abbati dedimus per alias noſtras litteras in mandatis, ut Conventum eiuſdem Monaſterii per ſe vel per alium in prefato Monaſterio de Muſiglan. ex parte noſtra peremptorie citare curaret, ut quintadecima die poſt citationem ſuam coram nobis legitime ac canonice comparerent, ut unioni ſeu reformationi huiuſmodi intereſsent, ac ſuper hiis proponerent & facerent, que utilitati ipſius monaſterii cognoſcerent expedire. Cum autem dictus Conventus & Monachi licet per dictos proceſſus ſolempniter habitos, & ſubſequenter per eumdem Abbatem citati legitime fuerint, prout ex relatione eiuſdem abbatis per inſtrumentum publicum nobis facta conſtitit evidenter, in predictis terminis, & poſt expectati diutius coram nobis non curaverint comparere, Nos de premiſſis omnibus, quantumcumque fore notoria per facti evidentiam in aliis partibus dicerentur, per teſtes fide dignos veritatem facientes inquiri, quia plene de hiis omnibus nobis extitit facta fides, ac propterea volentes ſtatui eiuſdem monaſterii de muſiglan. illius remedii preſidium adhibere, per quod prefatum Monaſterium de Muſiglan. in ſpiritualibus & temporalibus deinceps ſimilia ſubire nequeat detrimenta, ſed opportuni paſtoris munitum preſidio ſpiritualiter & temporaliter, & precipue erga religionis obſervantiam valeat reflorere, ſuper hos debita cauſe cognitione, & cum quampluribus viris prudentibus deliberatione diligenti premiſſis, predictum Monaſterium de Muſiglan. Monaſterio ſancti Stephani Bononien. auctoritate qua fungimur connectimus & unimus, ita quod deinceps unus tantum ſit Abbas monaſterii utriuſque, ſtatuentes ut tu ex nunc ſancti Stephani Bononien. & de Muſiglan. Bononien. dioc. Monaſteriorum Abbas re ac nomine cenſearis, & quod dicta Monaſteria per te tuoſque ſucceſſores, qui per canonicam electionem Conventus eorumdem vel alias canonice ad ipſorum regimen aſſumpti fuerint, perpetuis futuris temporibus gubernentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre unionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Dat. Cortone XIII. Kal. Ianuarii Clementis PP. V. anno tertio.

Sig. avulſum.

CCCCXCVII.

Ex Reg. litter. Apoſtolicar. Clem. PP. V. Ann. IV. ep. 1242.

1309.

Clemens &c. Dilecto filio Arnaldo Sancte Marie in Porticu Diacono Card. Apoſtolice Sedis Legato (1) ſalutem &c.

Et ſi Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium cura nobis immineat generalis, illorum tamen Eccleſiarum & Monaſteriorum ſollicitudini intendere ſpecialius nos oportet, que Sedi Apoſtolice nullo pertinent mediante, eorum precavendo indempnitatibus, & ipſorum profectibus, prout nobis ex alto permittitur, intendendo. Dudum ſi qui-

(1) Il Card. Arnaldo da Pelagrua Franceſe più per valor militare che per Eccleſiaſtiche virtù rinnomato. Nella Parte prima di queſt' Opera abbiam veduto, in qual maniera, e con qual ſuo vantaggio ei nominaſſe Abate di Nonantola Niccolò de' Baratti.

Digitized by Google

quidem Monaſterio Nonantulano ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti Mutinen. Dioceſis Abbatis regimine deſtituto, dilecti filii Coventus eiuſdem Monaſterii vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum prefixa ut moris eſt convenientes in unum dilectum filium Fratrem Guidonem eiuſdem Monaſterii Monachum in Abbatem ipſius Monaſterii concorditer elegerunt. Verum quia prefatus Electus eiuſdem ſue electionis negotium infra tempus a iure ſtatutum, ut debuit non extitit proſecutus, a iure quod ſibi in electione huiuſmodi competebat dinoſcitur cecidiſſe. Nos igitur volentes eiuſdem Monaſterii diſpendiis obviare, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aliquam perſonam ydoneam, que tanto congruat oneri & honori, de qua ſecundum Deum videris expedire, predicto Monaſterio hac vice auctoritate noſtra preficias in Abbatem, ſibique per aliquem Catholicum Epiſcopum gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habentem facias munus benedictionis impendi, & a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, recepturus poſtmodum ab eodem fidelitatis ſolite iuramentum iuxta formam, quam tibi ſub Bulla noſtra dirigimus interclusam. Formam autem iuramenti, quod ipſe preſtabit, de verbo ad verbum per eius patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium nobis ſtudeas quam totius deſtinare &c. Non obſtant. ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici &c. Dat. Avinione V. Non. Maii Pontif. &c. Anno quarto.

CCCCXCVIII.

Ib. Ep. 1257.

1309.

CLemens &c. dilecto filio Arnaldo &c. *ut ſupra*. Et ſi Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium cura nobis immineat generalis, illorum tamen Eccleſiarum & Monaſteriorum ſollicitudini intendere ſpecialius nos oporter, que ad Sedem Apoſtolicam nullo pertinent mediante, eorum precavendo indempnitatibus, & profectibus, prout nobis ex alto permittitur, intendendo. Dudum ſiquidem Monaſterio Nonantulan. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ord. S. Benedicti Mutinen. Dioc. Abbatis regimine deſtituto, dil. filii Conventus eiuſdem Monaſterii vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum prefixa ut moris eſt convenientes in unum dil. Fil. Fratrem Guidonem eiuſdem Monaſterii Monachum in Abbatem eiuſdem Mon. concorditer elegerunt. Verum quia prefatus Electus eiuſdem ſue Electionis negotium infra tempus a iure ſtatutum, ut debuit, non extitit proſecutus, a iure, quod ſibi in electione huiuſmodi competebat, dinoſcitur cecidiſſe. Nos igitur volentes eiuſdem Monaſterii diſpendiis obviare diſcretioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, abſolvendi dil. filium Nicolaum Abbatem Monaſterii S. Stephani Bononien. dicti Ordinis a vinculo quo Monaſterio ipſi tenetur, & ipſum ad dictum Monaſterium Nonantulanum, dum tamen ad hoc eiuſdem Abbatis aſſenſus acceſſerit, transferendi ac preficiendi eum ipſi Monaſterio in Abbatem, ſibique curam & adminiſtrationem illius in ſpiritualibus & temporalibus committendi, faciendi quoque Abbati predicto ab eius ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, & recipiendi poſtmodum ab eodem

dem noſtro & Eccleſie Rom. nomine fidelitatis ſolite iuramentum iuxta formam, quam tibi ſub Bulla noſtra dirigimus interclusam contradictores &c. non obſtant. ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint &c. plenam & liberam tibi concedimus tenore preſentium facultatem. Formam autem iuramenti, quod ipſe preſtabit, de verbo ad verbum per eius patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuntium nobis ſtudeas quamtotius deſtinare. Dat. Avinion. Kalend. Sept. Anno quarto.

CCCCXCIX.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant.

1310.

IN Chriſti nomine anno a nativitate eiuſdem milleſimo trecenteſimo decimo, indictione octava, die ſecundo menſis Novembris in tempore Domini Clementis PP. quinti. Cum verum ſit Dominum Bonifacium quondam Abbatem Monaſterii Nonantulani Eccleſie Sancti Silveſtri conceſſiſſe & locaſſe Eccleſie Regine & domino Regino Epiſcopo pro Epiſcopio Regino Caſtellarium de Cella in Comitatu & Epiſcopatu Reginn cum Capella ibi exiſtente & cum Vaſallis & cum tota Curte ad ipſum Caſtellarium pertinente, & cum ripis, rupinis, paſcuis, ſilvis, pratis, molendinis, aqueductibus, venationibus, toloneis, vectigalibus, pedagiis &c. ad cenſum & penſionem decem ſolidorum ..... annuatim ſolvendorum eidem domino Abbati & monaſterio, ut continetur in carta ſcripta manu Naſcinguerra notarii in milleſimo centeſimo octuageſimo primo Indictione decima quarta, die quarta exeunte menſe decembris, & verum ſit dictum dominum Epiſcopum Reginum ceſſaſſe a ſolutione dicte penſionis per quadriennium &c. & verum ſit dictum contractum proceſſiſſe in dampnum dicte domus ſeu dicti monaſterii, & propterea annullatum per Sereniſſimum Dominum Ottonem olim Romanorum Imperatorem, ut conſtat publico ipſius domini Ottonis Imperatoris privilegio &c. & verum ſit dictum Monaſterium, Abbatem, & Monachos eiuſdem impotentes fuiſſe & fore ad iura & bona predicta revocanda &c. de manibus dicti domini Epiſcopi ipſa tenentis indebite & iniuſte, nec ipſa recuperare & habere valuerint & valeant a ſe, ſed pocius auxilio & favore infraſcriptorum filiorum quondam Nobilis viri Domini Nicolai, & propter hoc direxerunt oculos ad Guidonem, Paulum, Iohannem, Ghibertum, Bertolinum, Mattheum, & Guillelmum filios quondam dicti Nobilis Viri Domini Nicolai de Foliano de Regio Nobiles & potentes &c. Idcirco dompnus Marchus Monachus dicti Monaſterii & ſindicus &c. dedit, locavit, atque conceſſit ſupraſcriptis Guidoni, Paulo, & Iohanni, & domine Iſabelle matri & tutrici predictorum Ghiberti, Bertolini, Matthei, & Guillelmi &c. ſupraſcriptum Caſtellarium, & omnia & ſingula &c. uſque ad tempus vigintinovem annorum proxime venturorum pro penſione duorum florenorum auri puri & iuſti ponderis ſolvendorum omni anno in feſto ſancti Silveſtri domino Abbati ſeu eius ſucceſſoribus &c. Excepto quod pro monaſterio de Nonantula retinet dictus ſindicus &c. capellam ſive Eccleſiam dicti monaſterii ſancti Silveſtri in dicto Caſtellario poſitam cum centum bobulcis terre proximioribus ipſi eccleſie, que Eccleſia cum dictis centum bobulcis terre reſervatur &c. collationi ipſius Domini Abbatis & ſuorum ſucceſſorum &c. Et etiam reſervetur ipſi domino Abbati terra hoc anno locata &c. qui affictus eſt viginti libr. Bonon. & duo paria caponum, que deputate ſunt pro veſtimentis monachorum &c.

Actum Regii in domo Frederici de Rocha,

cha, in qua predičti fratres de Foliano nunc habitant &c.

Rog. Bertolinus qu. Andree Speciarii.

D.

Excerpta ex Actis Bertolini qu. Andreæ Speciarii.

1312.

1312. Indict. X. 21. Iul. D. Fr. Atto milex hoſpitalis S. Iohannis Ieroſolim. (1) preſentavit litteras gratie eidem hoſpitali facte de Eccleſia & domibus S. Marie Madale de Turlionibus poſite in civit. Bononie in ſtrata maiori, ac de iuribus, bonis &c. ad eamdem pertinentibus, a D. Clemente PP. V. D. Nicolao Abb. Monaſterii Nonant. &c. Qui cum reverentia ipſas recepit &c. Actum bononie in domo fratrum dicti hoſpitalis pres. ſapiente ac diſcreto viro & decretorum doctore dño Iohanne Andree . . . . . . (2) D. Fratre Lanfranco de mutina . . . . . . D. Fr. Guidone de ymeldola de eodem ordine &c.

22. Iul. dictus D. Abbas de predicta eccleſia, domibus &c. dictum D. Fr. Attonem inveſtivit. Actum Ib.

4. Aguſti D. Philippus Prepoſitus Eccl. S. Silveſtri de Crepacorio Bonon. dioc. ſubexecutor litterarum gratie facte de eccleſiis, domibus, oratoriis &c. quondam templariorum ſeu fratrum militie templi per D. Clementem PP. V. hoſpitali & domui S. Iohann. Ieruſal. conſtitutus a D. Nicolao Abb. Non. poſuit in corporalem poſſeſſionem dictum Fr. Attonem de Eccleſia S. Siſmondi de Faventia iuxta ipſam civitatem, & de domibus, bonis &c.

Ead. die. Idem D. Philippus Subexecutor litterarum donationis facte per PP. Clementem V. Ordini hoſpitalis S. Iohann. Ieroſol. de domo olim militie templi Ieroſol. ceteriſque domibus, Eccleſiis &c. civitatibus, caſtris, villis &c. redditibus, iuribus, &c. ultra & citra montes in quibuslibet mundi partibus conſiſtentibus, que ipſe Ordo tempore quo Magiſter & nonnulli ex eiſdem fratribus militie templi in regno francie communiter capti fuerunt, videlicet Anno Dom. 1308. menſe Octobris, habebat, inducit eumdem Fr. Attonem in poſſeſſionem dicte Eccleſie S. Siſmundi de Faventia iuxta ipſam Civitatem. Act. Ibid.

Ead. die idem Fr. Atto recomendavit dictam Eccleſiam & eius iura ſupradicto Fr. Guidoni preceptori Eccl. S. Marie Magdalene de Faventia uſque ad beneplacitum D. Vicii Prioris Venetiarum eiuſd. Ord.

Ead. die idem D. Philippus eumdem Fr. Attonem poſuit in corporalem poſſeſſionem domus & Eccl. Ss. Iacobi & Chriſtophori de cero ſavent. dioc. olim dicti Ordinis militie templi. Ead. die idem Fr. Atto eamdem Eccleſiam recomendavit eidem Fr. Guidoni.

5. Aug. Idem D. Philippus poſuit eumdem Fr. Attonem in poſſeſſionem Eccl. S. Marie de ſcoſano forlivienſ. dioc. Et Fr. Atto eamdem recomendavit Fr. Bonaventure de porta Ord. predicti hoſpitalis.

Ead. die idem Fr. Atto recomendavit Eccl. S. Iohannis in Via Forlivenſ. dioc. eidem Fr. Bonaventure.

Eod.

(1) Pregevoliſſimo è queſto documento per la notizia, che ci ſomministra, di tutte le Caſe, che i Templarj aveano da Modena fino a Rimini, la quale io non ſo, che da alcun altro Scrittor di que' tempi ci ſia ſtata tramandata. E' noto, che avendo Clemente V. ſoppreſſo nel 1312. l' Ordine di que' Cavalieri, i loro beni per Bolla dello ſteſſo Pontefice, trattine que' di Caſtiglia, d' Aragona, di Portogallo, e di Majorica, furon ceduti a' Cavalieri di S. Giovanni di Geruſalemme. L' Abate di Nonantola fu deſtinato a darne loro il poſſeſſo in queſta Parte d' Italia, ed egli delegò in ſua vece il Propoſto di Crevalcuore.

(2) Egli è il celebre Canoniſta Giovanni d' Andrea; ed è degna d' oſſervazione queſt' Epoca del ſoggiorno da lui fatto in Bologna nel 1312. perchè aſſai difficile è a ſtabilire, quali anni del principio di queſto ſecolo ei paſſaſſe in Bologna, e quali in Padova.

Digitized by Google

Eod. die D. Rodulfus Epūs Forlivenſ. proteſtatur ſe litteras Pontificis recipere, & eius mandatis obtemperare. Actum Pompoſie penes Forlivium in Palatio dicti D. Epiſcopi.

6. Aug. Id. D. Philippus ponit eumdem Fr. Attonem in corporalem poſſeſſionem Eccl. S. Marie Zanis biaque diſtrictus Meldule de Romaniola, & de bonis omnibus &c. ponendo in manibus eiuſdem Fr. Attonis cornu altaris dicte Eccleſie, & de lapidibus eiuſdem Eccleſie, & de herbis ibi natis, ſic ipſa eccleſia exiſtente deſtructa.

Eod. die dictus Fr. Atto recomendavit eamdem Eccleſiam Bencevene D. Oddonis.

Eod. die idem D. Philippus eumdem Fr. Attonem poſuit io corporalem poſſeſſionem de terris & poſſeſſionibus de Rivarotola, io quibus ſolita eſſe conſueverat domus, poſitis in dicto loco de Rivarotola Epiſcopatus forinpopuli. Et Fr. Atto eas recomendavit Fratri Iohanni prugnoli commoranti in manſione ſive domo palaredi eiuſd. Ord. S. Iohannis.

7. Aug. Idem D. Philippus eumdem Fr. Attonem poſuit in corporalem poſſeſſionem de eccleſia ſive oratorio vel manſione Ss. Simonis & Iude poſitis in loco dicto Budrio Epiſcopatus ſive diſtrictus Arimini; & Atto illam recomendat Ser Gerardo Iohannis boni de Ceſena.

Eod. die Fr. Iacomus de Mutina olim Ordinis militie templi, quem in dicto loco dictus Fr. Atto invenit morari, eidem Fr. Attoni confeſſus eſt, ſe moram ibi trahere pro domo & hoſpitali pred. S. Iohannis Ieroſol. uſque ad beneplacita & voluntatem Priorum eiuſd. hoſpitalis.

Eod. die D. Fredericus Epūs Civitatis Arimini auditis litteris Pontificis proteſtatur ſe nolle eis contradicere, quioimo ſe auxilium prebiturum.

Eod. die dictus Fr. Atto una cum eod. D. Philippo preſentavit litteras PP. Clem. V. D. Malateſtino de Malateſtis de Arimino [3], & petierunt ſibi relaxari bona omnia, que fuerunt Ord. militie templi.

Eod. die idem D. Philippus poſuit eumdem Fr. Attonem in corporalem poſſeſſionem Eccl. S. Michaelis de Arimino, & eius bonorum &c.

Eod. die D. Bonus Rector Eccl. S. Martini in viti dioc. Arimin., quem dictus Fr. Atto in dicta Eccleſia S. Michaelis invenit morari, confeſſus fuit ſtare in ipſa Eccleſia uſque ad Priorum beneplacita.

Eod. die Fr. Atto precepit Fratri Iacomo de Mutina confratri quondam militie templi, quem invenit habitare in domibus predicte Eccleſie Ss. Simonis & Iude, ut diſcedat die ſequenti a dicto loco, & quod vadat Ceſenam ad manſionem dicti hoſpitalis Ieroſolim. ibi habiturus victum & veſtitum.

8. Aug. Idem D. Philippus poſuit in corporalem poſſeſſionem eumd. Fr. Attonem de Eccleſia & bonis S. Martini de ceſena ſita in contrata, que dicitur Eccleſia nova. Eod. die & incontinenti D. Philippus & Fr. Atto preceperunt D. Rainerio presbitero commoranti in ead. Eccleſia, quod vadat ad D. Guillelmum rectorem ſeu preceptorem Eccl. de Ceſena Ord. eiuſd. hoſpitalis ad recognoſcendum ab eodem dictam Eccl. S. Martini.

9. Aug. Fr. Atto preſentavit D. Archiepiſcopo Ravennati litteras Pontificis; qui reſpondit ſe non contradicere &c. ſed petiit copiam litterarum.

Eod. die Fr. Atto recomendavit Eccl. S. Michaelis de Arimino Fratri Andree confratri eiuſd. hoſpitalis; caſſando recomendationem factam die 1. Madii Ser Paulo Dñi Galiani iudice & confratre dicti hoſpitalis, quouſque idem Fr. Andreas ibi morari voluerit, & quandocumque noluerit, tunc re-

(3) Era queſti Signor di Rimini, e di altre Città di que' contorni, ed era perciò neceſſario l'ottenerne il conſenſo e l'ajuto per traſferire il dominio de' beni de' Templarj ne' Cavalieri di S. Giovanni.

comendatio facta Ser Paulo obtineat firmitatem.

12. Idem D. Philippus eumd. Fr. Attonem poſuit in corporalem poſſeſſionem de Eccl. S. Bertoli Forliven. dioc.

17. Aug. Idem D. Philippus poſuit in corporalem poſſeſſionem Fr. Lanfrancum de Mutina Ord. eiuſdem hoſpitalis de domo & Eccl. S. Ambroxii ſitis apud pontem qui dicitur pons S. Ambroxii olim dicti Ordinis militie templi, & bonorum &c. per manum ducendo eumd. Lanfrancum per dictam Eccl. & ponendo in manibus ipſius de lapidibus ipſius Eccleſie deſtructe, & de terra, herbis & aliis ibi natis, & ducendo per domos ipſius Eccleſie ruinatas. Act. in dicta Eccl. preſent. Nob. viro D. Iohanne de Boſchetis &c.

DI.

Ex Actis Bertolini Speciarii in Archiv. Nonant.

1314.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam (1). Flagitioſum ſcelus, nefandum & horribile facinus in perſona Nobilis Viri quondam Raymundi Attonis de Spello Marchie Anconitane Marchionis Rectoris familiaris noſtri preteritis diebus in partibus Lombardie per flagitioſas impiorum dexteras notorie perpetratum non ſine mentis amaritudine recenſentes ad illud puniendum eo ferventiori intentione procedimus, quo tanti perpetratio ſceleris in dei maiorem contumeliam & offenſam, apoſtolice ſedis iniuriam, & plurimorum ſcandalum redundavit. Decet enim, ut illius vices, quas licet immeriti gerimus, implere totis viribus ſatagentes, & paternam miſericordiam devotos proſequamur ad filios, & debitam iuſtitiam obſtinatos non omittamus in reos, parati redeuntibus de longinquo apertis occurrere brachiis in amplexum, & in pertinaces ſui perverſi proſecutores arbitrii iuſtitie vindicare contemptum. Sane cum pridem idem Nobilis de partibus Marchie ſupradicte, cuius regimen ex commiſſione noſtra per aliquod temporis ſpacium fuerat proſequutus, reverteretur ad curiam, damnationis filiis Rolando de Carbonibus de Bononia Vicario pro Raynaldo de Bonacoſſis de Mantua, Franciſco de Menabobus de Ferraria militibus tunc capitaneo guerre, nonnullis de maioribus populi & Communis Civitatis Mutin. & aliis ſatellitibus ipſorumque complicibus preſcientibus Nobilis eiuſdem adventum, idem Vicarius & Capitaneus publice per Civitatem eandem ſono tube & voce preconis publicari fecerunt, ut omnes Equites forenſes & Cives ac pedites ſtipendiarii cum armis ipſorum & civitatis preſate inſignia ſequerentur, dictuſque Franciſcus Capitaneus, & Paganinus de Panico Comes de Bononia, Guidonellus & Guillelmus de Montecucullo Layci Mutin. dioc., Clerichinus, Iacobus, Nicolaus, Guidoctus & Iohannes de fredo, Anverius & Cechus de Magreda, Baſtardus de Gorzano, Manfredinus & Guido de Piis, Gerardus de Guidottis, Prendiparti de Picis, Lanfranchus de Paſſaponibus, Berteus de Bazoaria Cives Mutinenſes, Ragucius de Montevelio, Azinus & Muſtarda Layci Bonon. & Piſtorien. dioc. & alii Cives & forenſes dicte Civitatis, equites & pedites, ſtipendiarii, & alii cum vexillis, inſigniis, preconibus, tubis, & tubetis dictorum Capitanei & Communis ad ſtratam publicam prope Caſtrumvetus in campanea ſancti Euſebii diſtrictus & territorii Mutinenſis, per quam quidem ſtratam idem

(1) Queſto monumento per la Storia di Modena pregevoliſſimo era ben degno d' eſſer quì pubblicato, benchè non abbia relazione colla Badia di Nonantola. Vedaſi ciò che ſi è detto nel Diſcorſo ſecondo Preliminare.

idem Raymundus cum ſua comitiva poſſe ſecure facere traoſitum merito confidebat, hoſtiliter accedeotes, paratis ſecus iter inſidiis, dei timore poſtpoſito, debito prorſus humanitatis excluſo, ooſtre & romaoe eccleſie revereotia ultroiecta, in ipſum Raymundum, qui cum nocentibus innocens, doloſis rectus, duplicibus ſimplex, proditoribus fidelis, impiis equus extiterat, & comitivam ſuam immaniter irruerunt, & illo non modica quaotitate pecunie ad nos & Romaoam eccleſiam pertioeote, quam ſecum deferebat, oec non & eo & aliis qui cum eo erant equis & armis, iocalibus multis & pretioſis, & bonis aliis per violentiam ſpoliatis, eumdem & omnes de comitiva ſua, paucis exceptis, qui fuge preſidio evaſerunt, cede crudeliſſima trucidarunt, corporibus occiſorum tractis per campum, eis, prout ipſa natura produxerat, nudis penitus derelictis. Nec non regentes Commune prefatum & ipſum Commune predictorum ſcelerum non ignari ad damnationis eorum cumulum ipſo facto predicta ſcelera approbaotes, malefactores eadem die, qua ipſa perpetrata fuerunt, & poſt perpetrationem predictorum, cum predictis vexillis, inſigniis, preconibus, tubis, armis, equis & ſpoliis redeuntes ad civitatem eamdem cum magno gaudio receptarunt; & unde in vocem lamentationis debebant prorumpere, & tanti ſceleris vocare viodictam, pulſata campaoa Communis ad letitiam pro rebus ipſorum geſtis proſpere deputata, io ſigoum gaudii & triumphi ſcelerum patratorum, poni fecerunt lumioaria in platea, portis, & turribus Civitatis, que falſo (f. *fallò*) vulgariter nuncupantur, veſtes etiam dicti Raymundi & ſociorum ſuorum aliqui ex malefactoribus prelibatis tripudiando occaſione predicta per Civitatem publice portaveruot indutas. Prefatus quoque Rayoaldus, ad quem ſcelerum predictorum correctio & punitio ratione officii, quod tunc in dicta Civitate habebat, veluti commiſſorum in ſuo diſtrictu & territorio, pertinebat, noo ſolum illa corrigere & punire negligenter omiſit, ſed potius dictis malefactoribus faveos, cum eiſdem ſpolia dividendo, & recipieodo de dictis bonis, iocalibus, & pecunia in non modica quantitate, ipſos in dictis Civitatibus Mutioe & Mantue, cuius etiam regimini preſidebat, favorabiliter receptavit. Hec palam, hec publice, hec notorie perpetrata fuerunt, prout evidentia facti demonſtrat, vulgus exclamat, & vicious populus profitetur, & ex inqoiſitione facta per Ven. fratrem ooſtrum Bononienſem Epiſcopum, & dilectum filium electum Reginum de mandato noſtro in partibus illis, ot maturius pcſſemus procedere in premiſſis, Religioſorum, Clericorum, & aliorum fide dignorum teſtimonio evidenter apparet. In hiis enim non ſolum contra Raymundum prefatum, ſet cootra nos & Romanam, cui preſidemus, Eccleſiam intolerabile facious & offenſam commiſſa notamus. In hiis homicidii, vuloerum, cedis, violentie, rapine, furti, & tot alia, quot ex hoc ſecuta ſunt, crimina perpetrata videmus. Quis odioſus hic compaſſionem non habeat? Quis deſes aut remiſſus iudex ad procedendum non ſurgat? Quis pius aut miſericors noo efficiatur ſeverus? Hic violatur ſecuritas, hic officialis noſter & eiuſdem Eccleſie, cui ſecurus aditus undique patere debebat, non ſolum bonis ſed etiam propria vita privatur. Hic nos & eadem Eccleſia theſauro proprio ſpoliamur. Horum igitur atrocitate commoti, & ipſorum evideotia excitati, nos in predictis ſic iudicium, quod ad honorem noſtrum pertinet, facere cupimus, ut a iuſtitia minime divertamus; ideoque forma iuris, que ſervatur, ſicut hec ſunt, ootoriis, obſervata, Raynaldo, Rolando, Franciſcho Capitaneo, & aliis ſuperius nominatis, & Communi & Vniverſitati Mutin. de fratrum noſtrorum conſilio per apoſtolica ſcripta diſtricte & peremptorie precipiendo mandamus, quatenus infra quatuor

tuor menſium ſpatium a publicatione preſentium initiandum nobis & Eccleſie Romane de damnis predictis in Romana Curia ſatisfacere integre & ſine diminutione procurent, nihilominus citantes eoſdem, ut predicti nominatim expreſſi perſonaliter, Commune vero & ipſa Vniverſitas Mutin. per procuratorem ydoneum ſeu Sindicum apud Sedem Apoſtolicam in prelibato termino compareant coram nobis, ſuper dictis iniuriis nec non dampnis, ſi de eis infra dictum terminum non ſatisfecerint competenter, iuſtam dante domino ſententiam audituri, noſtriſque mandatis ac iuſſionibus pariturі. Alioquin ex nunc prout ex tunc in ipſos ſuperius nominatos, & omnes qui ipſos vel aliquos ex eis receptabunt, ſi perſone fuerint ſingulares excommunicationis ſententiam, Commune vero & Civitatem ſeu Vniverſitatem Mutin. & diſtrictum eiuſdem Civitatis videlicet partem diſtrictus, que predicte civitati tempore perpetratorum huiuſmodi ſcelerum obediebat, ſeu etiam adherebat, ac omnes terras civitatis predictorum ſuperius expreſſorum, nec non illas in quibus ipſi vel alter eorum ſe receptabunt, ſeu etiam moram trahent, niſi per Rectores earum, poſtquam eis innotuerit de receptatione vel mora huiuſmodi, ipſos & eorum quenlibet infra dies tres de loco huiuſmodi non expellent, vel a quibus ſeu in quibus ſtipendia recipient, vel aliqua officia geſſerint per ſe vel alium ſeu alios, de eorumdem fratrum conſilio Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Ac ipſos ſuperius nominatos Commune & ipſam Civitatem Mutin., caſtra, villas, & alia loca diſtrictus eiuſdem, que dicto tempore dicto Communi obediebant, & illa in quibus ipſi vel aliquis eorumdem domum habere noſcuntur, & perſonas ſingulares Vniverſitatis predicte & diſtrictus prefati, omnibus feudis, que a Romana Eccleſia vel aliis Eccleſiis obtinent, nec non omnibus privillegiis, libertatibus, vel immunitatibus ſub quacumque forma verborum conceſſis privamus, & ipſos perpetuo reddimus infames, ita quod ad teſtimonium vel aliquos actus legitimos non poſſint admitti, nec teſtamenti habeant factionem, nec ex teſtamento vel inteſtato ſuccedant. Preterea nullus eis ſeu ipſis & ſingulis eorum quibuslibet in ſingulis cauſis reſpondere quomodolibet teneatur. Commune vero ad ipſorum audientiam, ſi iuriſdictionem habeant, nullatenus proferatur, nec valeant eorum fines vel proceſſus; quodque nullus eis in quocumque negocio patrocinium preſtet; nec ipſi ad aliorum patrocinium admittantur. Quod ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo careat omni robore firmitatis. In penam eorum electo Mutinenſi, & Epiſcopo, qui pro tempore fuerit, Abbatibus, Prepoſitis, Decanis, Prioribus, Canonicis, Monachis, nec non univerſis & ſingulis Ordinibus Fratrum Predicatorum, Minorum, Heremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum, & aliorum Ordinum quorumcumque ac Religioſorum Prioribus, Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis, & aliis Clericis ſecularibus & regularibus, quibuſcumque nominibus cenſeantur, in ipſa civitate Mutin. vel circa ipſius diſtrictum nihilominus iniungendo, quatenus infra quadraginta dies poſt predictos quatuor menſes immediate ſequentes exeant de civitate & territorio Mutin. ad loca ipſa minime reverſuri, nullis aliis ibidem de novo venturis. Nec Mutinenſes hiidem extra prefatam Civitatem etiam admittantur ad Eccleſiaſtica ſacramenta, donec apoſtolice Sedis gratiam meruerint, & a nobis receperint in mandatis. Quod ſi qui contrafecerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, a qua preter quam in mortis articulo abſolvi non valeant ab alio quam a nobis, quocumque privilegio non obſtante, proviſo tamen quod in Eccleſiis & domibus pro ipſarum cuſtodia in Cathedrali ſcilicet cuſtodia, aliis Collegiatis, ſive ſint Predicatorum, ſive Minorum, ac aliorum Religioſorum ac Secularium,

rium, unus, duo, tres, quatuor vel quinque, ſecundum amplitudinem vel paucitatem numeri perſonarum reſidentium in iiſdem, converſi & litterati, vel ſi converſos non haberent, fratres aut Clerici in minoribus Ordinibus conſtituti, & in Eccleſiis Parochialibus Parochiales presbiteri pro miniſtrandis baptiſmate parvulorum, penitenciis morientium, & aliis Eccleſiaſticis ſacramentis, que miniſtrantur tempore interdicti de iure, licite remaneant. Sed ſi malefactores & cives predicti per menſem in huiuſmodi malitiis contumaciter perduraverint, ex tunc ipſos & eorum quemlibet omnium beneficiorum Eccleſiaſticarum dignitatum privamus, & bona ipſorum immobilia confiſcamus, perſonas ipſorum nihilominus univerſis chriſti fidelibus ut capientium fiant ſervi, ac bona eorum mobilia exponendo quibuſcumque fidelibus occupanda, & alia contra eos, prout ipſorum flagitiorum requirit immanitas, & nobis videbitur expedire. In poteſtatem vero, Conſiliarios & Maiores Civitatis Mantue excommunicationis, interdicti vero in Commune, & ipſam Vniverſitatem ac diſtrictum ipſius propter negligentiam & delictum Raynaldi prefati, qui regimini preerat tunc Civitatis Mantue predicte, niſi idem Raynaldus noſtris mandatis paruerit, ex nunc prout ex tunc ſententiam promulgamus, contra eos ad penas alias, prout nobis videbitur, proceſſuri. Ceterum ne Commune & ſingulares perſone ſatagentes forſan proceſſibus noſtris illudere quoquo modo, cauſentur iter ad Curiam propter quaſdam inimicitias eis non eſſe ſecurum, omnes & ſingulas Vniverſitates, per quarum diſtrictus ipſos vel aliquem ex iiſdem tranſitum facere contigerit ad nos vel ad Romanam Curiam veniendo, & Rectores earum rogamus & ortamur in domino, eiſque per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ob reverentiam apoſtolice ſedis & noſtram ipſos & ipſorum quemlibet, cum per partes ipſorum tranſierint, benigne pertractent, eiſque de ſecuro conductu in eundo & redeundo ſtudeant efficaciter providere. Nos enim eiſdem advocatis, & procuratoribus eorum veniendo, ſtando, & redeundo debitam, quo ad nos, & curiales & familiares noſtros ſecuritatem duximus tenore preſentium concedendam. Inſuper omnes & ſingulos, qui predictum Raynaldum & Comitivam ſuam ad nos & ad Sedem Apoſtolicam venientes ceperint, ſpoliaverint, aut detinere preſumpſerint, vel impedimentum, quominus ad Sedem Apoſtolicam cum bonis & rebus veniant, preſtiterit, cuiuſcumque conditionis, ſtatus, preeminentie vel dignitatis exiſtant, ac omnes illos, qui ad hoc dederint opem, auxilium, conſilium, vel favorem, denuntiamus excommunicationis vinculo per nos & predeceſſores noſtros late contra preſumptores huiuſmodi ſubiacere. Sane citationem premiſſam, quam non ſine cauſa ex certa ſcientia ſupraſcripto modo facimus, ipſos omnes artare volumus, ſicut ſi eos apprehendiſſet perſonaliter & quemlibet eorumdem. Vt autem huiuſmodi mandata, citationes, proceſſus, ſententie ad eorum omnium notitiam deducantur, ipſos coram hac multitudine fecimus publicari, & cartas ſive membranas, citationes, proceſſum, & ſententias eoſdem continentes in Eccleſiarum Carpentoracten. & Avinionen. appendi ſeu affigi oſtiis ſive ſuperliminariis fecimus, que mandata, citationes, proceſſus, & ſententias ſuo quaſi ſonoro preconio & patulo iudicio publicabunt, ita quod illi, quibus mandata, citationes, proceſſus, & ſententie ipſe contigerint, nullam ignorantiam pretendere valeant, cum non ſit veriſimile apud eoſdem remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Carpentoracti ſexto Nonas aprilis Pontificatus noſtri anno nono.

DII.

DII.

Ex Libro Cancel. Communis Tarviſ. ſignato 1316. 1317. Litterę a. 26.

1316.

VEnerabili in Chriſto Patri & Domino ſuo Neapoleoni proviſione divina Sancti Adriani & S. Romanę Eccleſię Diacono Cardinali Franciſcus de Mezovillanis Poteſtas, Anziani, Conſilium & Commune Civitatis Tarviſii amici & fideles cum reverenda recomandatione ſe ipſos. Cognoſcentes univerſalem Eccleſie ſtatum & honorem ſolita nos dilectione zelare, ac etiam ſubditos & fideles Sanctę Romanę Eccleſię directo tramite conſovere, ad paternitatis veſtrę favorem dilectione reverenti concurrentes, Religioſum virum Domnum Paulum Priorem Monaſterii Sanctarum Marię Majoris & Fuſcę Civitatis noſtrę Tarviſii, & ejus conventum ſeu Monacos contra Deum & juſtitiam nuper oppreſſos per Domnum Nicolaum de Baratis de Parma Abb. Monaſterii Nonantulani Dieceſis Mutinenſis in ſua dignemini juſtitia conſervare, firmiter cognoſcentes prętatum Domnum Nicolaum proprii Monaſterii Nonantulani quodamodo oppreſſorem prętatum Monaſterium Sanctarum Marię & Fuſcę, cujus membrum exiſtit, irrationabiliter congravaſſe, ut cum reverentia Abbatis ipſius loquamur, bona ipſius monaſterii & membrorum ſuorum dilapidaſſe. Propter quod & nos qui laici ſumus graviter condolentes, & Monaſterio pręfacto Sanctarum Marię & Fuſcę in noſtra Civitate conſtituto, ad quod multi Chriſti fideles ex devotione & fidei orthodoxę zelo recurrunt, providere juxta poſſe, juſtitia ſuadente, intendimus, inceſſanter paternitatem veſtram de prędictis per latorem pręſentis certiorantes in quantum poſſumus & debemus reverenti devotione rogantes, quatenus veſtrum in hac parte eidem latori auxilium, & favorem tam apud ſummum Pontificem, quam apud ceteros Curiales, & pręſato Priori Sanctarum Marię & Fuſcę impendentes, ne prędictum Monaſterium ad ultimam deſolationem cum ceteris membris Nonantulani Monaſterii quodammodo ex operatione ipſius Abbatis deſolatis noſtro intuitu & amore operari dignemini, nobis, noſtris, & Civitati Tarviſii juxta veſtrum beneplacitum voluntatis precipere & mandare velitis.

Data Tar. die 15. Xbris.

Domnus Nicolaus de Prato Cardinal. Domnus Petrus de Collona. Domnus Guilielmus de Bergamo. Domnus Franciſcus Caytanus. Domnus Arnaldus Pellagrua	omnibus predictis Cardinalibus ſcriptum eſt ex parte Communis ſuper tenore ſuperius ſcripto.

DIII.

Apographum authenticum in Archiv. Nonant.

1318.

IN nomine domini amen. Hoc eſt exemplum ſeu tranſumptum cuiuſdam litere Apoſtolice bullate ad cordulam canapis more Romane curie non abolite, non abraſe, non cancellate, non corrupte, nec in aliqua ſui parte vitiate, ſed omni vitio & ſuſpicione carentis per me notarium infraſcriptum viſe & lecte diligenter, cuius tenor de verbo ad verbum talis eſt. Iohannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabilibus fratribus V. Bononienſ. & B. Attrebatenſ. Epiſcopis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cupientes, ut loca divino cultui deputata, Religioſa precipue, preſerventur a noxiis, & ad ſalubria dirigantur, ad eorum reformatio-

tionem cum expedit apoſtolice ſollicitudinis libenter ſtudium adhibemus. Accedens ſiquidem ad preſentiam noſtram dilectus filius Symon de Florentia Monachus Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis dioceſis nobis expoſuit, quod Nicolaus Abbas Monaſterii predicti minus bene adminiſtrans maiorem partem bonorum dicti Monaſterii valoris quadragintamilium florenorum auri, & alia pro quatuor millibus & quingentis florenis auri Romeo de Pepulis Civi Bononienſi titulo pignoris obbligavit, que tum propter potentiam dicti Romei, tum propter incuriam & culpam dicti Abbatis veriſimiliter non ſperantur, niſi ſuper hoc ſpeciale interveniat Apoſtolice Sedis preſidium, ad ipſum Monaſterium ullo unquam tempore reditura. Preterea dictus Abbas quedam ex bonis aliis dicti Monaſterii dilapidat & conſumit, quedam alienavit & diſtraxit, nonnulla alia creditoribus & conſanguineis ſuis ſub diverſis coloribus obligationum & alienationum conceſſit, propter quod longe ſolito pauciores numero ipſius Monaſterii Monachi reſidentes in eo non habent, unde valeant ſuſtentari. Prefatus inſuper Abbas pravitate ſimoniaca irretitus Prioratus & Eccleſias ad eius & Conventus ipſius Monaſterii collactionem ſpectantes paſſim confert & contulit deſtituendo & inſtituendo in Prioratibus Priores, in Eccleſiis vero predictis Rectores ex pacto & conventione pecunie habite vel habende. Idem quoque Abbas . . . . cupiditate ſeductus ſub pretextu quod velit dicti Monaſterii debita ſolvere, Priores, Prepoſitos, & Rectores Eccleſiarum & Prioratuum ipſi Monaſterio ſubiectorum indebitis exactionibus aggravat, non idoneos ad ſolvendum ſibi impoſitas eis ab ipſo tallias & collectas . . . . per cenſuram eccleſiaſticam . . . . . . beneficiorum predictorum . . . . de facto quandoque ipſos, ut votis eius . . . . . . annuant, alienando de poſſeſſionibus & bonis privatorum & eccleſiaſticorum predictorum . . . . . dando; quodque ſuper hiis eſt idem Abbas in illis partibus publice diffamatus. E contra vero fuit ex parte dicti Abbatis contra Monachum ipſum propoſitum, quod ipſe erat furti & rapine crimine irretitus, incontinentie & inobedientie nota reſperſus, luſor taxillorum & aleator, & transgreſſor regularium ſtatutorum; bona namque ſancti Iohannis de ferraria, & ſancti habundi Eugubine dioceſis prioratuum ad Monaſterium ipſum ſpectantium vendiderat, alienaverat, & diſtraxerat, & ipſos prioratus deſtructioni expoſuit; & quod conſpiraverat contra Abbatem cum pluribus aliis in grave ipſius Abbatis & monaſterii detrimentum, & quod ſuppoſitus fuerat ad huiuſmodi denunciationem per inimicos & conſpiratores contra Abbatem, & in expenſis ipſorum, & quod ſuper hiis omnibus contra eum in his partibus infamia laborabat. Nos igitur intellectis, que de ipſorum Monaſterii miſerabili ſtatu, & Abbatis & Monachi pravis actibus referuntur, dilecto filio noſtro Bernardo Sancte Agathe Diacono Cardinali oraculo vive vocis commiſimus, quod ſuper premiſſis, videlicet utrum contra prefatos Abbatem & Monachum infamia laboraret, inquireret diligentius veritatem, & quod ſuper hiis inveniret, nobis quantocius referre curaret. Cumque prefatus Cardinalis iuxta traditam ſibi formam ſuper premiſſis inquirere, & quod invenit referre nobis curaverit diligentius, inveneritque ſuper pluribus ex premiſſis contra Abbatem hic in Curia per multos teſtes per dictum Monachum productos, nec non contra Monachum ſuper premiſſis per multos teſtes per dictum Abbatem productos, infamia laborare, & per aliquos teſtes bona fama ipſius Abbatis hic etiam in curia ſit probata, Nos nolentes premiſſa, prout etiam nec debemus, ſub diſſimulatione tranſire, ac ad reformationem ſtatus eiuſdem Monaſterii, ne totaliter col-

la-

labatur, paternis ſtudiis intendentes, fraternitati veſtre, de quorum circumſpectione in hiis & aliis fiduciam gerimus in domino ſpecialem, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ad Monaſterium ipſum perſonaliter accedentes, & habentes pre oculis ſolum Deum, inquiratis ſuper hiis omnibus diligentius veritatem, viſitantes nihilominus & reformantes ibidem tam in capite quam in membris quecumque viſitationis & inquiſitionis officio noveritis indigere. Super eo vero quod dictus Romeus bona dicti Monaſterii titulo pignoris retinere dicitur obligata, dicto Romeo ad veſtram preſentiam evocato, quod iuſtum fuerit appellatione poſtpoſita decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, modos & vias & remedia cum Abbate, Monachis & Romeo predictis ſollicite perquirentes, per que dicta bona ad ipſum Monaſterium valeant libere pervenire; dictoque Monacho, cum proprium non habeat, ad proſecutionem huiuſmodi negotii de bonis ipſius Monaſterii, donec huius cauſa debitum finem acceperit, miniſtrari, Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Que autem ſuper premiſſis inveneritis fideliter in ſcriptis redacta ſub veſtris incluſa ſigillis ad preſentiam noſtram deſtinare curetis, ut informari poſſimus exinde, quid per nos ulterius in huiuſmodi negotio ſit agendum.

Dat. Avinione XV. Kal. Septemb. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Et ego Nicolaus de Citis de Traiecto Caietane dioc. publicus apoſtolica & imperiali auctoritate Notarius, & nunc Rev. Patris D. Bernardi Dei gratia Atrebatenſis Epiſcopi ſupradicti ſcriba preſens tranſcriptum ſeu tranſumptum de originali litera papali ſumptum de mandato & auctoritate ipſius D. Bernardi Epiſcopi & Rev. Patris D. Vberti Bononienſis Epiſcopi iudicum a Sede Apoſtolica delegatorum hic fideliter de verbo ad verbum tranſcripſi & in publicam formam redegi, & facta collatione cum Magiſtro Alexandro Egidii de Guarcino notario publico dicti D. V. Bononienſis Epiſcopi infraſcripto, quia ipſum tranſumptum cum dicta originali litera plene concordare inveni, in teſtimonium premiſſorum ſignum meum appoſui conſuetum. Sub anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo nono, Indictione ſecunda, Pontificatus Domini Iohannis Pape XXII. anno tertio.

Et ego Alexander Egidii de Guercino &c.

DIV.

Ex Actis Bertolini Speciarii in Arch. Nonant.

1322.

IOhannes Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Nicolao Abbati Monaſterii Nonantulani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Mutinen. Dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Apoſtolice Sedis benignitas devotorum merita ante mentis oculos grata meditatione revolvens nonnumquam erga devotos exhuberare ſtudet in gratiis, & rigori detrahere, ut ex devotis devotiores fiant, & alii eorum exemplo ad eiuſdem Sedis obſequia fortius animentur. Sane dudum ex parte Symonis de Florentia Monachi Monaſterii tui ad audientiam Apoſtolatus noſtri deducto, quod tu maiorem partem bonorum dicti Monaſterii pro magnis pecuniarum ſummis Romeo de Pepolis Civi Bononienſi pignori obligaras, que quidem bona tum propter potentiam creditorum eiuſdem, tum propter incuriam & culpam tuam reditura ad dictum Monaſterium nullo umquam tempore ſperabantur, & quod bona reſidua ipſius Monaſterii dilapidabas & conſumebas, & quedam alienaveras, diſtraxeras, nonnulla alia creditoribus & conſanguineis tuis ſub diverſis coloribus obligationum & alienationum

num duxeras concedenda; propter que Monaſterium ipſum florere in ſpiritualibus & habundare in temporalibus conſuetum ad inopiam tantam devenerat, quod longe ſolito pauciores numero Monachi ipſius Monaſterii reſidentes in eo non habebant unde ſuſtentari valerent, & quod nonnullis aliis eras criminibus expreſſis per eum etiam irretitus; ac ex parte tua contra dictum Symonem propoſito ex adverſo, quod ipſe erat furti & rapine criminibus ac incontinentie & inobedientie nota reſperſus, taſillorum luſor & alleator, & tranſgreſſor regularium ſtatutorum, & quod bona Prioratuum S. Iohannis de Ferraria & de S. Habundio Eugubin. dioc. ad Monaſterium ipſum ſpectantium vendiderat & deſtruxerat, & deſtructioni expoſuerat prioratus eoſdem, & quod adverſus te cum pluribus aliis conſpiraverat, fueratque ſuppoſitus ad denuntiationem huiuſmodi per inimicos & conſpiratores tuos expenſis ipſorum, & quod ſuper premiſſis omnibus & ſingulis utriuſque propoſitis uterque veſtrum infamia laborabat, Nos dilecto filio noſtro Bernardo S. Agathe Diacono Cardinali commiſimus oraculo vive vocis, ut diligenter inquireret de huiuſmodi infamia utriuſque, & quod ſuper hoc inveniret nobis referre curaret. Et quia per inquiſitionem ſuper hoc habitam per Cardinalem predictum de premiſſis nobis non potuit plene liquere, Venerabili Fratri noſtro Huberto Bononienſi & bone memorie Bernardo Atrebatenſi Epiſcopis tunc in partibus illis Apoſtolice Sedis nunciis noſtris dedimus litteris in mandatis, ut ad Monaſterium ipſum perſonaliter accedentes inquirerent ſuper premiſsis omnibus & ſingulis veritatem, viſitantes & reformantes ibidem tam in capite quam in membris quecumque viſitationis, inquiſitionis, & reformationis officio indigere viderent; & quod dictum Romeum, qui detinere dicebatur bona dicti Monaſterii, ad ſuam preſentiam evocarent, & quod iuſtum foret decernere procurarent, & quod decernerent per censuram Eccleſiaſticam facerent obſervari, modos & vias & remedia cum Abbate, Monachis, & Romeo predictis ſollicite perquirendo, per que dicta bona ad ipſum Monaſterium pervenire valerent, & que ſuper hiis invenirent, in ſcriptis redacta ſub eorum incluſa ſigillis nobis deſtinare curarent. Porro dicti Epiſcopi eiſdem litteris noſtris receptis ad dictum Monaſterium perſonaliter accedentes, ac receptis articulis oblatis per te & Monachum memoratum, ac ſuper ſtatu dicti Monaſterii & membrorum ipſius diligentius inquirentes, tandem te ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium ſuſpenderunt, omnem adminiſtrationem huiuſmodi tibi ſub excommunicationis pena, quam in te protulerunt, ſi de adminiſtratione predicta te intromitteres quoquomodo, interdicentes omnino, & precipientes Monachis, Converſis, & Rectoribus & Prioribus quibuſcumque & aliis ſubditis Monaſterii predicti, ne ipſi vel eorum aliquis tibi tamquam Abbati intenderet vel pareret, donec a Sede Apoſtolica aliud reciperent in mandatis. Licet igitur pro huiuſmodi proceſsibus dictorum Epiſcoporum quod rationabiliter ſint habiti, ſit merito preſumendum, quia tamen tu omneſque progenitores tui ab antiquo conſtanti animo non evitatis perſonarum ac rerum periculis inconcuſſe devotionis inſignia ad Sedem Apoſtolicam oſtendiſtis, eiuſdem vos rebellibus viriliter opponendo, tuque ad dictam Sedem accedens inibi per plures annos laudabiliter converſatus te, ſicut multorum teſtimonio fide digno recepimus, adeo humilem & devotum exhibere curaſti, quod nos & ſedem ipſam erga perſonam tuam ad benivolentiam & manſuetudinem tua humilitas & devotio efficaciter inclinavit, Nos ſperantes, quod deinceps dictum Monaſterium & membra ipſius laudabiliter gubernabis, ac tum propter rationes huiuſmodi, tum etiam ne ipſius Monaſterii bona in alio-

aliorum manus, qui nullo devotionis zelo afficiuntur ad Monaſterium memoratum, valeant deperire, in hiis diligentes viam manſuetudinis non rigoris, ſuſpenſionem huiuſmodi per dictos Epiſcopos contra te factam auctoritate apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio miſericorditer tollimus, & totaliter relaxamus, tibique preſentium auctoritate concedimus, ut non obſtantibus quibuſcumque proceſsibus ſuper hiis contra te habitis per Epiſcopos memoratos, deinceps adminiſtrationem plenam & liberam eiuſdem Monaſterii & membrorum omnium, bonorum, & iurium ipſius in ſpiritualibus & temporalibus exercere libere valeas, ſicut ante ſuſpenſionem & proceſſus huiuſmodi poteras exercere, nihilominus omnem maculam ſive notam adverſus te forſan ex predictis exortam de apoſtolice poteſtatis plenitudine abolentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre ſublationis, relaxationis, conceſsionis, & abolitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Avinione III. Non. Febr. Pontificatus noſtri anno ſexto.

DV.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1323.

IN Chriſti nomine amen. Anno nativitatis eiuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo tertio Indictione VI. die undecimo menſis Aprilis. Cum dudum bone memorie dominus dompnus Guido olim Monaſterii Nonantulani electus &c. prechario & emphiteotico iure conceſſerit domino fratri Petro tunc Preceptori Eccleſie ſancte marie domus militie templi Mutin. dioc. poſite prope Pontem ſancti Ambroſii ſub conditione annue penſionis & renovationis poſt quinquaginta annos faciende preceptori, qui pro tempore fuerit, Eccleſie ſupradicte infraſcriptas pecias terre, caſamenta & poſtas molendinorum poſitas in curia ſive maſſa Nonantule in pertinentiis ſancti Ambroſii, ſtrate, & inſule; prima quarum eſt caſamentata cum Eccleſia, clauſtro, domibus, & hedificiis poſitis prope pontem predictum, a mane flumen panarii, a meridie ſtrata, a ſero & de ſubtus dominus petrus de periſendis, quas eſſe dixit duas bebulcas. Secunda pecia eſt prativa poſita prope pontem predictum; a mane poſta molendini, a meridie & a ſero flumen ſcoltenne, & de ſubtus ſtrata, quam eſſe dixit unam bebulcam & dimidiam. Tertia pecia eſt caſamentata poſita in eadem contrata, a mane Thomaxinus Dalſero, a meridie & a ſero dicta ſtrata, & de ſubtus via que vadit Panzanum, quam eſſe dixit unam bebulcam. Quarta pecia eſt caſamentata poſita ibi prope, a mane dicta Eccleſia ſancte Marie, a meridie foſſatum ſdugarium, a ſero via inſule, & de ſubtus ſtrata, quam eſſe dixit duas bebulcas. Quinta pecia poſita eſt ibi prope, a mane & a meridie Templarii, a ſero via inſule & de ſubtus dictum foſſatum, quam eſſe dixit duas bebulcas & dimidiam. Sexta pecia eſt clauſurata poſita in villa Inſule, a mane ventura de manariis, a meridie via, a ſero & de ſubtus domina Zebellina uxor quondam Philippi de Oculis, quam eſſe dixit duas bebulcas & dimidiam. Item unam poſtam molendini poſitam in pertinenciis ſancti Ambroxii prope dictum pontem cum aquariis & aqueductibus, a mane infraſcripta poſta molendini, a meridie canale dicte poſte, a ſero dicta pecia terre prative, & de ſubtus via. Item aliam poſtam molendini poſitam ibi prope; a mane poſta molendini, quam tenet prior de Gena, a meridie Zachani de villa ſtrate, a ſero dicta alia poſta molendi-

di-

dini, & ſunt in ſumma undecim bubulce & dimidia ſine dictis poſtis &c. prout in inſtrumento conceſſionis eiuſdem ſcripto manu & publicato Cencii quondam Panchagnoni imperiali auctoritate notarii ſub anno domini Milleſimo CC. LXXXXXV. Indiction. VIII. die II. Madii a me notario viſo & lecto plenius continetur; idcirco Reverendus vir Dominus Nicolaus Archipresbiter plebis de Bondeno Vicarius generalis in ſpiritualibus & temporalibus Ven. Patris D. Nicolai Dei & Apoſtolice Sedis gratia Abbatis prefati Monaſterii &c. dedit & conceſsit iure prechario hinc ad completos quinquaginta annos proxime venturos Fratri Paſio de Mutina Ordinis Sancti Iohannis Ieroſolimitani nunc dicte Eccleſie Sancte Marie Preceptori &c. nomine & vice dicte Eccleſie, & domini Fratris Leonardi Prioris Venetiarum eiuſdem Ordinis, ſub cuius Prioratu dicta Eccleſia nunc exiſtit, ſupradictas pecias terre &c. Reddat quoque & ſolvat pro omni fructu & redditu dicte terre & caſamentorum Domino Abbati &c. annuatim menſe Martii tres ſoldos bonon. parvorum nomine penſionis & pro qualibet poſta dictorum molendinorum quinque ſoldos bon. parvorum nomine penſionis &c. Inſuper dictus dominus Vicarius conceſsit dicto Fratri Paſio iuxta formam preſentis contractus omnia iura competentia dicto Monaſterio Nonantulano in quatuor peciis terre, quas Guizardinus de Balduinis avus quondam Balduini & domine Iſabette habuerat iure prechario a domino Rodulfo quondam Abbate Monaſterii ſupradicti, ut apparere dicitur ex inſtrumento prechario ſcripto manu Adelberti notarii &c.

Actum in Monaſterio Ordinis ſancte Trinitatis ſito prope Mutinam (1) preſentibus domino fratre Iohanne Priore eiuſdem Monaſterii, domino Fratre Alberto eiuſdem Ordinis, domino Fratre Lanfrancho Preceptore in Eccleſia Sancti Iohannis de Cantono Mutin. (2) Gerardino de Boraciis de Mutina &c.

Rog. Bertolinus qu. Andree Speciarii.

DVI.

Ex Regiſt. Litterarum Apoſtolicarum Iohannis PP. XXII. An. VII. Par. 2. Ep. 1124. in Arch. Vatic.

1323.

Iohannes &c. Venerabili Fratri . . . . Epiſcopo Regino Salutem &c.

Significarunt nobis dilecti filii . . . . Abbas & Conventus Monaſterii Nonantulani Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dio- ce-

(1) La Chieſa della Trinità fu innalzata l'anno 1204. un miglio fuor della Porta di Saliceto detta ora Porta di Bologna (*Script. Rer. Ital. Vol. XI. p. 56.*) poſcia nel 1260. fu traſportata nel Borgo di Albareto, cioè fuor della Porta che or diceſi del Caſtello (*Ib. p. 66.*), e dal Veſcovo Alberto Boſchetti fu conceduta a' Canonici Regolari di S. Agoſtino (*Silling. Series Epiſc. Mutin. p. 95.*), cioè a quelli della Congregazion di S. Marco di Mantova iſtituita al principio del ſecolo ſteſſo. Di fatto nel Catalogo MS. delle Chieſe di Modena altre volte citato ſi legge: *Monaſterium S. Trinitatis de Suburbiis Mutine Ordinis S. Marci de Mantua habet infraſcripta alia Monaſteria* (di Monache) *& tenet ut unita: Monaſt. S. Magdalene Civitatis Mutin. Monaſterium S. Flandine extra muros Mut. Monaſter. S. Trinitatis de Spillamberto.* Venuta poi meno ſul principio del XVI. ſecolo la detta Congregazione vi furono nel 1506. introdotti i Canonici Regolari Lateranenſi; i quali atterrata nel 1520. la Chieſa della Trinità furono traſportati alla Chieſa detta volgarmente di S. Maria delle Aſſi nella ſtrada del Canal Grande.

(2) La Chieſa di S. Maria del Cantone fu fabbricata l'anno 1200. (*Scrip. Rer. Ital. Vol. XI. p. 56.*). Il vederla poſſeduta, come è anche al preſente, da' Cavalieri dell'Ordine di S. Giovanni Geroſolimitano potrebbe far credere, ch'eſſa apparteneſſe prima a' Templarj. Ma nel poſſeſſo delle lor Caſe e Chieſe di queſti contorni dato a' Cavalieri di S. Giovanni, e da noi pubblicato poc'anzi, ſi nomina bensì la Chieſa del Ponte di S. Ambrogio, ma di queſta non ſi fa alcuna menzione.

ceſis, quod per Cives & Incolas Bononienſes & Mutinenſes & quarumdam aliarum Civitatum & Dioceſium illarum partium quedam Iura aſcripta & precarie vulgariter nuncupata, quorum aliqua uſque in tertiam generationem, alia vero imperpetuum, per ipſos Abbatem & Conventum ſolita ſunt concedi, nec non & feuda alia, quorum revocationis memoria non habetur, ab ipſo Monaſterio tenentur in feuda, ex quibus iuribus & feudis propter valorem exilem & tenuem eorumdem Monaſterium huiuſmodi nullum poteſt commodum reportare, quinimo inter ipſum Monaſterium ex parte una & Cives & incolas ſupradictos ex altera ſuper premiſſis iuribus lites frequenter & ſcandala plurima ſuſcitantur, que redundant in ipſius Monaſterii manifeſtum preiudicium & iacturam, ac exinde Monaſterium ipſum enorme noſcitur incurrere detrimentum. Quare cum ex alienatione ſeu affrancatione iurium huiuſmodi poſſit multo melior fieri condicio Monaſterii prelibati, iidem Abbas & Conventus Nobis humiliter ſupplicarunt, ut eidem Monaſterio ſuper hoc providere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur de tua circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac volentes quantum cum Deo poſſumus ipſius Monaſterii indempnitatibus precavere, cum de premiſſis nobis ad preſens plene conſtare non poſſit, Fraternitati tue per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſuper premiſſis omnibus & ſingulis ſummarie de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii plenarie te informes, & quecumque ſuper hiis inveneris nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare procures, ſic quod a te ſuper hiis plenarie informati poſſimus ſuper premiſſis utilitatibus Monaſterii prefati annuente Domino ſalubriter providere. Datum Avinione Kalendas Iulii, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

DVII.

Ex Actis Bertolini Speciarii in Archiv. Nonant.

1323.

IOhannes Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Conſilio, Communi, & Regimini Civitatis Bononie ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Vt eccleſiarum & Monaſteriorum ſtatus proſperi ſinceri comprobemini zelatores, illis ſtudiis vacare vos decet devotionis zelo continue, per que Eccleſias & Monaſteria predicta non ſolum quantum in vobis eſt tuta reddatis ab iniuriis & offenſis, verum etiam ea ſic ſolerter ſatagatis proſequi & clementi munificentia & honorificentia reverenti, quod exinde apud excelſum ſuper omnes gentes dominum frui dulcedine mereamini hereditatis eterne. Nuper ſiquidem ad audienciam apoſtolatus noſtri pervenit, quod dudum dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii Nonantulani Ordinis S. Benedicti Mutin. dioc. quaſdam poſſeſſiones ad ipſum Monaſterium ſpectantes Romeo de pepulis concivi veſtro per quamdam ſummam pecunie ad certum tempus, quod nondum eſt elapſum, impignoraverunt de licentia Sedis Apoſtolice ſpeciali. Que quidem pecunia in uſus ſancte matris Eccleſie, videlicet contra Venetos, tempore, quo ipſi Eccleſie erant inobedientes & rebelles (1), expenſa extitit & etiam inrogata, iuramento in ipſius impignorationis contractu per ipſos Abbatem & Conventum corporaliter preſtito de non revocando ſeu repetendo poſſeſſiones predictas uſque ad tempus in contractu impignorationis huiuſmodi limitatum; quod dictus Romeus ex ipſarum poſſeſſionum fructibus ultra duplum pecunie predicte, quam eiſdem Abbati & conventui mutuaverat, noſcitur percepiſſe. Ea propter cum

(1) Alludeſi alla guerra, che Clemente V. nel 1309. moſſe contro de' Veneziani per ricuperar Ferra ra da eſſi occupata.

cum fructus huiuſmodi ultra ſortem percepti ſint in ſortem eamdem iuxta ſanctiones canonicas computandi, dicteque poſſeſſinnes, & quidquid ultra ſortem receptum ex eis, reſtituende Mnnaſterio antedicto, Vniverſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis nihilnminus per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ſicut illi, qui, ut teoemioi, iuſtitiam ex toto corde diligitis & ſervatis, poſſeſſiones preſatas eiſdem Abbati & Conventui, ooo obſtante iuramento predicto, ob reverentiam apoſtolice Sedis & noſtram abſque difficultatis obſtaculo pure & libere, quantum io vnbis eſt, faciatis reſtitui & integraliter aſſignari, hec ſic efficaciter & liberaliter adimplendo, quod a retributore omnium bonorum donum retributionis propter hoc conſequi valeatis, noſque devotionem veſtram poſſimus exinde non immerito commendare. Nos autem iuramentum preſatum, cum vergat in ipſius Monaſterii detrimentum, eiſdem Abbati & conventui ex nunc penitus auctoritate apoſtolica relaxamus. Dat. Avinione II. Id. Iulii Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

DVIII.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1323.

IN Chriſti nomine amen. Anoo nativitatis eiuſdem milleſimo treceteſimo vigeſimo tertio, Indictiooe ſexta, die decimo octavo meoſis Iulii. Noverint univerſi preſens inſtrumentum publicum inſpecturi, quod Reverendus vir D. Nichnlaus Archipresbiter plebis de Bondeno Ferrarienſis Dioc. Vicarius generalis &c. prechario & emphiteotico iure conceſſit & locavit domino Gerardinn & Petro Antonio fratribus & filiis quondam Domini Guidonis de la Mnlza Civibus Mutin. &c. eiuſque filiis & nepotibus &c. infraſcriptas pecias terre boſchive poſitas in curia Solarie, cuilibet pro indiviſo & medietate. Prima quarum eſt quinquaginta bubulcarum: confinatur, a mane heredes arloti de rubeis, a meridie via de caſtello pro parte, & pro parte Zannes baraldus & Iacomus baraldus, a ſero & de ſubtus dictum monaſterium mediante ſignata. Secunda eſt centum triginta bubulcarum; confinatur, a mane flumixellus, deſuper via predicta de caſtello &c. Tertia eſt coofinata, a mane navigium vetus, a meridie dictum monaſterium, a ſero ſnvea de Ronchaleis &c. & eſt per teſtam penes dictum navigium & penes dictam foveam ſcilicet per quamlibet centum viginti necto pertice, & per quamlibet aliam teſtam ſeptem centum pertice. Quarta confinatur, a mane dictum navigium &c. a ſero dicta ſovea &c. & eſt ſuper dictum navigium quinquaginta quinque pertice, & totidem penes dictam foveam, & per quamlibet aliam teſtam ſeptemcentum pertice. Quinta confinatur, a mane dictum navigium &c. a ſero dicta ſnvea &c. & eſt peoes navigium ipſum quinquaginta pertice, & totidem pro teſta ſnvee & prn qualibet alia parte ſeptemcentum qnioquaginta pertice &c. Que omnes ſupraſcripte pecie terre ſunt poſite in quadam pecia terre boſchive que dicitur Saliceta poſita in dicta Curia Solarie, que tota dicta pecia terre ſnlita erat cnnfinari, a mane & a meridie homines de Solaria, a ſero Curtis Camurane, & Curia de Ronchaleis, & de ſubtus Curia Camurane, & curia Sancti Felicis, & que tota pecia terre nunc confinatur, a mane navigium vetus & flumixellus pro parte, a meridie de Caſtello, a ſero Curia Camurane & Curia de Ronchaleis, & curia Sancti Felicis, & de ſubtus Curia Camuraoe & Curia Sancti Felicis &c. Reddant autem pro omni fructu &c. annuatim de menſe magii unum florenum auri &c. nomine penſionis &c. Actum Mutine in domo ſupraſcripti Gherardini &c.

Rng. Berıolinus qu. Andr. Speciarii.

DIX.

Digitized by Google

DIX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1325.

IN Chriſti nomine amen. Anno eiuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo quinto Indictione octava, die vigeſimo quarto menſis Iunii. D. Maria quondam domini Petri de menturxio debilitate corporis impedita, ita quod preſentialiter non poſſet ante preſentiam Ven. Patris domini Nicholai dei gratia Abbatis Monaſterii Nonantulani cum ſubdelegatione Ven. Patris D. Bertrandi miſeratione divina tit. S. Marcelli Presbiteri Cardinalis in partibus Lombardie Legati ſummi Pontificis perſonaliter ſe transferre, fecit &c. Bonadamum qu. Domini Andree de Spezano &c. procuratorem &c. ad comparendum &c. coram dicto domino abbate, & ad petendum &c. abſolutionem de omnibus proceſſibus & ſententiis tam excommunicationis quam aliis quibuſcumque latis contra ipſam tacite vel expreſſe &c. eo quod olim tranſitum feciſſet per civitatem ferarie, vel in ipſa Civitate moram traxiſſet, vel in alia terra ſuppoſita dominio Raynaldi & Opizonis quondam Marchionum Extenſium, vel eiſdem impendiſſet auxilium &c. [1] & ad recipiendum pro ea illam penitentiam quam dictus dominus Abbas eidem D. Marie imponere voluerit pro predictis &c.

Actum Bononie in burgo Lamarum ſub portichu habitationis predicte D. Marie &c. Rog. Iohannes qu. Guizardini.

DX.

Excerpta ex Autographo in Arch. Nonant.

1325.

IN Chriſti nomine amen. Anno nativitatis eiuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo quinto Indictione VIII. die XXV. menſis Iulii. Vacante plebe ſancti Silveſtri de Ronchalia Mutinen. dioc. per obitum dompni Thomaxini Archipresbiteri eiuſdem Plebis, qui de menſe Iunii debitum nature perſolvit, Ven. Pater Dominus Frater Nicolaus dei gratia Abbas &c. ad quem prima vox in electione Archipresbiteri dicte Plebis, cum pro tempore vacat, pertinere dignoſcitur &c. & providus vir dominus dompnus Silveſter Cannonicus eiuſdem Plebis convenientes in Capitulo dicti Monaſterii tamquam in loco congruo & tuto, cum ad dictam Plebem propter guerrarum diſcrimina, que noviter mota ſunt & moventur per Commune Bononie contra Civitatem & diſtrictum Mutin. tamquam contra Rebelles ſancte Matris Ecclesie, & propter proceſſus contra ipſos Mutinenſes & ſequaces & valitores eorum per Sedem Apoſtolicam factos & promulgatos (1), & quia timent de impreſſione in ipſa electione, ſi fieret in dicta Plebe, per quoſdam potentes Laycos, in quorum fortia ipſa Plebes ſita eſſe dignoſcitur, non valent ad celebrandam electionem convenire ſecure, vocatis omnibus, qui debuerunt &c. & poſt diutius expectatis &c. demum autem dictus dominus Silveſter ellegit Capituli nomine in compromiſſarium dominum Abbatem prefatum &c. promittens etiam prefato domino Abbati, quod illum reciperet

(1) Dappoichè Clemente V. nel 1309. ebbe ritolta Ferrara dalle mani de' Veneziani, diella con titolo di Vicariato a Roberto Re di Napoli. I Ferrareſi ſollevatiſi l' anno 1317. cacciaron le truppe del Re Roberto, e richiamarono ad eſſere lor Signori Rinaldo ed Obizzo Marcheſi d' Eſte figlj del Marcheſe Aldobrandino. Quindi lo ſdegno del Pontefice Giovanni XXII. e le ſcomuniche contro eſſi e i lor fautori fulminate, cui queſta Donna temeva di avere incorſe.

(1) Della guerra moſſa in quest'anno da' Bologneſi a' Modeneſi, vegganſi gli Annali d' Italia.

Digitized by Google

ret in ſuum, & dicte Plebis Archipresbiterum, quem ipſe elligeret *&c.*

Actum Nonantule in dicto Monaſterio coram altare ſancti Petri, preſentibus Religioſo viro domino dompno Servodeo Priore Clauſtrali dicti Monaſt. Manfredino de Boionibus de Regio, & Villano de Scufinellis de Nonantula *&c.*

Rog. Ioannes Bertolini qu. Andree Speciarii.

DXI.

Fragmentum Autographum ſed acephalum & mutilum in Actis Bertolini Speciarii in Archiv. Nonant.

1325. & 1326.

EOdem Anno & indictione die ultimo maii (1).

Rolandinus quondam Rolandi torte

Domina Lucha eius uxor

Ghisla eius filia quinque annorum etatis

Et Iohannes ejus filius etatis duorum menſium

Se preſentaverunt afferentes ſpecialiter dictus Rolandinus & eius uxor pro ſe & dictis ſuis filiis, qui etiam iuraverunt pro ſe & ipſa quinque annorum pro ſe, & ipſa domina Lucha pro dicto minori, pro quibus Gerardatius de Liazariis promiſit & fideiuſſit, ex quibus conceſſit litteras ut ſupra.

Actum in parlatorio dicti Monaſterii Nonantulani preſentibus dicto fratre Nicolao priore Sancti Romani de Ferraria, franco de boiardis de Regio, formicha de Scarpellis & aliis *&c.*

Eodem anno die VIIII. Iunii.

Nobilis domina Iohanna uxor domini Nerini de Rangonibus ſe preſentavit (*deletum eſt*) & afferuit eſſe de extrinſecis Mutine *&c.* ut ſupra. Albertinus de Caſole fideiuſſit pro ea, ex quibus dictas litteras ei conceſſit. Actum Nonantule ſub palacio veteri dicti Monaſterii preſentibus dicto Symone de Scuffinellis, Raynerio quondam Tinti de Nonantula & Georgio dicto ſachini brugnoli de parma.

Die XI. dicti Menſis.

Iohannes Fratris Benvenuti calzolarii ſe preſentavit & afferuit ut ſupra *&c.* Ser pax de Boniſſogna Capelle Sancte Marie de turlionibus fideiuſſit *&c.* Actum in palatio dicti Monaſterii preſenribus domino fratre Iohanne priore Sancte Trinitatis de Mutina, Gerardo caloclo de Runchaleis, Manfredino de Boionibus de Regio *&c.* Dominus Iohannes dicti Franciſci Muſſolini de Bononia capellano Sancti Thome fideiuſſit pro eo. Actum Nonantule ſub palacio veteri dicti domini Abbatis preſentibus domino Nicolao Archipresbitero de Bondeno, Silveſtro de Sancto Felici & aliis.

Die XII. dicti Menſis.

Frater Andreas filius Guidonis de Guidonibus Novicius Ordinis Fratrum Minorum comparuit & ſe preſentavit & afferuit *&c.* ut ſupra. Guiducius trovadini fideiuſſit pro eo.

Actum in palatio dicti domini Abbatis preſentibus Manfredino de Boionibus de Regio, Raynerio quondam Tinti de Nonantula & aliis pluribus ut ſupra *&c.*

Die XVI. Iunii.

Nobiles Viri Philippus *&c.*

Zexius Fratres & Filii quondam D. Thomaxini de Rangonibus ſe preſentaverunt & afferuerunt ut ſupra, & unus pro altero fideiuſſit.

Actum Nonantule ſub palatio vereri dicti domini Abbatis preſente domino Nicholao Archipresbitero plebis de Bondeno, Francho de Boiardis de Regio, Raynerio quondam Tinti & aliis *&c.*

Eo-

(1) Nel tempo, che ardeva la guerra de' Bologneſi contro de' Modeneſi, i quali il Papa voleva che foſſer conſiderati coma ribelli ed eretici, alcuni moſſi dal timore delle cenſure dovetter chiederne e ottenerne lettere d'aſſoluzione; e convien dira, che l'Abate di Nonantola foſſe deſtinato a riconciliarli colla Chieſa.

Eodem die loco & preſentibus dictis ut ſupra.

Pinardus quondam Ser Guizardini de marzaleis ſe preſentavit & aſſeruit ut ſupra, & predicti Nobiles pro eo fideiuſſerunt.

Die XVII. dicti Menſis.

Ser Raynerius Gatus ſe preſentavit & aſſeruit ut ſupra, & Iohannes Garde de Nonantula fideiuſſit pro eo. Actum ut ſupra preſentibus domino Nicolao predicto & Francho & Manfredino de boionibus ambobus de Regio ut ſupra &c.

Eodem Anno & Indictione die VIIII. Iulii. Coram dicto domino Abbate comparuerunt domina Iohanna uxor domini Franciſci de Materellis, Novellus & Bartholomeus fratres & filii dicti domini Franciſci & Iohannina eius famula aſſerentes extrinſecos mutine & tranſitum & moram feciſſe &c. & humiliter petentes &c. Et Zacharias Trimanini fideiuſſit pro eis, ex quibus &c.

Actum Nonantule ſub palacio veteri dicti Monaſterii preſentibus domino Nicolao Archipresbitero plebis de Bondeno, Fratre Bernardo Monacho dicti Monaſterii, & Raynerio quondam Tinti de Nonantula ut ſupra &c.

Eodem Anno & Indictione die XXV. Iulii coram dicto domino Abbate comparuit Zanes Bochanigra quondam Rubeus, aſſerens & humiliter petens ut ſupra, ex quibus conceſſit &c. & Zanes garde fideiuſſit pro eo.

Actum Nonantule in loco parlatorii preſentibus dicto N. Archipresbitero de Bondeno, Nobili Viro Tiſio de Galuciis & dom. Symone de Scuffinellis ut ſupra &c.

Die XIV. Auguſti dicti Anni.

Eodem Anno & Indictione die XIIII. Auguſti coram dicto domino Abbate comparuerunt &c. Nobiles Viri Iohannes de Boſchetis & Simon eius filius, & Iohannes eius famulus aſſerentes ut ſupra, & paulus de perſolis fideiuſſit pro eis.

Eodem Anno & Indictione die XXVII. Auguſti. Comparuerunt & ſe preſentaverunt dicto modo Domina Ceſaria uxor nobilis Viri D. Iohannis de Boſchetis, Nicolaus eius filius, Menta eius famula, dompna Maria, & Catelina eius famula, Aygonus de Boſchettis, & Zainus eius famulus, aſſerentes ut ſupra, & iuraverunt &c. ex quibus conceſſit eis literas abſolutionis.

Bonadanus filius dicti domini Iohannis fideiuſſit pro eis.

Actum Nonantule in clauſtro dicti Monaſterii preſentibus domino Nicolao Archipresbitero plebis de Bondeno, dompno Bernardo Monacho Monaſterii Nonantulani predicti, Francho de Boiardis de Regio.

Eodem die.

Petrus & Iacomus de ſtublis,

Iohannes Albertini Vicetii comparuerunt ut ſupra & iuraverunt, & unus fideiuſſit pro altero. Actum ut ſupra & preſentibus dictis teſtibus.

Milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto, indictione decima tertia.

Eodem Anno & Indictione die quarto Februarii Catelina quondam Nuti de Mutina aſſerens ſe extrinſecam dicte Civitatis comparuit & iuravit &c. ex quibus conceſſit litteras ut ſupra. Et petracinus de Liazariis fideiuſſit pro ea. Actum Nonantule in clauſtro dicti Monaſterii preſentibus D. dompno Servodeo priore clauſtrali, & dompno Bernardo Monachis dicti Monaſterii & Raynerio quondam Tinti de Nonantula teſtibus &c.

Eodem Anno & Indictione die XXIII. Februarii Guillelmus filius domini pini de pregenariis de mutina procurator domine Richelde ſue matris & uxoris dicti domini pini, ut de dicta procuratione patet per inſtrumentum factum per Geminianum de Sancto Ceſario notarium a me notario viſo & lecto, preſentavit ſe coram Reverendo Viro domino Nicolao dei & apoſtolice Sedis gratia Abbate Nonantulano ſubdelegato ve-

ne-

nerabilis patris domini Bertrandi dei gratia titulo Sancti Marcelli presbiteri Cardinalis apoſtolice ſedis Legati in partibus Lombardie, & cum reverentia petens ab ipſo domino Abbate ut dignaretur & vellet abſolvere dictum Guillelmum *&c. Reliqua deſunt*.

DXII.

Autographum in Archiv. Nonant.

1327.

NIcolaus dei & apoſtolice ſedis gratia Abbas monaſterii ſancti ſilveſtri de nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis . . . . & confratri noſtro dompno Seneſio Priori Eccleſie noſtre S. Felicis in piazza de florentia ſalutem in domino. Cum hiis diebus nobis ſup. . . . . pientis viri legum militis domini Franciſci de Liazariis civis Bononienſis, quatenus ipſum Vgolinum dignaremur in dicto monaſterio noſtro reci. . . . . fide dignorum ipſum Vgolinum fore moribus, ſcientia & honeſtate circumſpectum, & deo devotum, & in bonis operibus converſari, cumque . . . . fit diminui, inclinavimus ſupplicationi huiuſmodi: ſet attendentes, quod inclinationem prefatam preſentialiter comode non . . . . propter damna, que olim ſuſtinuimus a rebellibus ſancte romane Eccleſie, tum etiam quia alia multa gravamina, que nobis . . . . deliberavimus, quod ipſum Vgolinum auctoritate noſtra qua fungimur in hac parte pro dicto monaſterio recipere debeas . . . . predicta. Quare tibi committimus & mandamus tenore preſentium . . . . quatenus in virtute ſancte obedientie ad predicta procedere ſtudeas . . . . viere & benigne & caritative tractare, donec de noſtro proceſſerit beneplacito, tibi totaliter committentes vice . . . . tes & annullantes omne mandatum & conceſſionem tibi per nos factam in ſimili forma de quacumque perſona per tempora retr. . . . . & ad perpetuam rei memoriam preſentes regiſtrari fecimus, noſtrique ſigilli inpendentia muniri.

Dat. Nonantule in palatio noſtro anno domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo Indictione decima die . . . . ſanctiſſimi patris & domini domini Iohannis digna dei providentia pape XXII.

DXIII.

Ex Regiſt. Iohannis XXII. An. XIV. Par. 2. ep. 98. in Arch. Vatic.

1330.

IOhannes *&c.* Dilecto filio Bernardo Abbati Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis ſalutem *&c.* Licet continua ſupervenientium negotiorum inſtantia Nos, qui diſponente Domino univerſalis Eccleſie regimini preſidemus, inſultibus impetat ſucceſſivis, ſollicitudo tamen Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium & illorum precipue, que Romane dumtaxat Eccleſie ſunt ſubiecta, noſtris incumbens humeris tanto arcius nos cotidiana meditatione perurget, quanto eis ſumus ſpecialius obligati. Dudum ſi quidem ex certis rationabilibus cauſis omnes & ſingulas cathedrales & Collegiatas Eccleſias Seculares & Regulares in Civitate & Dioceſi & Provincia Ravennatenſi per biennium primo & deinde tempus huiuſmodi biennale diverſis ſucceſſive vicibus de biennio in biennium prorogando uſque ad Kalendas Aprilis proxime tunc inſtantis provviſioni noſtre & Sedis Apoſtolice per diverſas noſtras litteras inde confectas auctoritate apo-

apoſtolica duximus reſervandas, decernentes ex tunc in ſingulis huiuſmodi reſervationibus irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Voluimus inſuper & decrevimus per litteras noviſſime prorogationis huiuſmodi reſervationem eandem ad ſeculares & regulares tam Cathedrales quam Abbatiales & alias quaſcumque Collegiatas, preterquam Monialium & aliarum Religioſarum mulierum, Eccleſias exemptas & non exemptas dictarum Civitatum & Dioceſium ac Provincie, quibuslibet declarationibus alias factis ſuper hoc non obſtantibus, extendendam, ac deinde cum finis huiuſmodi ultime noſtre prorogationis inſtaret, Nos ſimilibus cauſis inducti reſervationem & decretum predicta uſque ad duos annos ab eiſdem Kal. Aprilis in antea computandos per alias noſtras certi tenoris litteras auctoritate predicta modo & forma expreſſis ſuperius extendendas duximus, & etiam prorogandas. Interim autem Monaſterio Sancti Silveſtri de Nonantula ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis in dicta Provincia conſiſtente per obitum quondam Nicolai ipſius Monaſterii Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Abbatis regimine deſtituto, Nos vacatione huiuſmodi fide dignis relatibus intellecta de ipſius Monaſterii Ordinatione, ne diſpendia prolixe vacationis incurreret, paterna ſollicitudine cogitantes, cum nullus preter nos de proviſione dicti Monaſterii ea vice ſe intromittere poſſet, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, poſt deliberationem, quam de preficiendo eidem Monaſterio perſonam utilem & etiam fructuoſam habuimus cum noſtris Fratribus diligentem, demum ad te Priorem Prioratus Sancti Amancii Vallis Torreti dicti Ordinis Caſtrenſis Dioceſis Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, & in Sacerdotio conſtitutum, cui de literarum ſcientia, religionis zelo, honeſtate morum, vite mundicia, & aliarum virtutum meritis apud nos laudabilia teſtimonia perhibentur, direximus aciem noſtre mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona tua ipſi Monaſterio Sancti Silveſtri de ipſorum Fratrum conſilio auctoritate apoſtolica providemus, teque illi preficimus in Abbatem curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod prefatum Monaſterium, gratia tibi favente divina, ſub tuo felici regimine proſpere dirigetur, & ſalutaria auctore Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus onus regiminis dicti Monaſterii Sancti Silveſtri debita devotione ſuſcipiens, ſic te in cura ipſius ſolicite, fideliter, & prudenter exercenda exhibeas ſtudioſum, quod proinde premium retributionis eterne, noſtram & dicte Sedis benedictionem & gratiam uberius conſequi merearis. Datum Avinione XIV. Kalendas Februarii Anno XIV.

In eodem modo dilectis filiis Conventui Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis Salutem *&c.*

Licet continuata *&c. uſque* ſuſcipiet incrementa. Quocirca Vniverſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Abbatem benigne recipientes, & honeſte tractantes exhibeatis eidem obedientiam & reverentiam debitam & devotam, eius ſalubria monita & mandata ſuſcipiendo humiliter & efficaciter adimplendo. Alioquin ſententiam, quam ipſe rite tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. *Datum ut ſupra.*

In eodem modo dilectis filiis univerſis Vaſſallis Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis Salutem *&c.*

Li-

Digitized by Google

Licet continuata *&c.* *uſque* ſuſcipiet incrementa. Quocirca Vniverſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Abbatem debita honorificentia proſequentes ei fidelitatem ſolitam nec non conſueta ſervitia & iura a vobis ſibi debita exhibere integre ſtudeatis. Alioquin ſententiam ſive peoam quam ipſe rite tulerit vel ſtatuerit in rebelles ratam habebimus & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. *Datum ut ſupra.*

DXIV.

Excerpta ex Actis Boaterii Ghinami.

1333.

ANno 1333. XI. Iunii. Congregato Capitulo Monachorum Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula per Rev. in Chriſto Patrem & Dom. D. Bernardum dei & Apoſtolice Sedis gratia Abbatem dicti Monaſterii ſuper portichu clauſtri dicti Monaſterii ad ſonum campanelle, ut eſt moris, videlicet D. Servideus Prior Clauſtralis dicti Monaſt. D. Anthonius, D. Guillelmus, D. Petrus, D. Michael, D. Stephanus, D. Gregorius, D. Vbertus, D. Georgius, & D. Ambroxius; qui quidem D. Abb. *&c.* precario & emphiteocario iure conceſſit & locavit Michaeli qui dicitur Baſtardus qu. D. Filomanixii de ſala *&c.* pro ſe ſuiſque filiis *&c.* pecias terre vallivas & buſchivas poſitas in curia Caſtri Creſcentis. Prima pecia eſt valiva & bnſciva in loco, ubi dicitur Sancta Inſtina, coofin. a mane via maior, de ſubtus D. Antholinus de Zaochanis, & D. Michael . . . a ſero fovea pudixie, & de ſuper adigherii, circa III. bubulce. Secunda pecia eſt valiva & buſciva in eodem loco: confin. a ſero fovea pudixie, de ſubter via de ſolaria, de ſupra D. Antholious de zanchanis; & a mane pipiones, Iacomelus de michilino *&c.* & eſt C. bub. Tertia pecia eſt valiva & buſciva poſita in eodem loco; confin. de ſuper flumen panarii, a ſero via maior, de ſubter via de aymo, & a mane via nova, & eſt C. bub. Quarta pecia eſt valiva & buſciva in loco qui dicitur ortus veclus; confin. a maoe arzenellus, de ſubter via de aymo, a ſero via nova, de ſupra Tigranus & Gallatus de ſala, Curtapelle, & Cechus de Caza, & eſt LX. bub. Quinta pecia eſt valiva & buſciva in eodem loco *&c.* & eſt IIII. bnb. Sexta pecia eſt valiva & buſciva, poſita in S. Iuſtina *&c.* & eſt IIII. bub. Septima pecia eſt valiva & buſciva; confin. de ſubter fovea Caſtri Creſcentis, a ſero via nova, de ſnper Iohannes de la molza, a maoe cechus de caza, & eſt LX. bub. Octava pecia eſt valiva & bnſciva in S. Iuſtina, confin. a mane via nova, de ſupra via de aimo, a ſero via maior, de ſubter fovea Caſtri Creſcentis, & via de Solaria, & eſt C. bub. Nona pecia eſt valiva & buſciva in loco qui dicitur lavere di Zaocani *&c.* & eſt L. bnb. Decima pecia eſt valiva & buſciva in loco ubi dicitur tericii *&c.* & eſt XXX. bub. Vodecima pecia eſt valiva & buſciva in loco ubi dicitur tericius; confin. a mane via maior, de ſubıus via de ſolaria, a ſero pudixia, & deſuper matheus ferarius, & eſt LX. bub. Duodecima pecia eſt valiva & buſciva in eodem loco; confio. a ſero uſdigarius communis, de ſupra via de ſolaria, a maoe via maior, & de ſubter Iacomelus de michelınis, & eſt C. bub. Tertia decima pecia eſt valiva & buſciva; confin. deſuper via de ſolaria; a ſero & deſubter via maior, a mane via cava, & deſupter adhuc fovea caſtri Creſcentis; & eſt C. bub. Quartadecima pecia eſt valiva & buſciva in loco ubi dicitur Stufionus nigri Zandellorum; confin. a mane via maior, de ſuper Iacomelus de micbeliois, a ſero ramus fluminis, & de ſubter dictus Michael, & Cechus de Caza & eſt vigioti bub. Quintadecima pecia eſt buſciva & laborati-

va poſita in loco ubi dicitur Stuſionus nigri Zandellorum; confin. a ſero uſdigarius communis &c. & eſt LXX. bub. Sextadecima pecia eſt buſciva poſita in loco &c. & eſt XXVIII. bub. Decima ſeptima pecia eſt valiva & buſciva, poſita in loco ubi dicitur Stuſionus nigri de zandellis; confin. a mane via cava, de ſubrer & a ſero flumen panarii, & de ſuper Capitanei de Nonantula & eſt LXXX. bub. Decima octava pecia eſt valiva & buſciva poſita in bodruncio; confin. de ſubrus Gallatus de Sala, a mane Cechus Caze, & plebes de bodruncio, a ſero via cava, & de ſuper via maior, & eſt LX. bub. Decima nona pecia eſt valiva & buſciva poſita in bodruncio &c. & eſt LXXX. bub. Vigeſima pecia eſt valiva & buſciva poſita in eodem loco. &c. & eſt XX. bub. Vigeſima prima pecia eſt valiva & buſciva poſita in dicto loco &c. & eſt XLVIII. bub. Vigeſima ſecunda pecia eſt valiva & buſciva poſita in Curia Caſtri Creſcentis in loco dicto via ſuxine; confin. deſuper via dicta via ſuxine, de ſubtus via maior, a mane terra monaſterii de nonantula, a ſero fovea Caſtri Creſcentis, & eſt C. bub. In Curia Solarie. Vigeſima tercia pecia valiva & buſciva in ſuſcaleis; confin. a ſero navigium Communis Mutine, de ſuper Nicolaus de la Mirandula, a mane Commune Crevalcorii, & de ſubter Commune Mutine, & eſt LXX. bub. Vigeſima quarta pecia eſt valiva, buſciva, & laborativa in loco, ubi dicitur peninco, confin. a ſero navigium Communis Mutine, de ſuper heredes Nicolai de Savignano, a mane heredes Nerii de Lambertinis; de ſubter D. Tutadona & eſt CL. bub. Vigeſima quinta pecia eſt valiva et buſciva et laborativa in eodem loco &c. et eſt C. bub. Vigeſima ſexta pecia eſt valiva et buſciva poſita apud molendinum de ſolaria &c. & eſt L. bub. Vigeſima ſeptima pecia eſt valiva & buſciva poſita ſuper Caſtrum Solarie; confin. a ſero Navigium Communis Mutine, de ſuper Nicolaus de Lovoleto, a mane fovea pudixia, & de ſubter colle de paſſapontibus, & codebò de codebò de mutina, & eſt IIII. bub. Vigeſima octava pecia eſt valiva & buſciva poſita in loco ubi dicitur lovoleto; confin. a ſero navigium communis Mutine, de ſuper Abbas S. Petri de Mutina, a mane fovea pudixia, & de ſubter Nicolaus de Lovoleto, & eſt III. bub. *Summa eſt* 1500. *bubulc. & penſionis nomine ſtatuuntur ſolvendi tres denarii parvi pro quatuor bubulc. &c.*

DXV.

Ex Actis Bertolini Speciarii in Archiv. Nonant.

1333.

HEc eſt collecta LXXXI. florenorum impoſita Monaſt. Nonant. an. 1333. die XIV. Iulii preſentanda Camerario Domini Legati pro ſubſidio expenſarum factarum per eum in exercitu Ferrarienſi facto eodem anno.

	Libr.	Sol.
Hoſpitale S. Iacobi Vallis Lamole	XXV.	
Plebes S. Silveſtri de Fanano	XVI.	
Eccleſia S. Iohannis de Rochеta		XXXII.
Plebes S. Nicolai de Curtili	XVI.	V.
Plebes S. Silveſtri de Runchaleis	XVI.	X.
Eccleſia S. Petri in Noneta	IV.	V.
Eccl. S. Laurentii de Sorbaria		XLV.
Eccl. S. Bartholomei de Villafrancha		XX.
Eccl. Ss. Seneſii & Theopompi de Medola		XX.
Prepoſitura S. Marie de Caburana	VI.	
Eccl. S. Marie de Bruſadicio	III.	VI.
Eccl. S. Antolini		XX.
Eccl. S. Adriani de Spilamberto		L.

Hoſpi-

	Libr.	Sol.
Hoſpitale S. Martini de Situla		VIII.
Eccl. S. Marie de Zenzano		L.
Plebes S. Michael. de Nonantula	XVI.	X.
Prepoſitura de Crepacorio novo	V.	VI.
Eccl. S. Silveſtri de Crepacorio veteri		LV.
Eccl. S. Martini de Sicho . . .		XVIII.
Eccl. S. Marie de Bodruncio	VI.	IV.
Eccl. S. Blaxii de grumulo		II.
Eccl. S. Silveſtri de Mutina		XX.
Eccl. de Orto veclo		X.
Eccl. S. Marie de Farneio . . .		XXX.
Hoſpitale Pontis Floriani		VIII.
Prepoſitura de Caſtro Veteri	V.	V.
Eccl. S. Marie de Caſtronovo		XX.
Eccl. S. Marie in tortilliano . . .		XXX.
Eccl. S. Marie de Prato bonino		X.
Eccl. S. Gregorii de Verace		X.
Eccl. S. Marie de prechariis . . .		XVI.
Eccl. S. Marie de portu		XX.
Eccl. S. Petri de Runcholamberti		V.

DXVI.

In Actis Jacobini de Riparia in Arch. Nonant.

1337.

Monaſterium S. Lucie de Roſſeno Bonon. dioc. cum Eccleſiis ſuis pro collecta florenos X. auri & pro nuncio ſolidos XX. bon.

Monaſterium S. Marie vallis ſabrice aſſiſin. dioc. cum capellis ſuis pro collecta centum XV. florenos auri, & pro expenſis capituli II. flor., & pro nuncio flor. unum.

Eccleſia S. Gregorii de coltradiciis aſſiſin. dioc. pro collecta XVI. flor. auri; pro expenſis capituli I. flor. & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccleſia Ss. Blaxi & Habundi de Sera eugubin. dioc. pro collecta XVI. flor. auri, & pro nuncio ſol. XX. bon.

Eccleſia S. Marci de Colle-pergule eugubin. dioc. pro collecta XVI. flor. auri, pro expenſis capituli XXX. ſol. & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccleſia S. Felicis in piazza de Florentia pro collecta centum florenos auri, pro expenſis capituli II. flor. & pro nuncio florenum unum.

Eccleſia S. Marie in mamma, & S. Mariani vallis arni aretin. dioc. pro collecta XXX. flor. auri, pro expenſis Capituli..... & pro nuncio XXV. ſol. Bon.

Eccleſia S. Marie de Tarviſio pro collecta centum flor. auri, pro expenſis capituli II. flor., & pro nuncio flor. unum.

Eccleſia S. Leonardi de Padua pro collecta XXX. flor. auri, & pro expenſis capituli unum florenum, & pro nuncio XXX. ſol. bon.

Eccleſia S. Iohannis de Ferraria pro collecta XV. flor. auri, pro expenſis..... & pro nuncio ſol. XV. bon.

Eccleſia S. Silveſtri de Vicentia pro collecta XXVII. flor. auri, & pro expenſis capituli unum florenum, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccleſia S. Silveſtri de Verona pro collecta XVI. flor. auri, pro expenſis unum florenum, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccleſia S. Silveſtri de Nogaria pro collecta XVI. flor. auri, & pro expenſis capituli I. flor., & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccl. S. Crucis & Eccl. S. Silveſtri de Cremona pro collecta XVI. flor. auri, & pro expenſis ..... & pro nuncio XX. ſol. bon.

Hoſpitale Vallis Lamole pro collecta XXV. flor. auri, & pro expenſis capituli XXV. ſol., & pro nuncio XX. ſol. bon.

Ec-

Digitized by Google

Eccleſia S. Marie in tortiliano Mutin. dioc. pro collecta II. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Michaelis de Nonantula pro collecta XV. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Silveſtri de Fanano pro collecta XXV. flor. auri, & pro expenſis capituli XXV. ſol., & pro nuncio XX. ſol. bon.

Plebes S. Silveſtri de Roncaleis pro collecta XVI. flor. auri, & pro expenſis capituli XVI. ſol. & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Nicolai de cortili pro collecta XVI. flor. auri, & pro expenſis capituli XVI. ſol. & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Marie de bodruncio pro collecta X. flor. auri, & pro expenſis capituli XX. ſol. & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Marie de bondeno ferrarien. dioc. pro collecta XV. flor. auri.

Prepoſitura S. Marie de Camurana pro collecta VI. flor. auri, & pro expenſis capituli XXV. ſol. & pro nuncio X. ſol. bon.

Prepoſitura Ss. Seueſii & Theopompi de Caſtro veteri pro collecta VIII. flor. auri, & pro expenſis capituli XV. ſol. & pro nuncio VIII. ſol. bon.

Prepoſitura S. Silveſtri de Crepacorio novo pro collecta V. flor. auri, & pro expenſis Capituli X. ſol. & pro nuncio V. ſol. bon.

Prepoſitura S. Silveſtri de Crepacorio veteri pro collecta III. flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia S. Martini de Sicco pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio II. ſol. bon.

Eccleſia S. Gregorii de Veraza pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia S. Marie de Farnero bonon. dioc. cum hoſpitale S. Mar. pro collecta VII. flor. auri, & pro nuncio VII. ſol. bon.

Eccleſia S. Laurentii de Sorbaria pro collecta II. flor. auri, & pro nuucio V. ſol. bon.

Eccleſia S. Petri in noneta pro collecta II. flor. auri, & pro nuncio IIII. ſol. bon.

Eccleſia Ss. Senexii & Theopompi de Medeola pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccleſia S. Bartolomei de Villafranca pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia S. Marie de Bruxadicio pro collecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccleſia S. Marie in grumulo pro collecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccleſia S. Blaxii in grumulo pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia S. Adriani de Spinalemberto pro collecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccleſia S. Marie vel S. Petri de Zentano pro collecta III. flor. auri, & pro nuncio VI. ſol. bon.

Eccleſia S. Marie de precharíis pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio IIII. ſol. bon.

Eccleſia S. Marie de Pratobouino pro collecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccleſia S. Silveſtri extra Caſtrum Franchum pro collecta uuum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia S. Iohannis de Rocheta pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia S. Antolini pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia de Ortoveclo pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccleſia S. Marie de Caſtronovo pro collecta IIII. flor. auri, & pro nuncio ſol. VIII. bon.

Eccleſia S. Marie de portu pro collecta unum flor. auri, & pro nuncio II. ſol. bon.

Eccleſia S. Petri de Runcolamberto pro colecta ſol. XX. bon. & pro nuncio II. ſol. bon.

DXVII.

Digitized by Google

DXVII.

Autographum in Arch. Nonant. , & in Regiſt. Litterarum Apoſtolicarum Benedicti PP. XII. Anno III. Par. I. p. 14. n. 6.

1337.

Benedictus &c. Dilecto filio Guillelmo Abbati Monaſterii Nonantulani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dieceſis Salutem &c. Ad univerſalis Eccleſie regimen quamquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati ferventer in votis gerimus, ut debemus, quod ad regimina Eccleſiarum & Monaſteriorum vacantium, & preſertim Eccleſie Romane nullo medio ſubiectorum tales perſone cum expedit per noſtre providentie ſtudium aſſumantur, quarum circumſpectione & providentia circumſpecta Eccleſie ac Monaſteria ipſa illis commiſſa Deo propicio regantur ſalubriter, gubernentur prudenter, & in eorum bonis & iuribus utiliter augeantur. Olim ſi quidem dum felicis recordationis Iohannes PP. XXII. Predeceſſor noſter ageret in humanis, Monaſterio Nonantulano eidem Eccleſie Romane immediate ſubiecto Ordinis S. Benedicti Mutinenſis Dioceſis per obitum quondam Bernardi eiuſdem Monaſterii Abbatis, qui apud Sedem Apoſtolicam debitum nature perſolvit, Paſtoris regimine deſtituto, dictoque Predeceſſore poſtmodum, priuſquam de proviſione ipſius Monaſterii ordinaſſet, ſicut Domino placuit, rebus humanis exempto, Nos ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti cupientes dicto Monaſterio utilem & fructuoſam preeſſe perſonam de preficiendo ei perſonam talem cogitare cepimus diligenter, & poſt deliberationem quam cum Fratribus noſtris ſuper hoc attentam habuimus, demum in te Prepoſitum Clauſtralem Monaſterii Sancti Benigni Fructuarienſis dicti Ordinis Iporienſis Dioceſis in Subdiaconatus Ordine conſtitutum, cui Religionis Zelus, vite mundicia, morum honeſtas, & alia virtutum merita, prout ex teſtimoniis fide dignis accepimus, laudabiliter ſuffragantur, intuitum direximus noſtre mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona tua prefato Monaſterio Nonantulano de Fratrum eorumdem conſilio auctoritate apoſtolica providemus, teque illi preficimus in Abbatem, curam & adminiſtrationem eiuſdem tibi tam in ſpiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in eo, qui dat gratias & largitur premia confidentes, quod eius tibi opitulante clementia dictum Monaſterium Nonantulanum ſub diligentie tue cura ſalutis & proſperitatis ſuſcipiet incrementa. Onus itaque regiminis ipſius Monaſterii Nonantulani prompta devotione ſuſcipiens in eius ampliandis honoribus & profectibus procurandis te gerere ſatagas ſine intermiſſione ſolicitum & fidelem, ita quod idem Monaſterium Nonantulanum circumſpecto adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum, tuque preter eterne retributionis premium noſtram & ipſius Sedis benedictionem & gratiam conſequi uberius merearis. Dat. Avinion. III. Idus Aprilis Anno Tertio.

In eodem modo dilectis filiis Conventui Monaſterii Nonantulani ad Romanam Eccleſiam &c.

Ad univerſalis &c. *us in proxime ſuperiori uſque* incrementa. Quocirca mandamus, quatenus eundem Abbatem pro noſtra & Apoſtolice Sedis reverentia benigne recipientes & honorifice pertractantes exhibeatis ei obedientiam & reverentiam debitam & devotam eius ſalubria monita & mandata ſuſcipiendo humiliter, & efficaciter adimplendo, ita quod mutuo inter vos & ipſum ſpirituale poſſit habundare gaudium, & proſperitatis optate conſurgere incrementum. Alioquin &c.

Dat. *ut ſupra*.

In eodem modo dilectis filiis univerſis Vaſſallis Monaſterii Nonantulani &c.

Quo-

Quocirca mandamus quatenus dictum Abbatem debita honorificentia proſequentes ei fidelitatem ſolitam nec non conſueta ſervitia & iura ſibi a vobis debita exhibere integra ſtudeatis. Alioquin &c. *Dat. ut ſupra.*

DXVIII.

Ex Archiv. Vatic.

1337.

REverendo Patri & Domino Domino Guillelmo Dei gratia Abbati Monaſterii S. Silveſtri de Nonantula Regimina Priores Populi Conſilium & Commune Civitatis Aſſiſ. ſe ipſos &c. Cum Religioſus & honeſtus Vir Frater Iokinus Naccharelli Civis noſter dilectus veſtrique ordinis Monachus & ſubiectus verus & legiptimus Prior Monaſterii Sancte Marie de Valle fabrica noſtri Comitatus ad dictum Monaſterium S. Silveſtri pleno iure ſpectantis in poſſeſſionem dicti Monaſterii ſui moleſtetur iniuſte per quendam nobilem & potentiſſimum Peruſinum nomine Dom. Iohannes de Piſcina, nec non permictatur idem Frater Iokinus Prior predictus uti poſſeſſione ſui monaſterii antedicti, & in eo moram trahere, nec bona & fructus eiuſdem adminiſtrare & percipere ſecundum quod de iure deberet, noſque pro defenxione & auxilio Civis noſtri & iuris ipſius commode non valeamus contra Peruſinos inſurgere, & maxime contra tales, Paternitatem veſtram poſſetenus deprecamur, quatenus noſtri amore & gratia eumdem fratrem Iokinum velitis intime recomendatum habere, & ipſum in iure ſuo, quod in dicto Monaſterio habet, favorabiliter defendere & iuvare, nec permittere veſtros ſubiectos & monachos maiorum potentia opprimi vel offendi. Si qua operari valemus nobis ut devotis filiis reſcribatis. Datum in Civitate Aſſiſ. Die XXII. Septembr. V. Indict.

DXIX.

Excerpta ex Actis Capituli Generalis Monaſt. Nonant. Florentie celebrati an. 1339. In Actis Symonis Panicie de Bulgaro.

1339.

ANno 1339. Indictione VII. die I. Maii in domibus Eccleſie S. Felicis in piazza de florentia D. Guillelmus Abbas in preſentia totius Capituli dixit & proteſtatus fuit, quod ipſe per ſuas litteras convocavit omnes & ſingulos Priores ſibi & Monaſterio Nonantulano ſubiectos, ut venirent Florentiam pro capitulo celebrando, & quod pro ipſo non ſtabat, quin omnes venire poſſent. Monachi vero, qui interſuerunt Capitulo ſunt hi: In primis dictus D. Abbas, D. Servodeus Prior Clauſtralis Monaſt. Nonant. nomine ſuo & procuratorio nomine D. Antonii & D. Stephani Monachorum Conventualium dicti Monaſterii, D. Hugo Camerarius dicti Monaſterii ſuo nomine, & procuratorio nomine D. Silveſtri Prioris S. Iohannis de Caſtrotedaldo de Ferraria, D. Vbaldinus de Bononia, D. Landulfus de Caſaleclo, D. Vbertus de Parma, D. Nicolaus Prior S. Marie Conſtantinop., D. Laurentius Prior S. Silveſtri de Cremona, D. Filippus Rector Eccleſie S. Marie de Farneto, & hii ſunt Conventuales dicti Monaſterii, D. Pellegrinus Abbas Monaſt. S. Lucie de Roſeno, D. Bernardus Prior S. Marie Maioris de Terviſio, D. Paulus Conventualis Padue, D. Iacobus Prior S. Silveſtri de Verona, D. Honeſtus Prior S. Silveſtri de Novaria, D. Gregorius Rector Eccl. S. Petri in noneta, D. Symon Prior S. Felicis in piazza de Florentia ſuo & procuratorio nomine D. Iohannis Prioris S. Silveſtri de Vicentia, & D. Clementis Prioris S. Crucis de Cremona, D. Petrus Prior S. Marie Mamme & S. Mariani Vallis Arni, Fr. Iohannes Prior S. Marie de Valle fabrica, D.

D. Blaxius SS. Habundii & Blaxii de Serra prn ſe & procuratorio nomine D. Andree Rectoris S. Angeli de Saxoferrato, D. Bernardi Rectoris S. Damiani extra Saxum Ferratum, & D. Franciſci Rectoris S. Venantii de Venatura D. Gabriel Prior S. Marchi de la Pergola, D. . . . . (*videtur aliquid deeſſe*).

Die 2. Maii. Idem D. Abbas propoſuit in Capitulo, quod cum per conſtitutiones D. N. Benedicti PP. XII. teneatur annuatim in loco principali ſui Monaſterii generale Capitulum celebrare; verum quia Bononie propter interdictum, neque Nonantule propter mainris partis Monachorum periculum perſonale (1), que ſunt loca principalia dicti Monaſterii, non debuit nec pntuit commode dictum Capitulum celebrare, eligebat pro ydoneinri & cnmmodiori loco eccleſiam S. Felicis in piazza de florentia, ſi de dicti Capituli procederet vnluntate, ad quod viſum fuit dictum Capitulum conſentire.

Die 3. Cum ſecundum conſtitutiones papales in Capitulo generali tres preſidentes ac diffinitores controverſiarum orientium in dictn Capitulo de ipſo Capitulo & per ipſum Capitulum eligi debeant, idcirco dictum Capitulum nemine diſcrepante commiſerunt vices ſuas dicto D. Guillelmo Abbati, ut eligeret illos, qui ſibi eligendi videbuntur pro libito voluntatis, qui die 4. elegit D. Bernardum Priorem Tarviſanum, D. Servodeum Priorem Clauſtralem, & D. Blaxium Prinrem S. Blaxii & Habundii de Serra, & D. Hugonem Camerarium.

Die 6. D. Mateus Prinr Eccleſie S. Gregorii de Coltraditiis conſtituit D. Hugonem Camerarium Nonant. ſuum Procuratnrem ad reſpondendum pro ipſo in Capitulo, & ad omnia & ſingula facienda, que ipſe facere poſſet, ſi intereſſe *&c.*

die 8. *omiſſis hic & infra deſtitutionibus & electionibus quamplurium Priorum & Rectorum*. D. Abbas de conſenſu dictorum Monachorum fecit D. Paulum Priorem S. Leonardi de Padua ſuum Vicarium ad viſitandum, reſnrmandum, & puniendum exceſſus & delicta Abbatiſſe & Monialium S. Silveſtri de miſtrino Paduan. dioc. & ad caſſandum & deſtituendum D. . . . . nunc Abbatiſſam dicti Monaſterii, & aliam ibi inſtituendi, prout ſibi videbitur, & ad tranſmutandum dictum Mnnaſterium intra Civitatem Padue in Parochia S. Leonardi predicti.

Ead. die D. Abbas & Monachi & Capitulum generale abſnlverunt D. Nicolaum Priorem S. Marie de la Cnrona Cooſtantinnp. ut non teneatur venire ad Capitulum niſi de decennio in decennium propter diſtantiam loci.

Ead. die D. Abbas *&c.* revocaverunt & irritaverunt quoddam Collegium ex ordinatinne, que dicitur fnre facta de Monaſt. S. Marie Valliſfabrice aſſiſin. dioc. & in preiudicium Nonant. Monaſt. tempore D. Abbatis Bernardi.

Ead. die D. Abbas *&c.* conſtituerunt DD. Silveſtrum Prinrem S. Io. de Caſtro Tedaldn Ferrar. & Ser Omnibene Rectorem Eccleſie S. Blaxii de Ferraria abſentem Syndicos ad permutandam quamdam dnmum.

Ead. die D. Abbas *&c.* ordinaverunt & ſtatuerunt, quod nullus de dnmo Liazariorum de bononia, nec de ſtirpe eorum ubicumque ſit & maneat (2), nec aliquis de or-

(1) La Città di Bologna ſoggiaceva alla pena dell' Ioterdetto per l'eſpulſione del Card. Bertrando Legato ſeguita l'aono 1334., e non ne fu proſciolta che l'anno 1340. in cui il Pont. Benedetto XII. dichiarò Vicario di qoella Città per la S. Sede Taddeo de' Pepoli. Nonantola era allora ſoggetta a Bologna, ed eſſendo i Monaci probabilmente attaccati al Papa trovavanſi perciò in molto pericolo; e abbiam di fatto nella Prima Parte della Storia veduto, che gravi daooi ebbero eſſi a ſoſtenere in queſta occaſione.

(2) Onde mai queſt' odio de' Monaci Nonantolani contro la famiglia de' Liazari Bologneſi, di cui pure abbiam vedoti alcuni aſcritti al loro nomero? e fra gli altri Ugolino figlio di Franceſco (*Doc. DXII.*). Io credo, che un grave delitto ne foſſe l'origine. A' 24. di Giugno del 1340., come abbiamo negli Atti di Fe-

ordine mendicantium recipiatur vel aſſumatur de cetero in Monachum vel converſum vel oblatum ſeu familiarem perpetuum dicti Monaſterii vel membrorum eius, & iuraverunt obſervare ipſam conſtitutionem.

Ead. die D. Abb. &c. conſtituerunt D. Honeſtum Priorem S. Silveſtri de Nogaria & D. Iacobum Priorem S. Silveſtri de Verona ſyndicos & Procuratores ſuos ad inſtituendum, eligendum, & confirmandum Archipresbiterum in plebe & Eccleſia S. Petri de Nogaria, & ab ipſo Archipresbitero ſacramentum fidelitatis recipiendum, prout fuit antiquitus obſervatum.

10. Maii D. Guill. Abbas in generali Capitulo protulit ſententiam excommunicationis contra D. Senſum D. Munaldini, & D. Venturam & D. Savinum, eo quod hortati per literas ipſius D. Abbatis venire ad Capitulum contempſerunt.

Ead. die D. Abbas &c. Vnierunt Eccleſiam S. Paterniani & S. Marie de Scalellis & ordinaverunt quod in ipſa Rectoria non debeat poni Rector niſi ſit Monachus vel ſaltem Converſus.

DXX.

Excerpta ex Actis Simonis Paniciæ de Bulgaro.

1340.

ANno Nativitatis D. N. I. C. Milleſimo CCC. XL. Indictione VIII. die XXVI. Aprilis Rev. in Chriſto Pater & Dominus D. Guillelmus Dei gratia Nonantulanus Abbas de Civitate Mutina iter arripuit ad eundum viſitatum Eccleſias & loca Monaſterio Nonantulano & ſibi ſubiecta. Et primo eo die in preſentia nobilis Viri D. Guillelmi filii D. Iacopini de Rangonibus de Mutina, D. Bartholomei Rectoris Eccl. S. Silveſtri de Mutina, & D. Guidone Baldo de Mutina, idem D. Abbas ad Eccleſiam S. Marie in grumulo ſive de Caſtro novo dioc. Mutin. viſitaturus acceſſit, & ibi nullam perſonam invenit, que dictam Eccleſiam regeret, ſed erat dicta Eccleſia fere tota diſtructa & diruta; & ideo precepit ſub excommunicationis pena . . . . . *Reliqua deſunt.*

Eo die in preſentia ſupraſcriptorum teſtium & Nobilis Viri Iacopini Rangoni predicti idem D. Abbas cauſa viſitandi ad Caſtrum vetus dioc. Mut. acceſſit, ibique totus clerus dicti Caſtri ad proceſſionem pulſatis campanis cum cruce, turubulo, & aqua ſancta devote veniens ipſum cum reverentia recepit, & introducentes ipſum in plebem dicti Caſtri pſalmum *Veni Creator* cum iubilo decantabat. Et cum in Eccleſia fuit & in coro ante altare factis orationibus & aliis, prout convenit, magna benedictione & conſueta populo benedixit.

Eo anno & indictione die XXVII. Aprilis fecit dictus D. Abbas in dicta plebe per D. Hugonem Monachum & Capellanum ſuum miſſam celebrare, & ipſam audivit devote; ipſa vero celebrata populo benedixit in preſentia dicti Iacopini Rangoni, D. Bartholomei predicti, & Ser Guidone Baldo, & ibi clericos deſignavit, & alia fecit que ad Epiſcopalem iuriſdictionem pertinere noſcuntur.

Eo die teſtibus dictis D. Iacopino & Bartolomeo & Ser Guidone idem D. Abbas viſitavit Eccleſiam S. Petri de Azano dioc. Mu-

derigo da Gubbio, il Monaco Felice Lizzari figlio di Franceſco e fratello perciò del ſuddetto Ugolino in preſenza dell' Abate Guglielmo e di più teſtimonj confeſsò di avere di ſua mano ucciſo il Notajo Boaterio de' Ghinami. Il fatto, di cui non ſappiamo altre circoſtanze, era probabilmente accaduto più di un anno prima, poichè dopo il 1338. non abbiam più Atti di quel Notajo. E ſapevaſi forſe, che il Monaco Felice ne era il reo, benchè ei non confeſſaſſe il delitto che nel giorno poc' anzi indicato. E' veriſimile, che l'orror cagionato da sì grave misfatto faceſſe riſolvere i Monaci a non voler più nel lor corpo alcuno di quella famiglia.

Mutin., & nullam perſonam ibi invenit.

Die XXVIII. Aprilis preſentibus D. Guidone Vicario dicti D. Abbatis, DD. Hugone & Ubaldino Monachis Nonantul. in Eccleſia SS. Senexii & Theopontis de Caſtro veteri idem D. Abbas deſignavit clericos Paulum fil. qu. Guidonis de Barberiis de dicto Caſtro, & Lacarinum qu. Iacobi de dicto Caſtro.

Eo die & teſtibus &c. Cum idem Dominus cauſa viſitandi ad Caſtrum Marani de Campilio accederet, ad Eccleſiam S. Laurentii dicti loci extra Caſtrum D. . . . . . Rector dicte Eccleſie pulſatis campanis ad proceſſionem cum cruce, turibulo, & aqua ſancta ei obviam veniens, ipſum in eadem eccleſia ut Prelatum ſuum cum reverentia qua decuit acceptavit, oſtendens ſibi omnes libros & omnia alia ornamenta altaris & dicte Eccleſie, & ita faciendo & videndo omnia predicta dictam Eccleſiam & rectorem viſitavit. Demum dictus D. Abbas ad Caſtrum Campilii rediit, & cum eo dictus Rector ipſi D. Abbati pulcra fercula preſentando.

Eo die & teſtibus &c. Idem D. Abbas viſitavit Eccleſiam S. Marie in tortiliano Mut. dioc.

Eo die precepit dictus D. Abbas D. Iohanni, qui ſe dicit Rectorem Eccleſie S.... de Campilio, quatenus preſentet ſibi in octo diebus omnia iura que habet in dicta Eccleſia, & compareat Mutine coram eo, alioquin &c.

Die III. Maii preſentibus Nobilibus Viris DD. Lanfrancho D. Iacopini de Rangonibus, & Andrea de la Molza, & Ser. Guidone Baldo, ac D. Bartholomeo Rect. Eccl. S. Silv. de Mutina teſtibus, idem. D. Abbas perſonaliter viſitavit infraſcriptas Eccleſias, & loca ſua,

In primis plebem S. Nicolai de Cortili

Item Eccleſiam S. Martini de Situlo, & D. Iohannem eius Rectorem

Item Eccleſiam S. Marie de Diſvedro

Item Eccleſiam S. Gilii de Caſariis et Rectorem eius

Item Eccleſiam S. Bartholomei de Villa franca

Item Eccleſiam S. Seneſii de Medula & Rectorem eius

Item Eccleſiam S. Marie de Beruino

Item plebem S. Iohannis de Camurana. Quarum omnes Rectores venerunt obviam ad proceſſionem pulſatis campanis ipſi D. Abbati, qui D. Abbas dedit benedictionem omnibus populis dictarum Eccleſiarum.

Die IV. Maii idem D. Abbas viſitavit perſonaliter infraſcriptas Eccleſias & loca:

In primis plebem S. . . . . . de Runchaleis & archipresbiterum eius

Item Eccleſiam S. Proſperi de Runchaleis et rectorem eius

Item Eccleſiam S. Laurentii de Sorbaria, et D. Petrum Rectorem eius

Qui omnes. Rectores &c.

Infraſcripte ſunt Eccleſie ſubiecte Monaſterio Nonantulano

In primis plebs S. Michaelis de Nonantula. Archipresb. D. Rainerius de Liazariis de bononia. Canonici ſunt D. Silveſter, D. Iohannes, D. Simon, et D. Bartholomeus Ivani de Liazariis.

Eccleſia S. Marie de Bancholis. Clericus eſt Bidocus filius pelle de Nonantula.

Eccleſia S. Nicolai de Nonantula. Clerici eius Iohanninus qu. Bonmartini de Gargoghis, & Michael qu. Peregrini de Nonantula.

Eccleſia S. Marie de Cantone de Nonantula. Bartholomeus qu. Mogaverti eſt Clericus dicte Eccleſie.

Eccleſia S. Salvatoris de Nonantula. Clericus eius eſt D. Iohannes de tintis.

Eccleſia S. Laurentii de Nonantula. Clericus eius eſt D. Symon de Ghinamis.

Eccleſia S. Marie de Reduto. Presbiter D. Symon de Ghinamis Clericus.

Eccleſia S. Petri de Rubiario. Presbiter D. Martinus de Sancta Agata.

Eccleſia S. Marie de Bagazano. Presbiter D. Iacobus de S. Iohanne.

Eccleſia S. Iohannis de Gazo: Presbiter D. Silveſter de Nonantula. Clericus Bartolomeus de Gazo.

Eccleſia S. Ambroxii de S. Ambroſio. Presbiter . . . . de Cento, & clericus. . . . de Bononia.

Eccleſia S. Antonini de villa S. Antolini. Clericus D. Petrus de Crepacorio.

Eccleſia S. Coſme & Damiani de Ravarino.

Eccleſia S. Johannis de Panario: multi Clerici ſunt.

Crepacorii.

Eccleſia S. Silveſtri in Caſtro Crepacorii novi. Prepoſitus. . . . . Clerici D. Petrus, D. Tomas, D. Oddo.

Eccleſia S. Silveſtri de Crepacorio veteri. Clerici Joannes de Riparia, D. Thomas & Petrinus qu. Nane de Ghinamis.

Eccleſia S. Marie de Portu de Scito (*ſic*). Clericus Bartolomeus de Cataniis de Nonantula.

Plebs S. Iohannis de Sico. Archipresb. D. Stephanus Monachus.

Eccleſia S. Martini de Sicho. Clericus... . . . .

Eccleſia S. Marie de Prechariis vel S. Antonii. Clerici D. Petrus de S. Iohanne, & Andreas qu. Bertolini de parma.

Mutin.

Plebs S. Silveſtri de Runchaleis. Archipresbiter Lanfranchus de Boiardis de Erberia. Canonicus D. Silveſter.

Plebs S. Nicolai de Curtili. Archipresbiter D. . . . . Patelli de Mutina.

Prepoſitura S. Marie de Camurana. Prepoſitus Iacobus de Fredis de Mutina Canonicus . . . .

Eccleſia S. Silveſtri de Mutina. Presbiter D. Bartolomeus.

Eccleſia S. Laurentii de Sorbaria. Rector D. Petrus Monachus.

Eccleſia S. Proſperi de Runchaleis . . . .

Eccleſia S. Petri in noneta. Rector D. Pax Monachus.

Eccleſia S. Blaxii de glumulo. Clericus D. Silveſter de N.

Eccleſia S. Mariè de diſvedro. Rector...

Eccleſia S. Marie de Staza. Rector . . .

Eccleſia S. Egidii de Caſſariis. Rector . . . . . .

Eccleſia S. Adriani de Spilamberto. Rector . . . .

Eccleſia S. Marie de glumulo. Clericus Iacobus de Fredis de Mutina.

Eccleſia S. Marie in tortiliano. Clericus filius D. Sardi de Graxonibus.

Eccleſia S. Marie de Zenzano. Presbiter . . . . . . [*oggi Denzano*].

De Frignano.

Plebs S. Silveſtri de Fanano. Archipresbiter . . . . . Canonici D. Borgeſanus qu. Bernardutii de Lotta, & Zunta Seregnus de Nonantula.

Eccleſia S. Margarite de Lotta. Rector D. Presbiter Bonus de Seſtola. Clericus D. Burgheſanus.

Eccleſia S. Laurentii de Trentino. Rector D. Presbiter Bonus de Fumalbolo.

Eccleſia S. Iohannis de Scopiano. Rector D. Iacopinus de Columbario de Mutina.

Eccleſia S. Nicolai de Serazono. Rector D. Iohannes de Serazono.

Eccleſia S. Nicolai de Seſtola. Rector D. Presbiter Ioſeph de Fumalbolo.

Eccleſia S. Seneſii de Montelutio. Rector D. Johanotus de Serazono, Clericus D. Burgheſanus.

Eccleſia S. Bartholomei de larſezola. Rector Vaninus pavoni de fanano.

Eccleſia S. Petri de Trignano. Rector D. Leonardus.

Ea

DXXI.

Ex Libro Cancell. Communis Tarviſ. ſignato 1340. Litterę III. a. 64.

1340.

EGregio & potenti viro Domino Petro de Canali honorando Poteſtati & Capitaneo Civitatis Tarviſii Petrus Paulus Dei gratia Epiſcopus Tarviſinus (1) ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Ex quorundam fide dignorum relatione percepimus, quod nuper quidam Abbas Nonantulanus & Prior S. Marię Majoris de Tarviſio cum quibuſdam eorum Monachis & comitiva hominum armatorum ad Eccleſias S. Sylveſtri de Silva, S. Cecilie de Lavaglo, & S. Nicolai de Arſaumo Tarviſinę Dięcefis pręſentialiter accedentes pręsbiterum Simeonem ipſarum Eccleſiarum Beneficiatum & Rectorem & de ipſis Eccleſiis & earum juribus per Sedem Apoſtolicam, ſicut per ipſius publica & autentica privilegia patet, legitime inveſtitum, & de quibus jam eſt diu permanſit in poſſeſſione pacifica & quieta, eorum propria auctoritate, & nobis ignaris & minime requiſitis, in damnum non modicum ipſius pręsbiteri Symeonis, & grave ſcandalum plurium perſonarum, ac detrimentum & dedecus noſtrę ordinarię poteſtatis, fractis portis dictę Eccleſię S. Sylveſtri, quas clauſas invenerunt, violenter de ipſarum Eccleſiarum poſſeſſione de facto turpiter projecerunt, & nequiter ſpoliaverunt. Nos igitur attendentes, quod quotieſcumque Dei Eccleſia non valens temporalem gladium exercere nequitiam non poteſt reprimere ſuperborum, licitum eſt ſibi ſęcularis brachii auxilium implorare, quod quidem procul dubio ſibi pręſtandum eſt, quia jure atteſtante una poteſtas per aliam eſt juvanda: ideo veſtrę nobilitatis & potentię brachium imploramus, affectuoſe rogantes, & in Domino vos ortantes, quatenus ipſum Pręſbiterum Symeonem per vos & veſtrum Officialem, ſicut de facto ipſarum Eccleſiarum & Beneficiorum poſſeſſione ſpoliatus exiſtit, ita de facto in ipſarum poſſeſſione pacifica reſtitui & reduci facere placeat, & vellitis, mandantes parte veſtra habitatoribus, Colonis, & Inquilinis dictarum Eccleſiarum, quod eidem Presbitero Symeoni, ſicut prius, de fictibus, fructibus, redditibus, & proventibus ipſarum Eccleſiarum & beneficiorum debeant integre reſpondere. Offerentes nos ſemper promptos ad omnia veſtra beneplacita & honores.

Data Tar. in noſtro Epiſcopali Palatio die 25. Septembris 8. Ind.

DXXII.

Ex Arch. Vatic.

1343.

IN nomine Domini Amen. Anno Domini Milleſimo CCC. XLIII. Indictione XI. tempore Domini Clementis PP. VI. die VIII. menſis Iunii Conſtitutus Reverendus. . . . . dominus Dompnus Symon Prior Eccleſie S. Marie Vallis Fabrice Aſſiſin. Dioc. ante hoſtium ianue dicte Eccleſie cum pluribus & multis ſuis Parrocchianis primo & ante omnia rogaverunt reverenter Vanguntium Baldoli de Peruſ. qui eſt Cuſtos pro Communi Peruſ. & ſuperſtans ut dicitur aliorum cuſtodum, & qui retinet dictam Eccleſiam pro dicto Communi Peruſ. per vim & violentiam contra ius & iuſtitiam occupatam, quatenus ei placeat, ut ipſe Prior cum ſuis Mo-

(1) Queſto documento conferma, che con ragione nell' Edizion dell' Ughelli fatta dal Coleti ſi è affermato, che aſſai prima dell' anno 1344. come avea creduto l' Ughelli, fu fatto Veſc. di Trevigi Pier Paolo della Coſta.

Monacis & parrocchianis permiĉtere in dicta Eccleſia recitare ad divina officia pro ſatisfactione ſuorum parrocchianorum celebranda, cui Vanguntius ſubito reſpondidit & dixit, quod nolebat, & quod non intendebat ipſum Priorem nec ſuos Monachos & Parrocchianos modo aliquo in dicta Eccleſia recipere nec receptare, eo quod habebat & habuit in mandatis a dominis Prioribus de Peruſ. quod non deberet ipſe Vanguntius nec aliquis alius de ſuis ſociis dictum Priorem & ſuos Monachos nec aliquam aliam Perſonam in dicta Eccleſia receptare. Qui dominus Prior hoc audito & intellecto iterato exiſtente ante dictum hoſtium dicta die & hora cum proteſtatione & proteſtando requiſivit dictum Vanguntium ipſo Vanguntio preſente & intelligente, quatenus ipſe Vanguntius debeat aperire & aperiri facere hoſtia dicte ſue Eccleſie, eoquod dicta Eccleſia cum ſuis iuribus & pertinentiis ad dictum domnum Priorem & ſuos Monachos pertineat & expectet, & ſic iterato petiit cum proteſtatione, & eidem Vanguntio proteſtando dixit, quatenus ipſum Priorem cum ſuis Monacis & Clericis permictere in dicta Eccleſia recitare & divina officia celebrare, & Baptiſmum facere, & baptizare pueros & puellas ad fidem Dei, qui & que nati & nate ſunt nuper in dicta Parrochia, cum paratus ſic dictus Prior & ſint dicti Monaci omnia ſupradicta facere ſicud tenentur & debent, et actenus in dicta Eccleſia eſt ſervatum, & per eum et eos non ſtat, et hoc proteſtatur dicit et dicunt omni modo iure forma et via quo melius poteſt, et de iure valere poteſt. Idem Vanguntius iterato ſimilem reſponſionem fecit, ſicud ſupra reſpondidit eiſdem Priori et Monacis dicens, quod ipſe ullo modo permitebat ipſos nec aliquem ipſorum Monachorum nec aliquis alius de ſua parochia in dictam Eccleſiam intrare, nec aliquid facere ſine expreſſa licentia dominorum Priorum de Peruſ. ad cuius petitionem ipſi Cuſtodes ſtant ad cuſtodiendam dictam Eccleſiam.

Hoc actum fuit in Civitate Aſſiſ. ante hoſtium Ianue dicte Eccleſie preſentibus Magiſtro Ellimaſus Suppoli de Aſſiſ., Nireolo Iacoputii petrello . . . . . Cuboct bonemici et baldello Nudrioli, et Bonongualterii de Caſtro Vallis Fabrice teſtib. ad hoc vocatis et rogatis.

✠ Ego Nicolaus condam Ser. Franciſcii de Caſtro Caſtal. de Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, et rogatus ut ſupra legitur ſubſcripſi et publicavi.

DXXIII.

Apographum vetus in Arch. Nonant.

1344.

FRater Benedictus miſeratione divina Epiſcopus Cernicenſis nec non ſubdelegatus iudex in infraſcripta cauſa a Venerabili Viro Domino Bartholo Abbate Monaſterii Sancti Benedicti de Petraficta Ordinis dicti Sancti Peruſinæ Diocefis iudicis in infraſcripta cauſa ac infraſcriptis partibus a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputato et delegato, Venerabili et Religioſo Viro Domino Fratri Guilielmo de Riparia Abbati Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Diocefis nunc in Civitate Peruſii perſonaliter commoranti Salutem in Domino. Sanctiſſimum in Chriſto Patrem dominum noſtrum dominum Clementem Divina Providentia Papam VI. pridie per apoſtolicas literas eius vera et integra Bulla ad filum canapis pendentis more Romanæ Curiæ bullatas cauſam infraſcriptam Venerabili Viro Abbati prædicti Monaſterii de Petraficta Peruſinæ Diocefis commiſiſſe noveritis, quarum literarum Apoſtolicarum tenor talis eſt. Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio Abbati Monaſterii de Petraficta Peruſinæ Diocefis Salutem & Apoſtoli-

licam benedictionem. Querelam dilectorum Filiorum Savini Gilioli & Senſi Compagnoli Monachorum & Conventus Sanctæ Mariæ Vallis fabricæ per Priorem ſoliti gubernari ad præſens Priore carentis Ordinis Sancti Benedicti Aſſiſinatis Dioceſis accepimus continentem, quod Simon dictus de Florentia qui ſe gerir pro Monacho Monaſterii Nonantulani eiuſdem Ordinis, ac Nobiles Viri Nerius Puciapti, Coradellus Cottoli, & Vgucinellus Bigazini comites de Petrorio Mutinenſis & Eugubine Dioceſis aſſociatis eis nonnullis aliis eorum in hac parte complicibus armata manu ad prædictum Monaſterium Sanctæ Mariæ hoſtiliter accedentes, Monaſterium ipſum Sanctæ Mariæ violenter intrarunt, & eiectis exinde prædictis Savino ac Senſo Monachis & Conventu eorumque familiaribus dictum Monaſterium Sanctæ Mariæ cum omnibus bonis ſuis occuparunt & detinent occupatum percipiendo exinde omnes fructus & redditus & proventus, propter quod prædicti Savinus ac Senſus Monaci & Conventus mendicare coguntur in obbrobrium Ordinis Regularis. Quare prædicti Savinus ac Senſus Monaci & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum Monaſterium ipſum Sanctæ Mariæ, ut præfertur, Priore vacare noſcatur ad præſens providere eis ſuper præmiſſis de opportuno remedio dignaremur. Quocirca diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia vel odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Avinione XII. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno primo. Quam cauſam & negotium ſupradictus Dominus Abbas exiſtens aliis ſui Monaſterii negotiis impeditus, Nobis audiendam & terminandam commiſit, de qua commiſſione & ſubdelegatione Nos offerimus vobis facere plenam fidem. Nos igitur volentes iuxta mandatum Apoſtolicum & commiſſionem Nobis factam cauſam & negotium ſupradictum fine debito terminare, partibus coram Nobis in iudicio legitime evocatis, receptis petitionibus & libellis litiſque conteſtatione coram nobis facta legiptime quoſdam teſtes examinavimus, ad quorum apertionem de peritorum conſilio adhuc proceſſum non eſt. Cum igitur ad nos fide digna relatione pervenerit, quod Vos in dicto Prioratu Vallis fabricæ atque ſuis Membris Eccleſiis & Capellis, nec non & contra prædictos Fratres Savinum & Senſum quaſdam intendatis facere novitates in noſtrum & Sedis Apoſtolicæ ac dictæ litis præiudicium & gravamen tenore præſentium auctoritate apoſtolica qua fungimur in hac parte ad inſtantiam Procuratoris & dictorum Savini & Senſi Monachorum dicti Monaſterii Vallis fabricæ de conſilio ſapientis Viri Domini Iacobi Tomaſii utriuſque Iuris periti Aſſeſſoris noſtri in dicta cauſa Vos hortamur, requirimus, & monemus . . . . . & nihilominus auctoritate Apoſtolica dicta vobis in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub excommunicationis pæna, quam in vos ex nunc prout ex tunc pro Tribunali ſedentes, ſi contra prædicta & infraſcripta aliquid attemptaveritis proferimus ſententialiter in his ſcriptis, & eam vos incurrere volumus & decernimus ipſo facto, diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus dicta lite & cauſa pendente coram nobis, & quouſque per nos dicta lix erit fine debito terminata, in dicto vel de dicto Monaſterio ſeu Prioratu Vallis fabricæ, ſeu de Eccleſiis, Prioratibus, Capellis, Membris, Iuribus, Bonis, & Rebus ſuis, nec non & contra prædictos fratrem Savinum Gilioli & Fratrem Senſum Compagnoli Monachos dicti Monaſterii Vallis Fabricæ quocumque quæſito colore aliquam non præſumatis nec attentetis facere novitatem, pro dictæ Sedis Apoſtolicæ reverentia atque noſtra, cum intendamus cauſam & negotium ſupradictum auxiliante Domino fine debito terminare prout ordo dictaverit rationis. Et ſi de prædictis ſenſeri-

ri-

Digitized by Google

ritis vos in aliquo adgravari, infra trium dierum ſpatium, quorum unum pro primo, reliquos pro ſecundo & tertio ac peremptorio termino vobis præfigimus, ac etiam aſſignamus, coram nobis in Civitate Peruſii in hoſpitio habitationis noſtræ ac fratrum noſtrorum in domo ſcilicet filiorum domini Gratiæ Boni in Civitate Peruſii & Parochia Sancti Blaxii legitime comparere curetis oſtenſuri de gravamine, & recepturi ſuper hiis iuſtitiæ complementum. Et nihilominus auctoritate prædicta Vos tenore præſentium requirimus & citamus, quatenus infra prædictum terminum in loco prædicto, ſi veſtra credideritis intereſſe, legitime comparere curetis, quem vobis pro perentorio termino aſſignamus ad procedendum in quantum de iure debetis ſuper dicta cauſa & negotio ad actus ſingulos incluſive uſque ad difinitivam ſententiam, ut poſtulat Ordo iuris. Has autem literas ad cautelam fecimus regiſtrari & noſtri ſigilli impreſſione muniri, de quarum præſentatione & relatione Vannutio Martini nuntio noſtro ad hoc iurato & deputato dabimus plenam fidem. Datum Peruſii in Clauſtro Domus Epiſcopatus die XVI. Menſis Martii XII. Indictione ſub Anno Domini MCCCXLIV.

DXXIV.

Excerpta ex Regeſto Autographo in Arch. Nonant.

1344.

IN nomine domini amen. Anno ſalutifere nativitatis eiuſdem MCCCXLIIII. Indictione XII. tempore Domini Clementis PP. VI. die VI. menſis Iulii. Pateat omnibus &c. quod Rev. in Chriſto Pater & D. D. Guillelmus Abbas &c. ad quem de iure & antiquata conſuetudine hactenus obſervata pacifice ſpectat, & manualiter ſibi ſubeſt monaſterium S. Marie de Valleſabrica dicti Ordinis Aſſiſin. dioc. &c. cum Religioſus vir Domnus Symon Aldobrandini de Florentia Monachus Nonantulanus & prior dicti Monaſterii de Valleſabrica recurreret ad ſupradictum D. Abbatem per procuratorem ſuum &c. & randem perſonaliter quamvis per multas dietas ab eo diſtaret, quod cum ad collationem ſuimet prioris ſpectent quedam curate eccleſie dicto monaſterio de Valleſabrica pleno iure ſubiecte, ſcilicet Eccleſia Sancti Angeli de Rochizola Aſſiſin. dioc. Eccleſia Sancti Patroniani ſeu Patrognani de roncha dicte dioc. & Eccleſia ſancte Marie de Scalellis de Peruſio & Peruſine dioc., tam propter tenuitatem reddituum & proventuum ipſarum, propter quarum defectum & paucitatem non poſſunt honeſte vel commode ſacerdotes proprios ſuſtentare, quam etiam propter quaſdam invaſiones & uſurpationes ac fructuum & poſſeſſionum ipſarum rapinas de eis factas illicite, non ſolum in eis non celebrentur divina, nec etiam habitentur per aliquos habitare debentes, verum etiam & in domibus corruant, & in parte corruerint, & tanta patiantur in ſuis temporalibus detrimenta, quod publice de paſſu in paſſum ad nihilum reducentur &c. quod prefatus dominus Abbas &c. per dei miſericordiam dignaretur dictas Eccleſias alicui Eccleſie eis viciniori atque potentiori (*unire*) &c. ipſe D. Abbas &c. conſiderans quod Prioratus ſeu Eccleſia Sancti Gregorii de coltradiciis ſupradicti Ordinis & Aſſiſin. dioc. ac ſibi Abbati & monaſterio eius ſubiecta melius conſiſtit quam aliqua alia ſua Eccleſia de partibus illis, & eſt dictis Eccleſiis magis aliis & ſatis vicina, multumque confidens in ſufficientia & virtute fratris Iohannini de aſſiſio Monachi ſupradicti Monaſterii S. Silveſtri de Nonantula & prioris dicti Prioratus &c. ſupradictas Eccleſias Sancti Angeli, Sancti Patroniani ſeu Patrognani & Sancte Marie de Scalellis cum omnibus iuribus &c. univit,

ad-

adiunxit & collegavit Eccleſie ſeu Prioratui ſancti Gregorii ſupradicti.

Rog. Lambertinus de Caſtrofrancho.

DXXV.

Autographum in Arch. Non. & in Regeſto Litterarum Apoſtolicarum Clement. PP. VI. An. VI. To. 3. Par. I. p. 31. ep. 15. In Arch. Vatic.

1345.

Clemens &c. Dilecto filio Frederico Abbati Monaſterii Nonantulani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis Salutem &c. Inter ſollicitudines varias, quibus aſſidue premimur, illa potiſſime pulſat & excitat mentem noſtram, ut Status Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium preſertim ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium ſpiritualiter & temporaliter augeatur, quodque illis, que ſuis deſtituta Paſtoribus vacationis incommodis exponuntur, tales Miniſtros preficere ſtudeamus, per quorum regimina utiliter & ſalubriter valeant gubernari. Nuper ſi quidem Monaſterio Nonantulano ad dictam Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis pro eo vacante, quod nos de perſona dilecti filii Guillelmi Sancti Pauli de Urbe dicti ordinis tunc eiuſdem Nonantulani Monaſterii Abbatis apud Sedem Apoſtolicam conſtituti prefato Monaſterio Sancti Pauli tunc vacanti duximus providendum, preficiendo eum dicto Monaſterio Sancti Pauli auctoritate apoſtolica in Abbatem, nos attendentes, quod nullus preter nos hac vice de ordinatione ipſius Monaſterii Nonantulani ſe intromittere poteſt, pro eo quod nos diu ante vacationem huiuſmodi ipſius Monaſterii Nonantulani proviſiones omnium Monaſteriorum tunc apud dictam Sedem quocumque modo vacantium & vacaturorum impoſterum apud eam diſpoſitioni noſtre duximus reſervandas, decernendo ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari; ac de proviſione ipſius Monaſterii Nonantulani celeri & felici, ne prolixe vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, ac cupientes talem eidem preeſſe perſonam, que vellet, ſciret, & poſſet illud preſervare a noxiis & adverſis, & in ſuis manutenere iuribus, & etiam adaugere, poſt deliberationem, quam ad preficiendum prefato Monaſterio perſonam utilem & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te tunc Abbatem Monaſterii Sancti Eugenii prope Senas eiuſdem Ordinis Decretorum Doctorem apud nos de Religionis zelo, honeſtate morum, & vite prudentia, ſpiritualium & temporalium providentia, aliiſque donis virtutum fide dignorum teſtimoniis multipliciter commendatum convertimus aciem noſtre mentis, quibus omnibus attenta meditatione penſatis de perſona tua eidem Monaſterio Nonantulano de dictorum Fratrum conſilio providemus, teque illi preficimus in Abbatem, curam & adminiſtrationem ipſius Monaſterii Nonantulani tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, firma ſpe fiduciaque tenentes, quod prefatum Monaſterium Nonantulanum per tue circumſpectionis induſtriam preſervabitur a noxiis & adverſis, ac ſpiritualiter & temporaliter Deo auctore augmenta ſuſcipiet commodi & honoris. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus onus regiminis dicti Monaſterii Nonantulani ſuſcipiens reverenter curam & adminiſtrationem predictas ſic diligenter geras, & ſolicite proſequaris, quod Monaſterium ipſum Nonantulanum Gubernatori circumſpecto & fructuoſo Adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffunda- tur,

tur, tuque preter retributionis eterne premium benivolentie noſtre gratiam exinde plenius conſequaris. Dat. Avinione IV. Kalendas Novembris Anno Sexto.

In eodem modo dilectis filiis Conventui Monaſterii Nonantulani ad Romanam Eccleſiam *&c.*

Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Fredericum Abatem tamquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum devote recipientes, & honeſte tractantes, ac exhibentes ei obedientiam & reverentiam debitam & devotam, eius ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis hilariter & efficaciter adimplere curetis. Alioquin ſententiam, quam idem Fredericus Abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus *&c. Dat. ut ſupra.*

In eodem modo dilectis filiis univerſis Vaſſallis Monaſterii Nonantulani *&c.* Quocirca Vniverſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Fredericum Abatem debita honorificentia proſequentes, ac intendentes eius efficaciter ſalubribus monitis & mandatis, ei fidelitatem ſolitam exhibere, nec non de conſecutis ſerviciis & iuribus ſibi a vobis debitis reſpondere integre ſtudeatis. Alioquin *&c. Datum ut ſupra.*

DXXVI.

Autographum in Arch. Nonant. & in Regeſt. liter. Apoſtol. Clementis IV. Ann. VII. Tom. 4. Par. I. pag. 29. in Arch. Vatic.

1348.

CLemens *&c.* Dilecto filio Deodato Abbati Monaſterii Sancti Silveſtri Nonantulani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis Salutem *&c.* Regimini univerſalis Eccleſie quanquam inſufficientibus meritis diſponente Domino preſidentes de univerſis Orbis Eccleſiis & Monaſteriis, de hiis preſertim, que ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinent mediante, pro eorum ſtatu ſalubriter dirigendo, quantum nobis ex alto permittitur, ſolicite cogitamus; ſed eorum propenſior ſolicitudo nos urget, que propriis carere Paſtoribus, & viduitatis incommodis conſpicimus ſubiacere, ut illis per noſtre cooperationis ſtudium viri preficiantur ydonei in Paſtores, qui velint, ſciant, & poſſint eiſdem Eccleſiis & Monaſteriis preeſſe utiliter & prodeſſe. Nuper ſi quidem Monaſterio Sancti Silveſtri Nonantulano ad eamdem Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis per obitum quondam Frederici eiuſdem Monaſterii Abbatis, qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Abbatis regimine deſtituto, Nos conſiderantes quod nullus preter nos de proviſione ipſius Monaſterii ſe hac vice intromittere poteſt, pro eo quod nos diu ante vacationem huiuſmodi proviſiones omnium Monaſteriorum tunc apud dictam Sedem vacantium & vacaturorum impoſterum apud eam ordinationi & diſpoſitioni noſtre & dicte Sedis ſpecialiter reſervantes decrevimus ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari, & ad proviſionem ipſius Monaſterii celerem & felicem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſolicitis ſtudiis intendentes, ac cupientes talem eidem Monaſterio preeſſe perſonam, que vellet, ſciret, & poſſet illud preſervare a noxiis & adverſis, ac in ſuis manutenere iuribus, & etiam adaugere, poſt deliberationem, quam ad preficiendum prefato Monaſterio perſonam utilem & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te tunc Abbatem Monaſterii Sancte Marie in Coſmedin Ravennatis eiuſdem Ordinis apud nos de Litterarum Scientia, religionis zelo, honeſtate morum, vite mundi-

dicia, ſpiritualium & temporalium providentia, aliiſque donis virtutum fide dignorum teſtimoniis multipliciter commendatum, convertimus aciem noſtre mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona tua eidem Monaſterio de Fratrum noſtrorum conſilio auctoritate apoſtolica providemus, teque illi preficimus in Abbatem curam & adminiſtrationem ipſius Monaſterii S. Silveſtri tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, firma ſpe fiduciaque tenentes, quod prefatum Monaſterium Sancti Silveſtri per tue circumſpectionis induſtriam preſervabitur a noxiis & adverſis, & regularibus proficiet inſtitutis, ac ſpiritualiter & temporaliter auctore Domino augumenta ſuſcipiet commodi & honoris. Quo circa diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus onus regiminis dicti Monaſterii Sancti Silveſtri ſuſcipiens reverenter curam & adminiſtrationem predictas ſic diligenter geras, & ſolicite proſequaris, quod dictum Monaſterium Sancti Silveſtri gubernatori circumſpecto & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum, ac bone fame tue odor latius diffundatur, & preter retributionis eterne premium benivolentie gratiam exinde plenius conſequaris.

Dat. Avinion. VI. Idus Iul. Anno ſeptimo.

In eodem modo dilectis filiis Conventui Sancti Silveſtri Nonantulani ad Romanam Eccleſiam *&c.*

Quo circa diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Deodatum Abbatem tamquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum devote recipientes, & honeſte tractantes, ac exhibentes ei obedientiam & reverentiam debitam & devotam, eius ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis ylariter, & efficaciter adimplere curetis. Alioquin ſententiam, quam idem Abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatiſfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum ut ſupra.

In eodem modo Dilectis filiis Vniverſis Vaſſallis Monaſterii Sancti Silveſtri Nonantulani ad Romanam Eccleſiam *&c.*

Quo circa Vniverſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Deodatum Abbatem debita honorificentia proſequentes, ac intendentes efficaciter eius ſalubribus monitis & mandatis ei fidelitatem ſolitam exhibere, nec non de conſuetis ſervitiis & iuribus ſibi a vobis debitis reſpondere integre ſtudeatis. Alioquin *&c.*

Datum ut ſupra.

DXXVI. 2.

Excerpta ex Autographo in Archiv. Nonant. [1]

1353.

Articulus ſuper quo petitur conſilium talis eſt. Monaſterio S. Silveſtri de Nonantula dioc. Mutinen. per Romanos Pontifices & Imperatores quamplura privillegia conceſſa fuerunt, per que dicto Monaſterio donantur & confirmantur Caſtra, Ville, Silve, terre & loca quamplurima, in quibus privilegiis concedi videtur domino Abbati ipſius Monaſterii Nonantulani in predictis locis & ſuper quibuſcumque perſonis clericis vel laycis ipſorum locorum merum & miſtum imperium, & ordinaria ple . . . . . . Epiſcopalis vel quaſi iuriſdictio. Quidam non exiſtentes de dictis locis nec in ipſorum aliquo habitantes invicem litigant & contendunt occaſione conceſſionum per prefatum dominum Abbatem factarum in precariam vel emphyteoſim de prediis ſitis in aliquo di-

(1) Di queſto Documento ſcoperto, mentre già era avanzata la ſtampa dell' Opera, non ſi è potuto far uſo nel decorſo di eſſa, ove ſi è ragionato del temporal dominio della Badia, che da eſſo viene sì ben comprovato.

diſtorum locorum. Queritur an prediſtus dominus Abbas poſſit de predictis cauſis vel litibus inter predictos cognoſcere & iudicare. Secundo queritur, an ſi in dicto caſu vel alio, in quo de ipſius iuriſdictione contenditur, ipſe idem dominus Abbas poſſit cognoſcere & iudicare, an ad ipſum iuriſdictio pertinere noſcatur . . . . . . Super predictis conſultationum articulis conſultus ego Iohannes Caldarini decretorum doctor (2) viſis & diligenter examinatis ſpecialiter tribus privilegiis dicto Monaſterio conceſſis, ſcilicet uno Innocentii III. alio Gregorii noni Romanorum Pontificum, & alio Octonis quarti Imperatoris, reſpondendo ad primam queſtionem dico, dominum Abbatem dicti Monaſterii Nonantulani de iure poſſe de predictis litibus & queſtionibus cognoſcere & iudicare, quia ex tenore dictorum privilegiorum Octonis Imperatoris & Innocentii PP. apparet caſtra, villas, ſilvas, terras, & loca multa fuiſſe conceſſa, donata, & confirmata dicto Monaſterio, & in dicto privilegio Octonis conceditur eidem domino Abbati cognitio & terminatio & pleniſſima iuriſdictio earum omnium perſonarum dictorum locorum, que omnia per privilegium predictum Gregorii PP. confirmantur, & eximuntur ab omni iuriſdictione ſpirituali & temporali quorumcumque. Et conceditur ipſi domino Abbati merum & miſtum imperium & iuriſdictio ordinaria in monaſterii membris, & locis predictis, parochiis & parochianis ipſorum locorum, & ſicut quis dioceſanus habet in ſua dioceſi, atque verus & legiptimus dominus in ſua iuriſdictione, que verba ita clare & plene preſati domini Abbatis iuriſdiſtionem inſinuant, quod gloſa ſive adiectione non indigeat, ut accedat . . . . Conſtat enim quod ſi litigatur inter aliquos de re ſita in territorio vel loco iuriſdictionis alterius, ipſe in cuius territorio vel iuriſdictione ſita eſt cognoſcere poteſt & eſt competens iudex *&c.* Ad ſecundam queſtionem patet reſponſio per predicta, videlicet quod in predicto caſu, vel cum aliter de predicti domini Abbatis iuriſdictione dubitaretur, ipſe poteſt cognoſcere & iudicare, an ad ipſum iuriſdictio pertinere noſcatur; & ſine aliis argumentis probatur dicta concluſio *&c.*

Rog. Lentius qu. D. Pauli Decr. Doct. Acta fuerunt hec Bononie in domo habitationis dicti D. Iohannis preſentibus *&c.* ſub anno Domini a nativitate eiuſdem milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio Indictione ſexta die primo menſis Iulii Pontificatus Ss. Patris & D.D. Innocentii PP. ſexti anno primo.

Et ego Iohannes Caldar. predictus ſic ad literam pro ut ſcriptum eſt ſupra conſului, & hanc ſubſcriptionem propria manu ſcripſi mandavique proprium conſuetum ſigillum huic membrane apponi.

Repetita invocatione *&c.* Ego Paulus de Liazariis doctor decretorum predicto conſilio accedo. Sed ſi diceretur quod contractus precarius in forma qua conceditur eſſet contractus feudi, & eius naturam ſortiretur, quod videtur poſſe dici *&c.* eſſet dicendum, quod dominus Abbas poſſet cognoſcere de illis contractibus ne dum virtute privilegiorum, ſed ex natura feudi, que tribuit iuriſdictionem unicuique domino etiam vili, ruſticho, ut notant moderni *&c.*

Rog. qui ſupra. Sic dico & conſulo ego Paulus de Liazariis doctor decretorum faciens meum ſigillum apponi *&c.*

DXXVII.

(2) Giovanni Calderini, e Paolo Liazari, il qual pur ſottoſcrive a queſto Conſulto, furono due de' più celebri Canoniſti, che in queſto ſecolo aveſſe Bologna.

Di eſſi ho parlato nella mia *Storia della Letteratura Italiana* T. V. p. 287. 289.

DXXVII.

Ex Regiſtro Anni V. Litterarum Apoſtolicarum Innocentii PP. VI. pag. 374. *n.* 114.

1357.

INnocentius &c. Dilecto filio nobili viro Johanni de Olegio Militi Salutem &c. Cum dilectus filius Ludovicus Abbas Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis nuper eidem Monaſterio tunc vacanti per Nos in Abbatem prefectus ad Monaſterium ipſum auctore Domino ſicut ſperamus feliciter gubernandum accedat, Nobilitatem tuam monemus, requirimus & hortamur attente per apoſtolica nihilominus tibi ſcripta mandantes, quatinus caſtrum ſeu fortalicium dicti loci de Nonantula, quod ad dictum Monaſterium pleno iure ſpectare & per te ſeu gentes tuas teneri aſſerit, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis aliiſque locis & bonis ad Monaſterium ipſum ſpectantibus, que per te vel gentes tuas quomodolibet tenentur, ob noſtram & apoſtolice Sedis reverentiam eidem Abbati, qui caſtrum ipſum abſque tuo vel tuarum gentium leſione intendit & ſciet diligenter facere cuſtodiri, vel eius certo nuntio integre dimittas & aſſignes, ſeu dimitti & aſſignari facias cum effectu, ſibique etiam in recuperandis & manutenendis aliis bonis & iuribus dicti Monaſterii tuum efficaciter prebeas auxilium & favorem, mandatum noſtrum huiuſmodi taliter impleturus, quod inde apud nos & Sedem predictam laudem & gratiam digne conſequi merearis.

Datum Avinione X. Kalendas Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

DXXVIII.

Autographum in Archiv. Nonant.

1365.

EGidius miſeratione divina Epiſcopus Sabinenſis apoſtolice ſedis Legatus Venerabili in chriſto patri Epiſcopo Faventino ſalutem in domino. Conqueſtus eſt nobis Gerardus Clavelli Prior prioratus Sanctarum Marie maioris & Fuſce tarviſin. a Monaſterio Nonantulano Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis dioceſis dependentis, quod Gregorius de Ronchazonis & Gabriel de Forlivio Monachi dicti Monaſterii nunc in eadem Civitate Forlivii commorantes dudum ad Prioratum predictum tunc Priore carentem accedentes, libros, calices, paramenta, & alia vaſa & ornamenta divino cultui deputata, nec non ſupellettilia, utenſilia, lectiſternia, & alia bona mobilia ibidem exiſtentia, & ad ipſum Prioratum pertinentia auctoritate, ſeu potius temeritate propria receperunt & aſportaverunt; & non ſolum ea, ſed etiam terras & poſſeſſiones & alia bona immobilia ac decimas, cenſus, & alios redditus dicti Prioratus diſtraxerunt & alienarunt, pecunias exinde habitas in uſus proprios convertentes in ſuarum preiudicium animarum & dicti Prioratus non modicum detrimentum. Quocirca paternitati tue auctoritate, qua fungimur, preſentium tenore committimus & mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit decernatis eadem auctoritate, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili auctoritate prefata compellatis veritati teſtimonium perhibere.

Dat. Ancone V. Kal. Februar. Pontificatus domini Vrbani PP. V. anno tertio.

DXXIX.

Digitized by Google

DXXIX.

Collecta Eccleſiis Nonant. Monaſt. ſubjectis impoſita. Ex Actis Guillelmi qu. Bonterii de Ghinamis.

1369.

MOnaſt. S. Lucie de Roffeno Bon. dioc. cum eccleſiis ſuis pro colecta X. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Monaſt. S. Marie Valſabrice Aſſiſin. dioc. cum capellis ſuis pro colecta CXV. flor. auri, & pro nuncio I. flor.

Eccl. S. Angeli de Saxoferrato pro colecta XVI. flor. auri, & pro nuncio XXV. ſol. bon.

Eccl. S. Gregorii de coltradiciis pro colecta XVI. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccl. S. Blaxii & Habundii de Serra eugub. dioc. pro colecta XVI. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccl. S. Marci de colle pergolle pro colecta XVI. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccl. S. Felicis in piazza de Florentia pro colecta centum flor. auri, & pro nuncio unum flor.

Eccl. S. Marie in mamma & S. Mariani vallis arni aretine dioc. pro colecta XXX. flor. auri, & pro nuncio XXV. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de Tarviſio pro colecta centum flor. auri, & pro nuncio unum flor.

Eccl. S. Leonardi de Padua pro colecta centum flor. auri, & pro nuncio XXX. ſol. bon.

Eccl. S. Iohannis de Ferraria pro colecta XXV. flor. auri, & pro nuncio XXV. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri de Vicentia pro colecta XXVII. flor. auri, & pro nuncio XXV. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri de Verona pro colecta XXVII. flor. auri, & pro nuncio XXV. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri de Nogaria pro colecta XXX. flor. auri, & pro nuncio XXV. ſol. bon.

Eccl. S. Crucis & Eccl. S. Silveſtri de Cremona pro colecta XVI. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Hoſpitale Vallis Lamole pro colecta XXX. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccl. S. Marie in Tortiliano mut. dioc. pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Eccl. S. Iohannis de Rocheta pro colecta unum flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de Zenzano pro colecta III. flor. auri, & pro nuncio VI. ſol. bon.

Prepoſitura SS. Senexii & Theopompi de Caſtro veteri pro colecta VIII. flor. auri, & pro nuncio VIII. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de bruſaditio pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Adriani de Spilamberto pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Plebes S. Michaelis de Nonantula cum capellis ſuis pro colecta X. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Silveſtri de Fanano pro colecta XXV. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Plebes S. Silveſtri de Runchaleis pro colecta XVI. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Nicolai de Cortili pro colecta XVI. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Prepoſitura S. Marie de Camurana pro colecta VI. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Marie de Bodruncio pro colecta X. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Plebes S. Marie de Bondeno Ferrar. dioc. pro colecta XXVII. flor. auri, & pro nuncio XXV. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri de Crepalcorio novo pro co-

colecta V. flor. auri, & pro nuncio VI. ſol. bon.

Beneficium S. Antonii hedificatum in dicta Eccleſia pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccl. S. Laurentii de Sorbaria pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Petri in oneta pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio IV. ſol. bòn.

Eccl. Ss. Senexii & Theopompi de Medeola pro colecta unum flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Bartholomei de Villafranca pro colecta unum flor. auri, & pro nuncio V, ſol. bon.

Eccl. S. Marie in grumullo pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Blaxii in grumullo pro colecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol, bon.

Eccl. S. Marie de Caſtronovo pro colecta IV. flor. auri, & pro nuncio VIII. ſol, bon.

Eccl. S. Silveſtri de Crepalcorio veteri pro colecta III. flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri de Mutina pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio IV. ſol. bon.

Eccl. S. Martini de Sicho pro colecta I. flor. auri, & pro nuncio II, ſol. bon.

Eccl. S. Gregorii de Verace pro colecta I, flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de farneto pro colecta II, flor. anri, & pro nuncio IV. ſol. bon.

Hoſpitale S. Marci pontis floriani, pro colecta IV. flor. auri, & pro nuncio VIII. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de precariis pro colecta XX. ſol. bon., & pro nuncio IIII. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de pratobonino pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri extra Caſtrum franchum pro colecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccl. de Orioveclo pro colecta unum flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de portu pro colecta unum flor. auri, & pro nuncio II. ſol. bon.

Eccl. S. Petri de Runcholamberto pro colecta XX. ſol. bon., & pro nuncio II. ſol. bon.

Eccl. S. Sophie extra Crepalcorium pro colecta I. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Bartholomei de calancho pro colecta XX. ſol. bon. & pro nuncio II. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri de Mantua pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio IV. ſol. bon.

Eccl. S. Petri in gillione pro colecta X. flor. auri, & pro nuncio XX. ſol. bon.

Eccl. S. Marie de Alixino pro colecta I. flor. auri, & pro nuncio III. ſol. bon.

Eccl. S. Marie in diſvedro pro colecta I. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Eccl. S. Blaxii de Ferraria pro colecta V. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Eccl. S. Silveſtri de placentia pro colecta VIII. flor. auri, & pro nuncio X. ſol. bon.

Altare S. Iohannis conſtructum in Eccl. S. Silveſtri de Verona pro colecta II. flor. auri, & pro nuncio V. ſol. bon.

Mon. S. Lucie de Ferraria pro colecta III. flor. auri, & pro nuncio VIII. ſol. bon.

Prioratus Ss. Senexii & Theopompi de Nonantula pro colecta X. flor. & pro nuncio ſol. V.

Eccl. S. Martini de Situla pro colecta I. ducat., & pro nuncio ſol. V.

DXXX.

DXXX.

Ex Membrana Cancel. Communis Tarviſ.

1389.

ANtonius Veoerio Dei gratia Dux Venetiarum *&c.* Nobili & Sapienti Viro Guilelmo Quirino de ſuo mandato Vicerectori *&c.* Comparens coram nobis Reverendus Pater Dominus Frater Nicolaus Abbas Monaſterii S. Silveſtri de Nonaotula expoſuit, quod Monaſtetium S. Mariæ Majoris de Tarviſio eſt ſubjectum ſupraſcripto Mooaſterio S. Silveſtri de Nonantula. Quare ſcribimus & maodamus vobis, quod informare vos debeatis de facto predicto tam a circumvicinis, quam ab aliis, qui vobis videbuntur, ſi dictum Monaſterium eſt ſubjectum dicto mooaſterio de Nonantula & ſi per Domnum Franciſcum de Carraria vel alios fuit indebite occupatum: & ſi inveoeritis ita eſſe, debeatis dare auxilium, & favorem nunciis dicti Domni Abbatis ad obtinendum poſſeſſionem dicti mooaſterii faciendo hoc cum voluntate convicinorum: & reſcribeodo quicquid babueritis, & feceritis.

Data in noſtro Ducali Palatio die 14. Ianuarii 12. Indictiooe.

DXXXI.

Autographum in Archiv. Nonant.

1389.

ANtonius Venerio dei gratia Dux Venetiarum *&c.* Rever. Patri D. N. Abbati Nonantulano amico dilecto ſalutem & ſincere devotionis affectum. Ex tenore litterarum paternitatis veſtre, nec non ex relatione diſcreti viri presbiteri Iohannis civis noſtri clare concepimus, eandem paternitatem cooſtanter diſpoſitam complacere nobis in perſooam dicti civis noſtri de prioratu Sancte Marie Maioris de Terviſio. Vnde benevolentie tue referimus copiam gratiarum. Et licet iodubie teneamus, quod res pro cive noſtro ſuum conſequetur effectum, tamen eamdem paternitatem rogamus inſtantius, quateous placeat noſtro intuitu celerem expeditiooem dare iuxta votum ooſtrum negotio ſupraſcripto. In quo ipſa paternitas veſtra nobis multipliciter complacebit.

Datum in ooſtro Ducali palatio die decimo Iunii Indictione XII.

DXXXII.

Autographum in Arch. Nonant.

1389.

ANtonius Venerio dei gratia dux Venetiarum *&c.* Reverendo in Chriſto patri domioo . . . . . Abbati Nooantulenſi amico dilecto ſalutem & ſincere dilectionis affectum. Rediens ad preſentiam noſtram diſcretus vir presbiter Iohanoes civis ooſter aſſeruit paternitatem veſtram optime diſpoſitam ad complacendum oobis io conferendo eidem noſtro intuitu Prioratum Sancte Marie *&c.* & iam mandaſtis eidem ad aſſumeodum habitum. De quo benigne conferimus paternitati veſtre affluentiam gratiarum, rogaotes quod bonam voluntatem veſtram ac conſtans propoſitum in complaceodo nobis placeat ducere ad effectum. Quod nobis gratiſſimum erit. Nam propter bonitatem ipſius de eo cooteoti ſumus, & de alio non.

Data in noſtro ducali palacio die XIIII. Iulii XII. Indictiooe.

DXXXIII.

DXXXIII.

Ex Regiſtro Literarum Apoſtolicarum Bonifacii Pape IX. To. II. p. 11.

1391.

BOnifacius &c. Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis et. . . . . Epiſcopis, ac dilectis filiis . . . . . Electis & inferioribus Prelatis, ac univerſo Clero Seculari & Regulari exempto & non exempto Regni Anglie Salutem &c. Quamquam ab ipſis primordiis, quibus felicis recordationis Vrbanus Papa VI. Predeceſſor noſter fuit ad ſummi Apoſtolatus apicem evocatus, Sacroſancta Romana Eccleſia mater cunctorum Chriſti fidelium & Magiſtra, Sciſmaticorum operibus facientibus, indeſinenter fuerit tempeſtatibus variis agitata, & nondum ſit finis, & interim dictum Predeceſſorem oportuerit, noſque oporteat pro ſtatu eiuſdem Eccleſie conſervando magna & intolerabilia expenſarum onera de neceſſitate ſubire, & propterea Camere erarium multipliciter ſit exhauſtum, & nichilominus reliquarum nationum Cleri dicte Romane Eccleſie eorum Matri in neceſſitatibus conſtitute pie compatientes de propriis facultatibus ſepe ſepiuſque ſubvenerint, & licet medio tempore nullas graves moleſtias per Dei gratiam habueritis ſuſtinere, ſeu etiam habeatis, veſtreque facultates plurimum ſint adaucte, & in veſtris commodis atque honoribus conſervandis & multiplicandis dictam Romanam Eccleſiam ſemper de bono in melius continuatis effectibus vobis ſenſeritis & ſentiatis propitiam & benignam, fuiſſetque par & equum, ut eidem Romane Eccleſie veſtra devotio in aliquo ſubveniſſet, devotio tamen ipſa incommoda & afflictiones Eccleſie Romane predicte conniventer tranſiens, etſi aliquando interpellata ei compati ac ſubvenire diſtulit uſque modo. Quamobrem prudentiam veſtram attente monemus requirimus & hortamur vobis nichilominus diſtrictius iniungentes, quatenus pro noſtra & apoſtolice ſedis reverentia premiſſa in veſtram conſiderationem adducentes, nec ommittentes quod attento, quibus cum geritur cauſa, ſi iſtis in partibus, in quibus non pauca in ſubverſionem ſtatus dicte Eccleſie ſummis iuribus variiſque modis tentant, per noſtra preſidia comprimantur, ſtatui regni Anglie ſimiliter ac noſtro non mediocriter providetur, ſi enim recte inſpicitur, quitquid confingant vel ſimulent, communes ſunt hoſtes, pro veſtrarum viribus facultatum eidem Eccleſie veſtre matri in hoc arduo caſu compatientes ſine dilatione velitis liberaliter & effectualiter ſubvenire, ea videlicet ſubventione, que alterutrimque non reddatur indigna. Quod ſi effeceritis ut ſperamus, bona credulitas nos fovet, quod vobiſcum Domino faciente virtutem cum ſubventione huiuſmodi taliter conatibus hoſtium reſiſtetur, quod eos contra Matrem Eccleſiam iniquam ſumpſiſſe cauſam, & ſi non contritione cordis ſuſceptione tamen damnorum & incommodorum uſque ad intimum penitebit, & erit ceteris in exemplum. Circa que dilecto filio Nicolao Abbati Monaſterii Nonantulani Ordinis S. Benedicti Mutinenſis Dioceſis apoſtolice Sedis nuncio, quem utpote virum probum circumſpectum & precipue nobis fidum, & pro hac & aliis cauſis ad cariſſimi in Chriſto filii noſtri Riccardi Regis Anglie Illuſtris preſentiam ad partes illas tranſmittimus in referendis noſtri parte, veſtra circumſpectio fidem indubiam poterit adhibere. Datum Rome apud Sanctum Petrum XVIII. Kalendas Maii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

DXXXIV.

Ex Regiſtro Literarum Apoſtolicarum Bonifatii Pape IX. To. 4. p. 40.

1396.

BOnifacius &c. Dilecto filio Iacobo Dardani fructuum & proventuum Camere Apoſtolice debitorum in Regno Anglie Collectori Sa..tem &c. Cum dilectum filium Nicolaum Abbatem Monaſterii Sancti Silveſtri Nonantulani Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis Referendarium noſtrum Apoſtolice Sedis nuntium, ut non nulla ardua ſtatum Sancte Romane Eccleſie concernentia proſequatur ad partes illas preſentialiter deſtinemus, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta iniungimus & mandamus, quatenus ſibi ex pecuniis per te collectis & colligendis ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus pro neceſſariis victus dicti Abbatis & familie ſue de tribus florenis auri de Camera pro qualibet die, quouſque ipſum in partibus illis trahere moram contigerit, abiecta obiectione quacumque provideas oportune, ac ſibi pro expenſis per eum in eius redditu ſupportandis trecentos florenos auri de camera etiam abſque obiectione perſolvas. Ceterum volumus tibique mandamus, quatenus ſi centum Ducatos auri, in quibus idem abbas dum alias dictum Regnum, prout noſti, adiit, nonnullis in ipſo regno commorantibus pro expenſis per eum in noſtris & dicte Eccleſie ſerviciis tunc factis ibidem tenebatur, & quos per te eiſdem ſolvi alias recolimus mandaviſſe, nondum ſolviſti, penitus de prelibatis pecuniis ad dictam Cameram ſpectantibus illos centum ſibi abſque uberiori dilatione perſolvas in hiis & aliis erga eumdem Abbatem adeo benigniter te habendo, quod apud nos & Apoſtolicam Sedem valeas commendari. Nos enim eidem Abbati de hiis que ſibi ſolveris, ut prefertur, noſtro & dicte Camere nomine te quitandi & perpetuo liberandi plenam & liberam concedimus harum ſerie facultatem. Volumus autem quod de ſolutione & quitatione huiuſmodi duo conſimilia confequi facias publica inſtrumenta, quorum uno penes te retento, reliquum ad dictam Cameram tranſmittere non omittas. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. Idus Martii Pontificatus noſtri Anno VII.

DXXXV.

Ib. p. 41.

1396.

BOnifacius &c. Dilecto filio Nicolao Abbati Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis Referendario noſtro apoſtolice Sedis Nuntio ſalutem &c.

Dudum dilectis filiis Communitati Civitatis Florentine Caſtrum noſtrum Caſtricarii Forlivienſis Dioceſis ſub certis modis, pactis, & conditionibus recolimus conceſſiſſe, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Nos autem attendentes huiuſmodi conceſſionem effectum ſortiri ex certis cauſis ullatenus nequiviſſe, & ob huiuſmodi conceſſionem provinciam noſtram Romandiole guerris vexatam immaniter extitiſſe, ac optantes apponere ſolicitudinis noſtre partes circa pacis & concordie amenitatem provincie prelibate, diſcretioni tue, de qua in hiis & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, Dilectum filium Nobilem Virum Thomam Conte de Novis Domicellum dicti Caſtri pro nobis & Romana Eccleſia Caſtellannm, ac quoſcumque ad ipſius Caſtri cuſtodiam conſiſtentes, ut tibi noſtro & apoſtolice Sedis nomine dictum Caſtrum ac tenutam & corporalem poſſeſſionem ipſius Caſtri impendant, libereque conſignent noſtro nomine requirendi & monendi, ac tenutam & poſſeſſionem predictas nomi-

minibus prelibatis recipiendi & pro nobis ac S. Romana Eccleſia dictum Caſtrum, donec aliud a nobis habueritis in mandatis, tenendi, cuſtodiendi, & conſervandi, nec non ſi opus fuerit Caſtellanum predictum ac contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, & invocandi etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilium brachii ſecularis plenam & liberam tenore preſentium concedimus auctoritate apoſtolica facultatem. Datum Rome apud S. Petrum III. Nonas Martii Pontificatus noſtri Anno VII.

DXXXVI.

Ibid. p. 156.

1397.

BOnifacius *&c.* Dilectis filiis Nicolao Abbati Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis Referendario noſtro, ac Jacobo Dardani fructuum & proventuum Camere Apoſtolice in Regno Anglie debitorum collectori ſalutem *&c.* Preclara ſinceritas, devotioque ſincera, innata prudentia, circumſpectio ſingularis, peritia litterarum elegans, experientia in multis & arduis comprobata, operationes ſemper tendentes ad bonum, alieque virtutes quamplurime, quibus ut experientia didicimus illarum largitor Dominus perſonas veſtras multipliciter inſignivit, ſpem nobis indubiam pollicentur, quod ea que vobis commiſerimus peragenda exequemini fideliter, ſolicite, & prudenter. Cum itaque pro retractatione, caſsatione, revocatione, & annullatione quorumdam ſtatutorum dudum in Regno Anglie contra Nos & Romanam Eccleſiam ac libertatem Eccleſiaſticam factorum, & nonnullis aliis ipſius Eccleſie ac cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ricardi Regis Anglie Illuſtris ſuique incliti Regni ſtatum concernentibus negotiis ad ipſius Regis preſentiam dictumque Regnum te fili Abbas duxerimus deſtinandum, ac huiuſmodi caſſationis, revocationis, & annullationis proſecutionem vobis duxerimus committendam, Nos volentes vos plena poteſtate muniri, ut eo felicius huiuſmodi negotia exequi valeatis, quo maiori fueritis per nos poteſtate muniti, ac de probitate & huiuſmodi veſtris virtutibus ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, vobis & cuilibet veſtrum in ſolidum noſtro & dicte Eccleſie nomine cum eodem Rege eiuſque proceribus, Magnatibus & Conſilio, ac Prelatis ipſius Regni ſuper retractatione, caſſatione, revocatione, & annullatione ſtatutorum huiuſmodi & ſuper huiuſmodi vobis commiſſis negotiis omnia & ſingula, que pro huiuſmodi ſtatu, honore, & utilitate noſtris & dicte Eccleſie ac Regis & Regni predictorum diſcretioni veſtre neceſſaria & utilia videbuntur, inveſtigandi, tractandi, deducendi, & concludendi, promittendique quod ea faciemus inviolabiliter obſervari, & ſimiles promiſſiones recipiendi cum pactis, modis, obligationibus & cautelis ad hec neceſſariis, & etiam oportunis, ac omnia & ſingula faciendi, exercendi, exequendi, & complendi que in premiſſis, & circa ea & quelibet eorum fuerint quomodolibet oportuna, etiam ſi talia forent que mandatum magis exigant ſpeciale, plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore preſentium concedimus poteſtatem, ratum habituri atque gratum quicquid egeritis, & quilibet veſtrum egerit in premiſſis. Agite igitur & taliter operemini, quod exinde fructus conſequantur laudabiles quos cupimus & ſperamus, veſtramque ſolertiam proinde poſſimus non immerito commendare.

Datum Rome apud Sanctum Petrum IV. Idus Novembris Pontificatus noſtri Anno octavo.

 DXXXVII.

DXXXVII.

Apographum in Arch. Pub. Bonon.

1398.

BOniſacius Epiſcopus Servus Setvorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Etſi cunctorum Chriſti fidelium iuſtis & honeſtis votis cum a nobis requiratur quantum in Deo poſſumus favorabiliter annuamus, & ut ipſis eorum iuta obſerventur illeſa ſollicitudinis noſtre ſtudium libenter intendimus; circha illos tamen id efficacius & ferventius efficere cupimus, qui Nobis & Romane Eccleſie iure directi dominii etiam in temporalibus immediate ſubeſſe noſcuntur. Exhibita ſi quidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum comunis noſtre Civitatis Bononienſis petitio continebat, quod cum olim inter eos & dilectos filios comune noſtre Civitatis Mutinenſis ſuper diverſis articulis gravis diſſenſionis materia orta fuiſſer ac partes ipſe ſuper reformanda pace & concordia inter eas, nec non ſuper omnibus litibus & ſingulis queſtionibus, controverſiis, dampnis, iniuriis, guerris, & offenſionibus realibus & perſonalibus ceteriſque diſcordiis, quibus inter ſe diffidere noſcebantur, in felicis recordationis Boniſacium Papam octavum Predeceſſorem noſtrum tanquam in arbitrum Arbitratorem, Diffinitorem, Preceptotem, Ordinatorem, Diſpenſatorem, & pronunciatorem alte & baſſe, libere & abſolute compromittere, ſeque in hiis omnibus mandatis & beneplacitis ipſius predeceſſotis per earum nunptios & procuratores ſpeciales ad hoc ab eis ſpecialiter ordinatos ſubmittere curaviſſent, idcirco predeceſſoris huiuſmodi compromiſſo in ſe ſuſcepto tam de Apoſtolice poteſtatis plenitudine ut aſseruit, quam etiam vigore huiuſmodi compromiſsi inter ceptera dixit, arbitratus fuit, laudavit, diffinivit, ſententiavit, mandavit, diſpoſuit & ordinavit quod inter partes ipſas fieret ſolempnis, plena, firma & ſtabilis pax modo & forma, quibus predeceſsor ipſe diceret ordinandum & perpetuo inviolabiliter obſervaretur; quodque quia occaſione caſtrorum Bagiani & Savignani mutin. dioceſ. que ad prefatos Comune Civitatis mutin. runc pertinere, ac per dictos Comune Civitatis Bon. detineri dicebantur, maxime propter vicinitatem, contiguitatem, ac etiam promiſcuitatem ipſorum Caſtrorum & terrirorii diſtrictus ſive comitatus dicte Civitatis Bononie huiuſmodi diſſenſiones inter partes antedictas, ut aſſerebatur, principaliter provenerant, & ne propterea graviores diſcordias inter eaſdem partes prout veriſimiliter dubitabatur in futurum pervenire contingerer, pro bono pacis & concordie caſtra predicta cum omnibus muris, hedificiis, fortiliciis, domibus, caxaliciis, territoriis, & diſtrictibus, nec non poſſeſſionibus, ſeu terris cultis, & incultis, vineis, ortis, pratis, ſylvis, nemoribus, aquis, & aquarum decurſibus, ceteriſque donis ſtabilibus, & jutibus, & pertinenciis ipſorum in plenum ius proprietatem ac uſum & dominium prefati Comunis Civitatis Bononie conceſſit, & applicavit. Voluit tamen idem predeceſſor per eoſdem comune de ſuis bonis prefatis Communi Civitatis Mutine ad extimationem ipſius predeceſſoris de predictis caſtris compenſationem fieri competentem; & ſubſequenter cum inter preſatos Comune Civit. Bon. & dilectos filios Univerſitatem Caſtri Nonantulani dicte dioceſis ſuper eo quod Commune Civitatis Bon. ipſum* Caſtrum Nonantulanum cum mero & mixto imperio ac omnibus aliis iuribus & pertinentis ſuis ex quibuſdam conceſſionibus olim per nonnullos qui hoc facere poterant eiſdem Communi legiptime factis ad ſe ſpectare, univerſitas vero predicta ea non eſſe vera queſtio verteretur, idem univerſitas ad tranſigendum queſtionem ſe & dictum Caſtrum Nonantulanum cum territorio ac omnibus iuribus & pertinentiis ſuis dominio & po-

poteſtati predictorum Communis Civitatis Bononie libere ſubmiſſerunt ac tranſtulerunt in eoſdem, ita quod ipſum Comune poſſet in eodem caſtro Nonantulano & eius pertinentiis velut in aliis caſtris & terris ſuis temporalem iuriſdictionem cum mero & miſto Imperio exhercere, quam quidem tranſactionem, ſubmiſſionem & translationem quondam Azo Marchio Eſtenſis aſſerens dominium temporale dicte Civitatis mutin. eiuſque diſtrictus ad ſe pertinere poſtmodum ratificavit, prout ex inſtrumentis publicis inde confectis dicitur plenius contineri (1). Idem quoque Comune Civitatis Bononie Bagiani & Savignani, conceſsionis & applicationis eis per dictum predeceſſorem ut premittitur factarum, ac Nonantulan. Caſtrorum predictorum corporalem poſseſsionem tranſactionis, ſubmiſsionis, & ratificationis huiuſmodi vigore aſsecuti illa ex nunc per quinquaginta annos & ultra tenuerunt & poſsiderunt, licet poſtmodum quondam Nicholaus & eius ſucceſsores Marchiones Extenſes qui ſuerunt pro tempore, vigore aſsignationis per bone memorie Egidium Epiſcopum Sabinenſem tunc Legatum Sedis Apoſtolice ipſi Nicholao ut aſseruit facte nomine, ut creditur, dicte Romane Eccleſie Caſtra tenuerunt & poſsiderunt antedicta. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, preſatum Commune Civitatis Bononie dicta Caſtra Bazani & Nonantule occupaverit, & intereaque teneant & poſsideant de preſenti, pro parte ipſius Comunis nobis ſuerit humiliter ſupplicatum, ut conceſsioni & applicationi per dictum predeceſsorem ut premittitur factis, nec non tranſactioni & ratificationi predictis robur Apoſtolice confirmationis adiicere, & dicta quidem Caſtra Bazani & Nonantule eiſdem Communi de novo concedere de dignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tenorem inſtrumentorum predictorum habentes preſentibus per expreſsum, ac volentes eoſdem Commune Civitatis Bononie ob ſincere devotionis affectum quem ad nos & dictam gerunt Eccleſiam favoribus proſequi gratioſis, huiuſmodi ſupplicationi inclinati conceſsionem, applicationem, tranſactionem, ſubmiſsionem, translationem & ratificationem predictas authoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ita quod de ceptero ipſa Caſtra Bagiani & Nonantule cum eorum pertinentiis dieceſis de bononia & non de Mutinenſi Civitatum predictarum diſtrictibus perpetuo cenſeantur, iure tamen dicte Romane Eccleſie & Monaſterii Sancti Silveſtri de Nonantula eidem Romane immediate ſubiecti Ordinis Sancti Benedicti & Abbatis pro tempore exiſtentis ac dilectorum filiorum Conventus dicti Monaſterii ſi quod eis in ipſis Caſtris vel eorum & cuiuslibet alterius alias & in omnibus ſemper ſalvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis, communitionis, & conceſsionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Maii. Pontificatus noſtri anno nono.

Jo: de Treſmonic.

Gratis de mandato domini noſtri p. p.

Ego Franciſcus quondam Guaſparis de Bentivolis Civis Bonon. publicus imperiali & Comunis Bononie auctoritate notarius predicta & ſingula omnia prout in dicto libro inveni, ita ea omnia ſcripſi, ſumpſi, & exemplavi ſub anno domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſeptuage-

(1) Allude al teſtamento di Azzo March. d' Eſte, il quale avendo per furor popolare l'anno 1306. perduto il dominio di Modena e di Reggio, quaſi per vendicarſene nel 1308. cedette per ſuo teſtamento al comune di Bologna tutto ciò ch' egli come Signor di Modena poſſedeva di là dal Panaro (*Ghirardacci Stor. di Bol. T. I. p. 512. &c.*)

geſimo primo indictione IV. die vigeſimo primo menſis Februarii dicti anni, & in premiſsorum fidem hic me ſubſcripſi ſigooque meo ſolito ſignavi.

DXXXVII. 2.

1407.

Gregorius PP. XII. Jo: Galeatium de Pepulis Monaſterio Nonantulano præficit.

(Ghirardacci Stor. di Bol. T. II. p. *673.*)

DXXXVIII.

Autographum in Arch. Nonant.

1418.

MArtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati S. Lucie de Roffeno Bonon. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad ea, que Eccleſiarum & Monaſteriorum ac Eccleſiaſticarum perſonarum preſertim ſub regulari habitu virtutum domino famulantium commodum & utilitatem reſpiciunt, libenter intendimus, illiſque quantum cum Deo poſſumus favorem benivolum impertimur. Exhibita ſi quidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Iohannis Galiazi Abbatis & Conventus Monaſterii S. Silveſtri de Nonantula Ordinis S. Benedicti Mutin. Dioc. petitio continebat, quod olim quondam Nicolaus electus Agrigentinus tunc Adminiſtrator dicti Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus per Sedem Apoſtolicam ſpetialiter deputatus, & huiuſmodi Conventus, quamdam petiam terre ſedecim tornaturarum vel circa cum arboribus vitatis & uno Metali ſitam in Comitatu Bononienſ. in loco dicto la croſe de ſervia iuxta territorium heremitorii Crucis Servei & viam publicam a tribus lateribus, & certos alios ſuos confines, quondam Iacobo de Fuſchis Civi Bononienſi ad certum tempus ſub annuo cenſu viginti quatuor librarum monete in Civitate Bonon. curreotis, & quatuor Caſtellatarum uvarum primo; & deinde durante dicto tempore quondam Bonifacius in ſua obedientia, de qua partes ille tunc erant, VIIII. nominatus, dictam petiam terre quondam Iohanni eiuſdem Iacobi nato etiam Civi Bonon. ac heredibus ac ſucceſſoribus ſuis in emphyteuſim perpetuam ſub annuo cenſu duodecim librarum dicte monete per eumdem Iohaooem Abbati dicti Monaſterii pro tempore exiſtenti & huiuſmodi Conventui annis ſingulis perſolvendarum ſub certis pactis & conditioobus tunc expreſſis per ſuas litteras conceſſit. Et ſucceſſive Baldaſſar io eadem obedientia ſuccedens, & Iohannes XXIII. nominatus, tunc Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis & in partibus illis Apoſtolice Sedis legatus, ac Monaſterium ipſum auctoritate Apoſtolica obtinens in Commendam, vigore Legationis huiuſmodi petiam terre predictam quondam Oſtenſano de Oſtenſanis etiam Civi Bononienſi ſimiliter in emphytheuſim perpetuam ſub annuo cenſu viginti ſolidorum etiam monete io dicta Civitate currentis per eum Abbati pro tempore exiſtenti & conventui predictis annis ſingulis perſolvendorum conceſſit in non modicum predicti Monaſterii preiudicium atque damnum. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, poſtmodum bone memorie Conradus titulo S. Chriſogoni Presbiter Cardinalis vigore cuiuſdam commiſſionis ſibi ſuper hoc per dictum Baldaſſarem tunc Iohannem XXIII. nominatum vive vocis oraculo facte conceſſiones predictas revocaverit, nec non caſſaverit & anullaverit, ac eandem petiam terre ad ius & proprietatem dicti Monaſterii reduxerit, ipſumque Monaſterium quoad dictam petiam terre in ſtatum priſtinum, eo videlicet, quo antequam aliqua huiuſmodi conceſſionum fieret, quomodolibet erat, reſtituerit, ac Iohannes Galiazi Abbas & Conventus predicti vigore revo-

ca-

cationis, nec non caſſationis, reductionis, & reſtitutionis earumdem, poſſeſſionem dicte petie terre recuperantes illam ex tunc tenuerint, prout tenent de preſenti, pro parte dictorum Iohannis Galiazi Abbatis & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut revocationi, nec non caſſationi, annullationi, reductioni, & reſtitutioni predictis robur apoſtolice confirmationis adiicere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de predictis certam notitiam non habemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus de premiſſis omnibus & ſingulis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris, revocationem, caſſationem, annullationem, nec non reductionem & reſtitutionem predictas, & quecumque inde ſecuta auctoritate noſtra approbes & confirmes; & nihilominus ut eiuſdem Monaſterii ſtatui & indemnitatibus ulterius conſulatur, omnes conceſſiones, arrendationes, & locationes ſub quavis forma vel expreſſione verborum in preiudicium dicti Monaſterii de predicta petia terre quomodolibet factas eadem auctoritate caſſes & irrites, ac nullius decernas exiſtere firmitatis.

Dat. Conſtantie VII. Id. Aprilis Pontificatus noſtri anno primo.

Sig. avulſum.

Bonannus.

DXXXIX.

Ex Actis Andreæ de la Capellina in Archiv. Nonant.

1443.

FEdericus de Claramonte miſeratione divina Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Lucenſis (1) Chariſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Ioannis Galeaz de Pepolis decretorum Doctoris Dei & Apoſtolice Sedis gratia Abbatis Sacri Sancti Monaſterii Sancti Silveſtri Nonantulani Ordinis Sancti Benedicti Mutinenſis Dioceſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis in ſpiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis dilectis filiis confratribus Marchii Ferrarii Prioris Societatis Virginis glorioſe de gratia, & maſſariis Antonio de Garganis & Franciſco de Ghinamis aliiſque prioribus & Maſſariis Societatis Sancte Marie de gratia eorumque confratribus & ſororibus ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Propoſuiſtis humilitatem cordis (2), & manſuetudinem in moribus adiuvante domino cuſtodire: unde Dominus in Evangelio: diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Obedientiam quoque prelatis Eccleſie ſervare: unde Apoſtolus: obedite prepoſitis veſtris & ſubiacete eis; ipſi enim pervigilant quaſi ratio-

(1) Nella Serie de' Veſcovi di Lucca teſſuta dell' Ughelli il nome di Federigo Chiaramonti non ſi ritrova. Perlando però di Niccolò Guinigi, che dal 1397. fino al 1435. tenne quelle Sede, egli oſſerva, che e que' tempi medeſimi in alcuni documenti vedeſi nominato *F. Epiſcopus Lucenſis*; ed egli crede, che foſſe queſti un Veſcovo, a cui le cura di quella Chieſe foſſe effidata, ellor quendo il Veſcovo Niccolò fu mandato in eſiglio per ever tentato di ſpoglier del dominio di Lucca Paolo Guinigi, che n' era allora Signore. A me non par veriſimile queſta ſpiegazione; perciocchè ellor quando un Veſcovo ſi ellontana dalle ſua Chieſa, ſi ſuol bensì porne el governo un Vicario o un Amminiſtratore, ma non ſi nomina mai un altro Veſcovo di quella Chieſe, ſe il primo non la rinuncia, il che non leggeſi, che da Niccolò ſi faceſſe. Mi ſembra più probabile, che ne' tempi del grende Sciſme, che deſolò e effliſſe per sì lungo tempo le Chieſa, Federigo Chiaramonti otteneſſe da alcuno degli Antipapi il titolo di Veſcovo di Lucca, come veggiamo eſſere in più altre Chieſe evvenuto; e che riconcilietoſi poi col Pontefice, continuaſſe per conceſſion del medeſimo e ritenere quel titolo.

(2) Queſte Regole, o piuttoſto queſte morali iſtruzioni, ſono le ſteſſe, trattone quelche leggier cambiamento, che furono già preſcritte, e de Innocenzo III. epprovate, agli Umilieti del terz' Ordine, che nelle proprie lor caſe viveeno; e ch' io eltrove ho pubblicete. (*Humiliat. Monum. Vol. II. p.* 128. *&c.*)

Digitized by Google

tionem reddituri pro animabus veſtris. Non eſt enim vera humilitas, quam comes obedientia deſerit. Paciencia quoque in adverſis valde neceſſaria eſt equanimiter tolerando mala ab aliis ſibi illata: unde dominus in Evangelio: dictum eſt antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico vobis non reſiſtere malo, ſed ſi quis percuſſit te in dextram maxillam, prebe ei & ſiniſtram; & ſi quis angariaverit te mille paſſus vade cum eo & alia duo; & ſi quis voluerit tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium, & item Apoſtolus: non vos defendentes cariſſimi, ſed date locum ire; ſcriptum eſt enim: mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus: idem quoque dixit: iam omnino delictum eſt in vobis, quia iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accepiſtis: quare non magis fraudem patimini; & item dominus in evangelio: in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras: item dimittite, & dimittetur vobis. Adiungendus etiam fervor caritatis, que continetur in duobus preceptis, in dilectione ſcilicet Dei & proximi, ſicut ſcriptum eſt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum ſicut te ipſum. Ad inimicos etiam oſtendenda caritas, dicente domino: benefacite his, qui vos oderunt, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri, qui in celis eſt, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: & Apoſtolus: ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, & ſi ſitierit potum da illi. Inſuper ante omnia fratres nolite iurare neque per celum, neque per terram, neque per aliud quodcumque iuramentum: ſit autem ſermo veſter: eſt, eſt, non, non, ut non in iudicium incidatis, ſicut ait Beatus Iacobus Apoſtolus. Ad preſtandum igitur iuramentum non vos indiſcretus vel ſpontaneus voluntatis affectus inducat; ſed ſi quando fuerit faciendum ingens & urgens neceſſitatis articulus vos compellat. Indiſcretam enim & ſpontaneam iurationem tam Chriſtus in Evangelio quam Iacobus prohibet in Epiſtola dicens: dictum eſt antiquis, non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua: ego autem dico vobis non iurare omnino neque per celum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius, neque per Ieroſolimam, quia civitas eſt magni regis, neque per caput tuum, quia non potes facere unum capillum album vel nigrum. Item ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per celum, neque per terram, neque per aliud quodcumque iuramentum. Cum dicit, nolite iurare, prohibet iurationem ſpontaneam, quia videlicet non eſt voluntate, ſed neceſſitate iurandum. Cum addit, neque per celum, neque per terram, iurationem prohibet indiſcretam, quia videlicet non eſt iurandum per creaturam, ſed magis per creatorem. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non; ideſt quod affirmando vel negando proffertis ex ore, geratis in corde. Non enim ad ſimplicem affirmationem vel negationem id pertinet, ſed potius ad veracem, cum Chriſtus ſecundum Iohannem frequenter dicat in Evangelio: amen amen dico vobis. Quod autem his abundantius eſt, a malo eſt, non tam culpe quam pene, nec tam iuramentum preſtantis, quam exigentis; quod utique de quadam incredulitatis infirmitate procedit, quod ſemper ſpectat ad penam etſi non ſemper ad culpam. Quod autem exigente neceſſitatis articulo licite poſſit iurari docet apoſtolus dicens: homines per maiorem ſui iurant, & omnis controverſie ipſorum finis ad confirmationem eſt iuramentum. Angelus quoque, quem Ioannes vidit in Apocaliſpi ſtantem ſupra mare & ſupra terram, levavit manum ſuam ad celum & iuravit per viventem in ſecula ſeculorum. Ieremias etiam prophetans de iis, qui tempore gratie futuri erant, teſtatur; & iurabunt, vivit Dominus,

nus, in veritate & in iudicio & iuſtitia & benedicent eum gentes, ipſumque laudabunt. Nam & Paulus legitur frequenter iuraſſe. Teſtis, inquit, eſt mihi Deus & per veſtram gloriam, fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu. Poſtremo, ſicut Dominus dicit: Omnia quecumque vultis, ut faciant vobis homines, facite illis ſimiliter: Contendite intrare per anguſtam portam; quia arcta via eſt, & anguſta porta que ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniunt eam; lata contra & ſpacioſa via, que ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam; agite itaque penitentiam, & nolite peccare; cum omnibus hominibus pacem habete; uſuras & omnia ablata reddite; non enim remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; & de iniuriis aliis factis ſatisfacite. Vnde Dominus in Evangelio: ſi offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adverſus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. *De Eleemoſyna facienda*. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Item: nolite teſaurizare vobis teſauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & fures effodiunt & furantur; teſaurizate autem vobis teſauros in celis, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur.

Quod non diligamus mundum, neque ea que in mundo ſunt. Nolite autem fratres dilectiſſimi diligere mundum, neque ea que ſunt in mundo, quia ſi quis diligit mundum non eſt caritas patris in eo, quoniam omne quod in mundo eſt concupiſcentia carnis & concupiſcentia oculorum eſt & ſuperbia vite; quod non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt, & mundus tranſibit & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei manet in eternum, ſicut teſtatur Ioannes Apoſtolus. Hoc idem teſtatur Iacobus Apoſtolus dicens: Adulteri, neſcitis, quod amicitia huius mundi inimica Deo eſt? Quicumque ergo voluerit eſſe amicus huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur. *De Conjugatis*. Iis vero qui matrimonio iuncti ſunt precipit Dominus ſuam uxorem non dimittere excepta cauſa fornicationis; ſed ſicut Apoſtolus dicit: Vxori vir debitum reddat, ſimiliter uxor viro, niſi forte de conſenſu abſtinuerint. *De ieiunio*. Vnuſquiſque vero niſi infirmitate vel debilitate aut labore impeditus fuerit, tota quadrageſima & vigiliis omnium apoſtolorum, Pentecoſtes, nativitatis Domini, Sancti Ioannis Baptiſte, Aſſumptionis Beate Marie Virginis Matris Dei, Sancti Laurentii, & feſti omnium Sanctorum, quattuor temporum totius anni, in aliis vero diebus in quibus non ieiunat, prandio & cena ſit contentus, & cibus & potus ſit parcus & temperatus. Vnde Dominus in Evangelio: Attendite ne graventur corda veſtra in crapula & ebrietate & in curis huius vite. Quando venitis ad comedendum, antequam comedatis, dicatis Orationem, ſcilicet Pater noſter cum Ave Maria, & poſt comextionem ſimiliter.

De Obligatione ſeptem Horarum Canonicarum. Septem autem horas Canonicas obſervare debetis, ſcilicet Matutinum, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperas & completorium, ut ſecundum profetam ſepties in die laudem dicatis Domino. Singulis vero horis Orationem Dominicam ſcilicet Pater noſter & Ave Maria ſepties dicetis propter ſeptem dona S. Spiritus: ſymbolum vero, ideſt Credo in Deum, dicetis ad Primam & Completorium.

De ſubveniendis fratribus & ſororibus. Sciatis autem quod veſtri moris exiſtit, ſi quis de veſtra ſocietate rebus temporalibus indiguerit, aut forte infirmitate detentus fuerit, tam in rebus temporalibus quam in cuſtodia neceſſaria ei ſubvenire ſecundum veſtram poſſibilitatem.

De defunctis fratribus & ſororibus. Si vero aliquis veſtrorum mortuus fuerit, fratribus nuncietur, & unuſquiſque ad eius exequias

Digitized by Google

quias in cappis veſtiti veniant, & duodecies dominicam orationem pro anima eius dicere debent, & in hoc ordine & propoſito ſancto permanere & perſeverare intenditis & diſponitis Domino adiuvante.

Quod fratres & ſorores conveniant ad audiendam miſſam & verbum Dei. Veſtri quoque de cetero moris erit ſingulis diebus dominicis ad audiendam miſſam & verbum Dei in Monaſterio Sancti Silveſtri de Nonantula tamquam caput & matrem Eccleſiam, vel in loco idoneo ubi aliquis vel aliqui fratrum probate fidei & experte religionis, qui potentes ſine opere ac ſermone de licentia domini Abbatis & ſuorum ſucceſſorum verbum exhortationis proponent iis qui convenerint ad audiendum verbum Dei, monentes & inducentes eos ad mores honeſtes & opera pietatis ita quod de Articulis fidei & de decem preceptis divine legis & ſacramentis eccleſie, & de confeſſione & communione non loquantur. Item omnes de hac benedicta Societate debeant ſe confiteri ſemel in menſe, & plus ſecundum quod eis fuerit opportunum, ita quod poſſint ſe communicare ter vel quattuor in anno, ſcilicet in nativitate Domini noſtri Iheſu Chriſti, in Cena Domini, & in Paſcha Reſurrectionis, & in Pentecoſte in Monaſterio Sancti Silveſtri.

